Omnis substantia intellectualis est immaterialis. 340.1.F.
Omne prius an possit secundum rem absolui à posteriori quolibet. 343.2.B.
Omne ens aliud à primo est cōpositū ex eē & essentia. 350.1.F.
Omnis res immaterialis subsistēs est intelligens secundum Aristotel. 352.2.H.
Omne quod recipit aliquid ab alio est in potentia respectu illius. 353.2.C.
Omne esse irreceptum est infinitum simpliciter. 355.2.C.
Omnis res secundum sui ordinem receptibilis in alio realiter ir recepta est infinita infinitate opposita fiuitati quam res recepta sui ordinis contrahit. 369.2.C.
Opus de ente & essentia in duas partes diuiditur. 285.1.B.
Ordo scientiarū actiuarū penes ordinē cognoscib liū. 286 2.H.
Ordo essentialis originis non est inter conceptus actuales confusos prædicatorum quidditatiuorum. 289.2.A.
Ordo duplex inuenitur in vniuerso. s. intelligibilium & sensibilium. 359.2.A.
Ordo entis simpliciter & ordo perfectionis simpliciter oppositi modo dicuntur. 360.2.H.

P

Passiones generum sunt duplices. 393.2.A.
Platonici dicebant Deum non habere essentiam quasi pura existentia esset. 362.1.G.
Prædicata negatiua possunt dupliciter accipi formaliter & fundamentaliter. 325.1.B.
Prædicari de natura tripliciter aliquid dicitu. 338.1.F.
Prædicari de prædicato contingit dupliciter. ibidem.
Prædicatio quid sit. 338.1.H.
Prædicari dupliciter capitur. s. formaliter & fundamentaliter. 338.2.H.
Prædicari de specie dupliciter contingit. 339.1.C.
Prædicamentum quantitatis est absolutum priùs prædicamento qualitatis. 344.1.F.
Perfectio simpliciter quid sit. 302.1.F.
Perfectio simpliciter exigit duas conditiones. 302.1.G.
Perfectio triplex. 360.2.G.
Perfectio simpliciter quid. 365.1.A.
Perfectiones esse in aliquo contingit dupliciter. 365.1.B.
Primus actus simpliciter est esse. 387.1.C.
Primum genus sumitur ex proprio malo essendi quod prædicamentum ipsum pars entis constituitur. 397.2.D.
Principium indiuiduationis quod sit. 307.2.C.D.
Processus naturæ duplex. 391.1.G.
Proportio inter formam & existentiam. 349.1.D.
Proportio essentiæ specificæ ad indiuiduū scām tria. 319.2.C.
Productio intelligentiarum à Deo qualiter. 352.per tot.
Possibile ex se est id qđ hēt in se ipso potētiā ad nō eē. 353.1.C.
Potentia æquiuocè dicitur de potentia rerum intellectualium & de potentia rerum sensibilium. 359.1.B.

Q

Quātitas & accidētia in eucharistia agūt & patiuntur totū quod ageret & pateretur substātia si eēt. 301.2.A.
Quantitatem significationem seu modum relinquere in materia quid sit. 309.2.A.
Quantitas terminata ad indiuiduationem conueniens non stat in indiuisibili. 310.1.F.
Quantitas continuè determinat sibi genus figuræ. 344.2.F.
Quidditas compositi non est ipsum compositum cuius est quidditas, 319.1.A.
Quidditas substantiæ simplicis est ipsamet simplex. 344.2.G.
Quidditas quæ est sua existentia actualis non est ad aliquod genus determinata. 362.2.H.
Qualitates symbolæ corrūpunt̄ per accidēs in diuidui. 392.2.H.
Quolibet proferente contraria sollicitum esse stultum est ait Aristote. lib. 9. Metaphy. 342.2.E.
Quælibet intelligentia constituit vnam speciem ita q̄ non possint ibi inuenire plura indiuidua eiusdem speciei. 346.2.H.
Quando, est terminus temporalis. 343.2.D.
Quicquid est in re est singulare quomodo intelligatur. 290.1.F.
Quid interfit inter cognitionem animæ coniunctæ & separatæ.
Quid interest inter formas substātiales & accidētales. 384.1.F.

R

Rationalitas quæ significat per modum partis non est differentia sed principium differentiæ. 320.2.F.
Relatio an possit componi ex alia relatione. 316.2.E.
Res cōis extra animam potest intelligi dupliciter. 326.2.E.
Res extra secundum quod est actu intelligibilis est obiectiuè in intellectu agente. 332.1.E.
Res vna apta nata esse in pluribus vtrūm dari possit extra animam. 334.1.F.
Res est perfecta simpliciter non propter perfectionem primam, sed propter vltimam. 360.2.F.
Realiter essentiæ & existentiæ est duplex. 356.2.F.
Realis pars essentiæ perfectior est in toto existens, quàm separata. 361.1.A.
Reductio potentiæ in actum quomodo fiat. 335.1.D.

S.

Sapientia non prædicatur formaliter de bonitate. 366.1.E.
Sensus non cognoscit nisi singulare. 291.2.B.
Sensatio non caußatur à distinctione naturæ sed à natura habente talem conditionem. 292.1.F.
Sensus respectu excellentis sensibilis duo sortitur. 377.1.H.
Sensus & intellectus in quo conueniant. 377.2.E.
Species specialissima non est obiectum confusissimum simpliciter. 289.1.C.
Species sensibilis non primò repræsentat singulare speciei specialissimæ. 292.1.G.
Species spāliss̄ima non est tā facilis abstractiōis, q̄ ens. 292.2.G.
Substantiæ aliæ simplices aliæ compositæ. 301.2.C.
Substantiam non dici de subiecto quomodo intellexerit Aristo. 7. Physi. 337.1.A.
Substantiæ separatæ compositę sunt ex esse & essentia. 348.2.H.
In substantijs materialibus inueniuntur quatuor realiter distincta. 348.2.H.
Substantia composita nullam infinitatem ex sua irreceptione habet. 370.1.G.
Subiectum esse sine propria passione non est possibile neq; intelligibile. 388.2.F.
Subiectū habet triplicē habitudinē ad ꝓpriū accidēs. 394.2.G.
Subiectum non est differentia accidentis sed ponitur loco differentiæ. 399.2.B.
Sola essentia animæ non est completum elicitiuum principium sensationis. 390.2.G.
Similitudo fundatur supra ipsas puta duas albedines tanquam fundamentum. 336.1.H.
Simplicitas nec perfectionē nec imperfectionē sonat. 302.1.E.
Scotus impugnatur. 299.2.p to.
Scotus opinatur ens esse vniuocum & prædicari de omnibus inferioribus exceptis vltimis differentijs. 323.1.B.
Sortes substantialiter sumptus in recta linea prædicamentali sub specie vnum est numero. 309.1.C.
Sortes substantialiter sumptus nihil aliud est quàm animalitas & rationalitas. 311.2.C.
Significare per diffinitionem contingit dupliciter. 303.1.D.
Significare vnum primo modo & scēdo modo qd dicat. 318.1.E.

T

Transcendentia quomodo se habeant ad naturas rerum supra quas cadunt. 322.2.H.
Transcendia duo habent: & quod in nulla definitione ponantur & ꝓ in quolibet conceptu includantur. 325.1.B.
Triplex modus habendi essentiam in substantijs. 362.1.E.
Termini vniuersalissimi sunt vltimo actualiter non via doctrinæ. 286.2.G.

V

Vniuersale duplex in repsentando & in p̄dicādo. 331.2.D.
Vniuersale in p̄dicando tripliciter pōt se habere. 332.1.H.
Vniuersalitas & prædicabilitas non conueniunt secūdum se, nec secundū esse, quod habent extra animam. 332.2.F.
Vniuersalia non subsistere extra singularia quomodo intelligendum sit. 333.2.C.
Vniuersalis nomine tria intelligimus. 333.2.C.
Vniuersale accipit dupliciter. s. formaliter & subiectiuè. 334.1.E.
Vniuersale quid. ibid.1.G.
Vniuersale duo dicit rem & aptitudinem. 336.1.F.
Ex vniuersalitate formæ intellectæ non potest declarari vnitas intellectus. 337.1.D.
Vnitas materiæ & vnitas generi in quo differunt. 318.1.H.
Vnitas quid importet. 325.2.A.
Vnitas duplex, vna numeralis altera formalis. 325.2.D.
Vnitas quelibet tam numeralis q uàm formalis existit extra animam. 326.1.G.
Vnitas nulla, communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis existit in rerum natura. 326.1.G.
Vnitas formalis existens extra animam multiplicatur realiter ad multiplicationem ipsarum rerum. 326.1.H.
Vnitates plures substantiales realiter distinctas non inconuenit in vno esse. 330.1.E.
Vnum formaliter nihil aliud est quàm non diuisum formaliter. 328.1.E.
Vnum relatiuorum non est definiendū per reliquū. 386.1.F.
Vrbanus Papa doctrinam S. Thomæ approbauit in extrauganti laudabilis. 348.2.E.

Indicis lib. D. T. De ente & Essentia.

FINIS.

THOMAE DE VIO CAIETANI CARDINALIS S. SIXTI.

IN PRAEDICABILIA PORPHYRII, ET ARISTOTELIS PRAEDICAMENTA SVBTILISSIMA COMMENTARIA.

Proœmium.

EXPEDITIS cum diuino auxilio his, quæ demõstratiuæ doctrinæ necessaria visa sunt, antequã ad altiora cepta me transferam peragenda, rapere tantũ temporis decreui, vt Porphyrij, ac Aristotelis logicalia principia exponere posim: non quin ab illustrioribus viris longo ante tẽpore glorioſe expoſita ſint, ſed quoniam Thomistarũ, & præcipue noſtræ religionis fratrum profectui me totum dedi, nullamq; vnquã viderim, aut audierim lecturã esse, quæ cõiter his grata videatur, fretus diui Thomæ ſuffragijs, tanto ausus sum me diſcrimini credere. Non ea autẽ mihi cupido ineſt, vt aliorũ dicta etiam mala arguere, aut illustrium expoſitorũ dicta omnia cõpilare vel neceſſaria reſpuere, aut ſurripere arroganter velim: ſed antiquorum quandoq; diuiq; Thomæ indefeſſe veſtigia ſectaturus, eorum nominibus præpoſitis, vbi aliquid ſingulare occurrerit: præſens aggredior opus, ſecũdum proprij facultatẽ ingenij, quæ proficua incipientibus peripateticis videbuntur, diligenter expreſſurus. Vnde & abſtinendũ ab omnibus quæſtionibus cenſui, quibus, metaphyſicales, aut phyſicales difficultates cùm ſint, nouitiorum intellectus ſuccumberent.

A uiter velut introductionis modo, ea, quæ ab antiquis dicta ſunt, aggredi: altioribus quidem quæſtionibus abſtinens, ſimpliciores verò mediocriter coniectans.

VONIAM Liber iſtenõ tam pars Logicæ, q̃ via ad Categorias Ariſtoteliseſt, vt eius titulus teſtat. (Iſagoge enim idem ſonat, q̃ introductio) ideo dilata tam diuiſione, q̃ intẽtione Logicæ vſq; ad principium prædicamentorum, vbi facilius dicẽda percipi poterũt: ad textum me ſtatim confero: præmittẽs: quòd Porphyrius à Chryſaoro (vt aiunt) Romano patritij ordinis requiſitus: vt quoniam Prædicamenta Ariſtotelis obſcura ſibi erãt, inſtruere ipſum vellet, quatenus valeret prędictã Ariſt. doctrinã aſſequi, præſens opuſculum edidit. Quod diuiditur primò in proœmium: & tractatũ incipientem ibi (Videtur autem neq; genus &c.) Proœmium autem ſecatur in duas partes. In quarum prima reddit auditorẽ beneuolum, neceſsitatẽ vtilitatemq; dicendorum oſtendens, In ſecunda autẽ incipiente ibi (Mox de generibus &c.) Reddit eum docilem ſimul & attentum: ordinem & fines dicendorum inſinuans. Proponit ergo primo neceſsitatem dicendorum, inculcans ſimul intentionem operis, & eius cauſas & modum procedẽdi. Intentionem quidem dupliciter: & primo quo ad exequenda. dicens ſe aggreſſurum ea, quæ ab antiquis de genere, ſpecie, differentia, proprio, & accidẽte, dicta ſunt. Secundo quo ad repellenda dicens, abſtinendum fore ab altioribus quæſtionibus. Cauſas aũt ſuſcepti laboris quatuor aſsignat: iuxta numerũ eorũ, ad quorũ notitiam habendã oportere præcognoſcere ſupradicta, dixit. Eſt ergo prima cauſa, eo q̃ neceſſarium eſt noſſe quid ſit genus, quid ſpecies &c. ad percipiendam doctrinam traditã in libro prædicamentorum Ariſtotelis.

Secunda autem, eo quòd noſſe iſta eſt neceſſarium ad definitionũ aſsignationem. Tertia, quia hoc eſt neceſſarium ad artem diuiſiuam. Quarta, quia hoc eſt neceſſarium ad artem demonſtratiuam &c. Neceſſaria ſiquidem eſt horum noti-

INTRODVCTIO PORPHYRII AD PRAEDICAMENTA ARISTOTELIS.

Seuerino Boethio interprete.

Cap. 1.

CVM ſit neceſſariũ Chryſaori & ad eam, quę eſt apud Ariſtotelẽ prædicamentorũ doctrinã, noſſe quid ſit genus, quid differentia, quid ſpecies, quid propriũ, & quid accidẽs: & ad definitionũ aſsignationẽ, & omnino ad ea, quæ de diuiſione, vel demonſtratione ſunt: vtili exiſtenti iſtarum rerum ſpeculatione, cõpendioſam tibi traditionẽ faciens, tentabo bre-

tia ad prædicamenta: quoniam prædicamentum integratur ex genere, ſpecie, & differentia tanquã partibus: & habet aliqua propria, & aliqua accidentia communia &c. Ad diffinitiuam vero artem, quoniam diffinitio conſtat ex genere & differentia vt partibus, ſpecies vero eſt quæ diffinitur, propria autem magnam partem conferunt ad cognoſcendas diffinitiones: & ſæpe loco differentiarum ponuntur. Accidentia autem euitari debent, incognita autem non niſi caſu cauentur. Ad diuiſiuam autem artem: quoniam diuiſio eſt vel generis in ſpecies per differentias: vel ſubiecti in accidentia propria, vel in accidentia communia: vel è conuerſo accidentis in ſubiecta &c. Ad demonſtratiuam artem: quoniam demonſtratio nis medium eſt diffinitio, quæ ex genere & differentia conſtat. minor autem extremitas ſpecies eſt, maior vero proprium, quod de ſpecie conclu ditur. Accidens autem procul à demonſtrationibus inſpicere oportet. Modum vero procedendi aperit cum ſe compendioſe: & introductorio mo do tractaturum promittit: & ſimpliciores quæſtiones mediocriter coniectaturum &c. vt & breuitate incipientium faſtidium depellat: & clarita te eorum rudes intellectus illuſtret: & facilitate tũ quæſtionũ, tum mediorũ eorundẽ mẽtes promo ueat paulatim ad difficilia & ardua capeſcenda.

Vtilem potius quàm neceſſariam eſſe Prædicabilium notitiam ad Categorias Ariſtotelis oſtendit.

1. Topi. cap. 4. CIrca illud verbum (neceſſarium) ad eam, quæ eſt in prædicamentis Ariſtotelis doctrinam, dubium commune eſt, an iſte liber ſit neceſſarius ſimpliciter ad Prædicamenta Ariſto. an ſit neceſſarius ad bene eſſe tantum. Si enim dicatur, ꝙ eſt neceſſarius ſimpliciter, diminutus apparebit hic Ariſtoteles, & ſuperfluus in Topicis, dum de his ibi determinauit, quę determinanda in principio erant. Si autem dicatur, quòd eſt neceſſarius ad bene eſſe: tunc ſequetur, quòd aliquis poſſet ſcire Prædicamenta abſq; huius operis doctrina: quod impoſsibile videtur, quia non poteſt fieri, vt dicta Ariſto. ibi intelligãtur niſi ſciatur quid genus, & quid ſpecies, & quid differentia &c.

Ad hoc dupliciter reſpondetur: primò ſecundum Albertum, qui intuitus duo inueniri in doctrina Prædicamentorum. ſ. quòd prædicabilia ordinantur ibidem, & quòd adunãtur hæ res ad ſua genera, generaque diuiduntur in ſuas ſpecies &c. dicit, quòd ratione primi neceſſarium ineuitabiliter eſt præſens opus ad prædicamenta: quoniam hic rationes prædicabilium, ibi ordinandorum exprimuntur: ordinare autem neſcit, qui rationes ordinabilium ignorat. Ratione verò ſecun di vtilem eſſe præſentem doctrinam prædicamen

Capit. 1. tis aſſeruit &c. Auerrois autem in principio ſuæ expoſitionis putat hunc librum non eſſe aliquo pacto neceſſarium, licèt vtilem: & mouetur ex eo quòd id, quod per diffinitiones horum prædicabilium habetur, aut pertinet ad materiam neceſſariam, & ſic pertinet ad artem demonſtratiuã: aut ad materiam contingentem ſeu probabilem: & ſic pertinet ad dialecticam: & hoc mihi magis placet. Et ad obiectionem in oppoſitum dicitur cũ Auerroi, quòd hic liber inquantũ tradit quid nominis, generis, ſpeciei &c. eſt neceſſarius, ſed non erat opus ſpecialẽ edere tractatum propter quid nominis: quoniam exponẽdo prædicamenta notum fit quid nominis terminorum: inquantum autem continet quid ſit genus &c. vtilis eſt: & ſimiliter ad rationem. Pro Alberto dicitur, quòd ſufficit noſſe quid nominis ordinabilium addiſcẽti talem ordinem: licet hoc non ſufficiat ſtatuenti illum ordinem. Siquis autem Albertum ſuſtine revult facile dicere põt, ꝙ alia ratione traduntur illa hic, & alia ĩ Topicis: & ꝙ ſicut Ariſtoteles nõ tradidit artem diuiſiuam nec diffinitiuam, ita nec hæc ſpeciali tractatu dixit. Nec hoc inconuenit, quoniam nõ eſt opus eum cũcta cõplexum eſſe. 1. Topl. capit. 4.

Mox de generibus & ſpecieb⁹, illud quidem ſiue ſubſiſtant, ſiue in ſolis nudis *puriſq; intellectibus poſita ſint: Et ſiue ſubſiſtentia corporalia ſint, an incorporalia: & vtrùm ſeparata, an in ſenſibilibus poſita: & circa hæc conſiſtentia, dicere recuſabo. Altiſsimum enim negotium eſt huiuſmodi, & alius maioris gens inquiſitiõis. Illud verò quemadmodum de his, ac de propoſitis magis probabiliter antiqui tractauerunt, & horum maxime peripatetici, tibi nunc tentabo monſtrare. *non habet literã Boethi verbũ puris.

Reddit auditorem attentum & docilem: attentum quidem, dum oſtendit in ſpeciali, quòd non vult inuoluere eius intellectum arduis quibuſdã poſitionibus, quæ in principio tractandæ occurrerent. Docilem verò, dum peripatetica via ordinatè procedendum, à genere & ſpecie inchoãdo, proponit. Quæſtiones autem, quod metaphyſici eſt negotij, quod altiſsimum eſt: tres ſunt. Prima eſt, an. ſ. genera & ſpecies ſubſiſtant in rerum natura: an potius ſint in ſolis nudis puriſque intellectib⁹ (ſolis) dicit excludẽdo res extra animã. (nudis) verò excludendo accidentium indumenta. (puris) autem remouẽdo materiæ, phantaſmatumq; admiſtionem: nec eſt ſermo de quocunq; intellectu, ſed de intellectu in actu, qui eſt idem cum intellectu in actu (vt dicit in Tertio de Anima.) Secunda quæſtio eſt de quidditate eorundem, an. ſ. ſint corporalia, an incorporalia. Tertia quæſtio autẽ eſt de ipſis vniuerſalibus in comparatione ad ſingularia, an ſint in ſenſibilibus poſita, an à ſenſibilibus ſeparata: & procedunt hæ quæſtiones ſecũdum diſputationes, quæ erant inter peripateticos & Platonicos. Platoni em adſcribitur, quòd naturas rerum ponebat vniuerſales ſubſiſtere extra animam, & vniuerſalia mathematica, & conſequenter corporalia: & ſeparata eſſe à ſenſibilibus & particularibus, quæ videmus. Quibus omnibus peripatetici obuiarunt rationibus efficacibus, quæ ſilentio inuoluendæ nunc ſunt. T. ca. 15. Patet. 1. Met. t. c. 4. & 5. ite. 7. Metaph. T. capi. 53.

De Genere & Specie. CAP. I.

VIdetur autem neq; genus, neq; ſpecies ſimpliciter dici. Genus enim dicitur & aliquorũ quodammodo ſe habentium ad vnum aliquod, & ad ſe inuicem collectio: ſecundũ quã ſignificationẽ Romanorũ dicitur genus, ab vnius ſcilicet habitudine. (dico autẽ Romuli) & multitudinis habentiũ aliquo modo adinuicem eam, quæ ab illo eſt, cognationem, ſecundum diuiſionem ab alijs generibus dictum.

TRactatus hic incipiens diuiditur in duas partes principales. Primo nanque determinat de ſingulis prædicabilibus. Secundo in ſexto cap. de omnibus ſimul comparatiuè: prima pars diuidit in quatuor capitula. In quorum primo de genere, & ſpecie, quoniam correlatiua ſunt, ſimul determinat. Diuiditur autem præſens capitulum in decem partes principales, quæ in ſuis locis patebunt. In prima ergo parte propoſita multiplicita te horum nominũ, ſ. generis & ſpeciei in illis verbis (videtur autem neq; genus, neq; ſpecies ſimpliciter). i. vno modo dici, declarat qd ſignificat hoc nomen genus, & qm̃ plures ſignificatiões habet, quatuor facit. Primo ponit vnam eius ſignificationem dicens. Prima ſignificatio generis eſt collectio multorum quodammodo ſe habentium ad vnum aliquod & ad ſe inuicem. Vbi aduerte, ꝙ genus iuxta hanc ſignificationem non ſignificat quancunq; collectionem, ſed eam, in qua inueniũtur iſtæ duæ connexiones. ſ. ꝙ illa multa quodam modo ſe habeant adinuicem, & ꝙ illamet multa quodãmodo ſe habeãt ad vnũ aliquod, quodãmodo autem ſe adinuicem habere nihil aliud ſonat, quàm ꝙ inter ſe habeant connectentes habitudines, quibus ab alijs differant, vt omnes, qui ſunt de vna familia inter ſe coniũcti ſunt, dum ibi ſunt fratres, ſorores nepotes &c. & ſimiliter conciues ſe mutuo reſpiciunt, dum alij rectores, alij conſules, alij milites, alij artifices &c. ſunt. Ad vnum verò aliud habere ſe quodãmodo, nihil aliud importat, quàm illa multa originem habere ab illo: vt omnes eiuſdem familiæ ex vno primo patre: & gens conciues ex vna patria oriuntur. Talis ergo aggregatio genus vocatur vſu valde frequenti, dum de cognationibus hominum loquimur (vt in exemplo textus apparet.)

Dicitur aũt & aliter rurſus genus, quod eſt vniuſcuiuſq; generationis principium: vel ab eo qui genuit, vel ab eo loco in quo quis genitus eſt. Sic enim Oreſtem quidẽ dicimus à Tantalo genus habere, Hylum aũt ab Hercule, & rurſus, Pindarũ quidem Thebanũ eſſe genere, Platonẽ verò Athenieſem: etem̃ patria principiũ quoddã eſt vniuſcuiuſq; gñationis, quẽadmodũ & pr̃.

Hic ſecundo ponit ſecundam generis ſignificationem dicẽs, ꝙ genus quãdoq; vocatur id, quod eſt principium vniuſcuiuſcunq; generatiõis. Vbi notandum eſt, ꝙ genus ſignificare principium vniuſcuiuſq; generationis poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ generis nomine appelletur id, à quo aliqui trahunt originem (puta ꝙ genus Romanorum dicatur Romulus, à quo Romani initium ſumunt) & hoc non videtur mihi formaliter dictum: quoniam non cõſueuimus dicere Romulum eſſe Romanorum genus, neq; Tantalum genus Oreſtis: in textu autem dicitur, ꝙ hęc ſignificatio eſt frequentiſsima in vſu. Alio ergo modo intelligi poteſt, vt ipſum initium originis quodcũque ſit illud, ſiue ſemen, ſiue vis aliqua, ſiue quodcunq; aliud in patre, ſiue patria manens, genus vocetur, & ſic genus vſitata voce ſignificat principium generationis, vt patet in exemplis: ex intentione dicentium Romanos trahere genus à Romulo, & Athenienſes ab Athenis: intendimus em̃ per hæc dicere, ꝙ Romani à Romulo initium habent ſuæ generationis: & ſimiliter ꝙ Athenienſes ex Athenis initium originis ſumpſerunt. Oſtendunt autem hanc eſſe intentionẽ Porphyrij duo, primum eſt, quia dixit, genus dicitur quod eſt vniuſcuiuſq; generatiõis principium vel ab eo qui genuit, vel ab eo loco in quo quis genitus eſt: & non dixit, vt ille qui genuit, vel locus à quo quis genitus eſt &c. Secundum eſt, quia exempla ponendo ſemper tam patrem quàm patriam in obliquo ponit, & nunquam in recto vocat patrẽ, aut patriam genus. Nec obſtat, quòd aſſerat patriam eſſe vniuſcuiuſq; generationis principiũ: qm̃ hic dixit, vt ab ipſa genus trahi ſicut à patre doceret: & non ꝙ ipſa ſit genus niſi cauſaliter, aut materialiter, quia. ſ. ab ea, vel in ea genus habetur.

Hæc autẽ videtur promptiſsima eſſe ſignificatio. Romani enim dicuntur, qui ex genere deſcendũt Romuli: & Cecropidæ qui ex gñe deſcẽdũt Cecropis & eorũ proximi. Et quidem prius appellatũ eſt genus vniuſcuiuſq; gñatiõis principium: dehinc etiã multitudo eorũ qui ſunt ab vno principio: vt à Romulo, quam diuidentes & ab alijs ſeparantes, dicebamus omnem illam collectionem Romanorum genus.

Hic tertio cõparat prædictas duas ſignificationes adinuicem quo ad vſum & ordinem, ſecundũ

vsum quidē dicens, hanc secūdam esse in vsu prōptissimam: & cōsequenter illam esse minus cōsuetam, & declarat hoc exemplo claro &c. Secundū ordinem verò dicens, significationē secundo loco positā priorem esse & causam primæ significationis. Vnde prior est & ordine naturę & ordine appellationis. prius. n. est exordiū cognationis, dein de cognatio ipsa: & primo appellatum fuit genus initium illud, deinde separando descendentes ab vno à filijs alterius, dicta est collectio vna genus Romanorum, alia Albanorum &c.

Aliter autē & rursus dicitur gen⁹ cui supponitur species ad horū fortasse similitudinē dictū. Etenim principium quoddam est huiusmodi genus earū, quæ sub ipso sunt specierum. Videtur etiā multitudinē continere omniū, quæ sub eo sunt specierum*.

* nō hñt Cod. græci spērū.

Hic quartò ponit tertiā generis significationē. Vbi tria ordinatè dicit. Primò significationem ipsam: dicens, ꝙ significat id, cui supponitur species, in recta. s. linea prædicamentali tanquam inferius suo superiori, vt animāli supponit̄ homo. Secundò dicit hanc significationē ex assimilatione ad primas supradictas fortasse deriuatā. Addidit autē fortasse: quoniā eorū, qui nomina imposuerunt, mētes certa cognitione nescimus. Tertiò explanat quomodo hæc significatio præcedentibus sit similis: & primò secundæ: quoniā genus secundo modo sumptum significat principium generationis: id autē, cui supponitur species, principium quoddam est suarum specierum: quomodo autē principiū sit in cap. 2. dicetur. Deinde primæ: quoniā genus primo modo sumptum significat multitudinē descendentium ab vno: id autē, cui supponitur species, multitudinem continet sub se specierum, quæ sibi inuicē cognatæ sunt, & ab vno oriūtur principio, vt exemplis facilè est manifestare. Occurrit autē hic dubitatiūcula, quia videtur Porphyrius diminutus, quoniā significationes generis explorans non omnes dixit: habent. n. Grāmatici genus in alia significatione, dum vnum inter nominū & verborum accidentia genus vocāt. Ad hoc dicitur secundū Albertum ꝙ non est intentionis præsentis distinguere generis vocabulū in omnes suas significationes, sed in eas tantum, quæ habent affinitatē cum ea generis significatione, qua Logici vtuntur: hæ autem sunt quas Porphyrius posuit, nō illæ, quibus Grammatici vtuntur: & ideò diminutus non est Porphyrius.

Tripliciter igitur cùm genus dicatur, de tertio apud philosophos sermo est, quod etiam describentes assignauerunt, genus esse quod de pluribus dicentes, differentibus specie in eo, quod quid est prædicatur, vt animal.

Secunda pars.

Hæc est secūda pars huius capituli, in qua, post quam declaratum iam est quid nominis ipsius generis, intendit declarare quid rei eiusdē eo modo quæ talia entia rationis habent quid rei. Declaratum est. n. quid significat: sed modo declarabitur quid est id quod significatur. Et tria facit. Primo electa tertia generis significatione, quoniā de illa philosophi sermonem faciunt: generis sic sumpti diffinitionem à philosophis datam ponit dicens, genus esse quod de pluribus differentibus specie in eo quod quid est prædicat̄. Vbi tribus cōditionibus definitū esse genus notato. Prima est, quòd prædicetur de pluribus. Secūda, ꝙ illa plura differant specie inter se. Tertia, ꝙ prædicetur de eis in quid, vt animal genus esse dicimus, quia prædicat̄ de pluribus, homine. s. leone, qui differunt specie interse, & prædicatur de eis in quid. Quærenti em̄ quid est homo, recte respondetur, animal, & similiter quærenti quid est leo.

Vide. 2ª Topi. ca. 2ª.

Eorum. n. quæ prædicantur, alia quidem de vno dicūtur solo, sicut indiuidua, vt Socrates, & hic, & hoc: alia verò de pluribus, quemadmodum genera, & species, & differentia, & propria & accidentia cōmuniter, sed non propriè alicui. Est autē genus quidem, vt animal: species verò, vt homo differētia, vt rationale: propriū, vt risibile: accidens, vt albū, nigrū, sedere. Ab his ergo, q̄ de vno solo prædicant̄, differūt genera: eo ꝙ hæc de pluribus p̄dicantur. Ab his autem rursus, quæ de pluribus: à speciebus quidem quoniam species & si de pluribus prædicantur, non tamen de differentibus specie, sed numero. homo em̄ cum sit species de Socrate & Platone prædicatur, qui non specie differunt, sed numero solū: animal verò cùm sit genus de homine, equo, & boue prædicatur, qui differunt à se inuicem specie, non numero solū. A proprio verò differt genus: quoniam propriū quidē de vna sola specie, cuius est propriū prædicatur, & de his quæ sub ipsa specie sunt indiuiduis: quemadmodum risibile de homine solo, & de particularibus hominibus. Genus autē non de vna specie prędicat̄, sed de pluribus & differētibus. A differētia verò & ab his, quæ cōmuniter sunt accidentia, differt genus: quoniam etsi de pluribus & differentibus specie prædicatur differentiæ & communiter accidētia, non tamē in eo quod quid est prædicātur, sed in eo quod quale. Interrogantibus em̄ aliquibus

aliquibus, quid est illud, de quo prædicantur hæc, genus respondebimus, differētias autē & accidentia non respondebimus, nō enim in eo quod quid est prædicantur de subiecto, sed magis in eo quod quale qd est. Interroganti enim qualis est homo? dicimus rationalis, & qualis est coruus? dicimus ꝙ niger est: est autem rationale differentia, nigrum verò accidens, quando autem quid est homo interrogantur: animal respondemus, est autē genus hominis animal. Quare de pluribus prædicari diuidit genus ab his, quæ de vno solo dicuntur, sicut indiuidua: hoc verò de differentibus specie, seperat genus ab his, quæ sicut species prædicātur, vel sicut propria in eo qd quid est prædicari, diuidit à differentijs & cōiter accidentibus, quæ non in eo quod quid est prędicātur, sed magis in eo ꝙ quale quidem, vel qūo se habet vnumquodq; prædicatur de his, de quibus prædicatur.

Hic secundo diffinitionem datā declarat adeo manifestè, vt non sit opus explanatione, sed directione tantum ostendente, ꝙ artificioſe declarat. Primò diuidendo primam partem diffinitionis, s. quod prædicatur seu prædicabile, in duo membra & subdiuidendo: deinde genus in alterū mēbrum diuisionis & subdiuisionis semper ducit: ostendendo quomodo à compari membro differat, quod artis non modicæ fuit. Colligitur aūt talis diuisio ex textu. Et secundū singula mēbra ex vno latere diuisionis singulas particulas in diffinitione posuit vt in textu clarè declaratur & aduna tur. Illud tamen prætereundum non est, ꝙ prædicari in quid cōtingit dupliciter. Vno modo cōplete, id est, ita ꝙ prædicatum actualiter dicat totam quidditatem eius, de quo prædicatur, & hoc modo non loquimur hic de prædicatione quiddi tatiua, sola enim diffinitio illo modo prædicatur in quid. Alio modo contingit prædicari in quid incōplete, id est, ita ꝙ prædicatum dicat quidem quidditatem eius de quo prædicatur: & per modum substantiæ, non per modum qualitatis (vt de differentia dicetur) sed non explicet totā illius quidditatem: & isto modo genus dicitur prædicari in quid de speciebus: quoniam significat essentiam vniuscuiusq; suæ speciei per modū substantiæ, non tamen complete, animal enim non perfectè significat quid est homo, licet significet quid est homo, perfectè autem significat quid est homo, animal bipes: si hæc sit hominis diffinitio.

Nihil igitur superfluum, neq; minus cō tinet generis dicta descriptio notionis.

Hic tertiò ex dictis concludendo probat, ꝙ su pradicta diffinitio fuerit bona, tali ratione, descriptio nihil superflui, aut diminuti habēs est bona: qm̄ altero illorū modorum vitium accidit in diffiniendo, vel. s. cum non necessaria admittūtur, vel cum necessaria dimittūtur, supradicta autē diffinitio est hmōi: quoniā non continet nisi necessarias conditiones, quibus ab alijs differt genus, & nullam prætermittit (vt patet ex dictis) igitur &c.

Nomine diffiniti generis non rem naturæ, vel ex re & intentione aggregatum, sed ipsam generis secundam intentionem genus denominatam, hic diffinitam fuisse ostendit: quæ formaliter prædicari, res verò formaliter siue denominatiuè de pluribus dicitur.

Circa supradicta occurrit dubiū, an cùm diffinitur genus sumatur genus pro ipsa generis intentione, an pro re subiecta, aut pro vtraq;, hinc enim & inde rōnes sunt. Quòd enim diffiniatur genus pro re substrata, ex eo videt̄, quia id diffinitur, cui conuenit diffinitio: sed rei substratæ cōuenit ista diffinitio, & non intentioni, neq; aggregato ex vtraq; probatur, qm̄ id quod prædicatur de speciebus in quid non est intentio generis, secunda em̄ intentio non prædicatur in quid de rebus, nec est aggregatum ex re & intentiōe: quocunq; em̄ modo aggregetur, semper falsa esset prædicatio in quid talis aggregati de speciebus, ex eo ꝙ altera pars illius pertinet ad quidditatem alicuius speciei, sed res ipsa substrata generis intentiōi est, quæ prædicatur de specieb⁹: animal em̄ quod generis intētioni subijcitur, prædicatur de hoīe & boue in quid, & non aīal gen⁹, neq; genus. Quòd autē intētio ipsa diffiniat̄, ex eo haberi potest, ꝙ Logica diffinitio ad intentiones directè tendit, & non ad res. Quòd verò totum aggregatum diffiniatur ex eo suadetur, quia Logica est de secūdis intentionibus adiunctis primis (secundū Auicennam) & non de primis absolutè, neq; de secundis absolutè. Ad euidentiam huius dubitatiōis (qm̄ ianua est disputatio hæc ad Logicales diffinitiones & tractatus) tria faciēda sunt. Primò declarabimus terminos positos in quæstione. Secundò quæstioni respondebitur. Tertiò satisfiet argumētis in oppositum. Intētio idem sonat ꝙ attentio, & diuiditur in primam & secundā. Cuius diuisionis ratio sumitur ex eo ꝙ rei, quæ intelligitur, dupliciter aliqua cōueniunt. Quædam conueniūt ei etiam si nunq̄ intellectui præsentaretur, vt homini cōuenit esse risibilē, & album, & hmōi: & quædam conueniunt illi rei non nisi ex hoc ꝙ intellectui præsentat̄, vel ex hoc ꝙ circa illam intellect⁹ negotiatur: vt homini conuenit ꝙ sit subiectū vel prædicatū in aliqua propositiōe & hmōi: hæc em̄ & similia non inueniuntur in hoīe in rerum natura exist̄te, sed tm̄ in eo vt in intellectu est. Ex his itaq; sic pro nunc creditis, sciendū est, ꝙ prima intentio vocatur illa intellectus attentio, qua inspicit in rebus sibi oblatis ea, quæ conueniūt illis in rerum natura. Secūda aūt intentio dicit̄ illa intellectus

Quā necessaria ē hæc doctria: ppe ꝙ totius Logicæ scop⁹ est.

lectus attentio, qua in rebus ſibi oblatis intuetur ea, quæ cõueniunt illis ex intellectus adinuentione. Verùm, quia occultiora ex notioribus nominamus, & id, quod ſecunda intentione cõcipitur, debiliſsimę entitatis eſt: extenſum eſt intentionis vocabulum ad id cui attenditur, & vocatur ſecunda intentio id, quod intellectus concipit ſecunda attentione, quod nihil aliud eſt q̃ quoddam ens rationis. Ens autem rationis cum ſufficienter diuidatur ſecundũ doctrinam ſancti Thomæ in. q. 21.
In de veritate. q. 21. ar. 1. de veritate, in negationem & relationem: huiuſmodi entia, quæ ſecundas dicimus intentiones, inter relationes rationis annumeranda fore ſupponatur. Intentionis ergo ſecũdæ nomine, licet poſſumus intelligere duo. ſ. attentionem ſecũdam intellectus, quæ eſt ſecunda intentio formaliter, & id, quod illa attentione concipitur (quod eſt ſecũda intentio obiectiuè) cõmunis tñ vſus intelligit id, quod concipitur. i. relationem rõnis factã per intellectum in rebus vt in eo ſunt. Nomina autem ſecundæ intentionis vocamus ea, quæ mediãte ſecunda attentione intellectus, iſtas relationes ſignificant: vt ſubiectum, prædicatum, ſyllogiſmus & huiuſmodi. Nomina verò primæ intentionis reliqua ſunt, quæ mediante prima intellectus attentione ad ſua referuntur ſignificata: vt homo, bos, leo: ſignificant ſiquidem vt Primo Perihermenias dicitur, nomina ſignificata ſua mediꝫ conceptibꝰ
Cap. 1. animæ. Aduertendum quoq; eſt: q̃, quia hmõi intentiones ſecundæ, ſeu relationes fundantur in rebus vt intellectis, & denoïant eas, ſicut (ly ſubiectum) denominat hominem & ly prædicatũ, denominat animal, cum dicimus homo eſt animal, in huiuſmodi nominibus ſecundarum intentionum duo conſiderãtur. ſ. intentio, quæ relatio eſt, & res ſubiecta intentioni, quæ denominatur ab illa relatione, ſed hæc duo nõ vniformiter importantur à talibus nominibus: ſed relatio ipſa ſignificatur, res verò ſubſtrata copulatur, ſicut album ſignificat puram albedinem (vt in prædicamẽtis dicitur) copulat autem ſubiectum, quod denomi
In cap. ẽ ſubſtantia. natur ab albedine album. Vnde, quia genus nomen ſecundæ intentionis eſt: in eo poteſt conſiderari id quod ſignificat, & illud eſt relatio genereitatis, quam intentionẽ generis vocant. Et id, quod copulatur generis nomine, & illud eſt res ſubſtrata, quæ à genereitate genus denominatur, quam rem ſubiectam intentioni vocant, & ſic pateãt ſu perficietenus nouitijs termini in quæſtione ſumpti. Ad euidentiam autem quæſitæ veritatis incedere oportet à notitia illius termini (prædicaẽ.) quod in diffinitione generis ponitur. Prædicari enim cùm ſit terminus ſecundæ intentionis duo in ſe claudit. ſ. intentionem & rem ſubiectam: & vt de cætero prolixitas & obſcuritas vitetur, dicemus, q̃ omne nomen ſecundæ intentionis ſumitur dupliciter. Vno modo formaliter: & hoc eſt cum ſumitur pro illa intentione. Alio modo fundamentaliter, & hoc eſt cum pro re ſubſtrata ſumitur. Prædicari igitur dupliciter ſumiꝫ. ſ. formaliter: & ſic nihil aliud eſt q̃ relatio quædam adinuẽta ab intellectu inter extrema complexionis verbalis: & fundamentaliter: & ſic nihil aliud eſt, q̃ cõnexio ipſorum extremorũ orationis. Imaginandum em̃ eſt, q̃ intellectus vidẽs Sortem habere albedinem, prima ſua attentione format hanc propoſitionem mentalem. Sor. eſt albus, in qua propoſitiõe tot terminos ponit, quot videt extra animam res: tria ſiquidem ibi videt. ſ. Sortem, albedinem, & inhæſionem albedinis in Sorte: & tribus terminis propoſitionem format, dicẽs, Sortes eſt albus: ly eſt nanq; ſignificat compoſitionem (vt in. 1. Perihermenias dicitur.) Hac igitur propoſi- Capit. 3. finali.
tione formata: intellectus ſecundo attendit ſuo iã operi, & ſortem ſubiecti, album prædicati, & (eſt) prædicationis relatione donat, fundamentaliter ergo prædicari eſt coniunctio rei prædicatæ cum re ſubiecta, formaliter autẽ eſt relatio fundata ſupra ipſa verbali copula. His ergo prælibatis reſpondetur quæſtioni tribus concluſionibus. Prima eſt, genus non diffinitur hic pro re ſubſtrata: probatur, q̃m aut prædicari in quid de pluribus &c. ſumitur formaliter, aut fundamentaliter: ſi formaliter, cùm conſtet q̃ relatio rationis non cadit in diffinitione rei extra animã, ſequitur q̃ genus non diffiniatur pro re ſubſtrata. Si materialiter, cùm etiã conſtet q̃ connexio rei, quæ denominat genus cũ ſpecieb⁹, nõ ſit de rõne illius rei: q̃m de ratione aïalis non eſt eſſe in ſuis ſpeciebus, q̃a animal abſtrahit ab eſſe in hoïe & equo, & oibus ſpecieb⁹: ſequit̃ idem quod prius, & ſic quocunq; modo ſumatur, ly prædicatur, non ſaluatur q̃ genus pro re ſubſtrata diffiniatur. Secunda concluſio eſt, genus non diffinitur pro aggregato ex re & intentione: probatur: tum q̃m totum aggregatum non eſt diffinibile: cõplexorũ em̃ non eſt diffinitio (vt dicit. 7. Metaphy.) ſed oportet id quod T. c. 13. diffinit̃ eſſe vnum in vna aliqua natura. Tum q̃m non facilè eſſet fingere, cũ ſumitur (ly prædicat̃) in tali diffinitione. Tertia cõcluſio eſt, genꝰ diffinitur pro ipſa intentione ſecunda: probat̃ hęc cõcluſio: primò authoritate S. Thomę hoc expreſſe dicẽtis in Tractatu de Ente & Eſſentia cap. 4. vbi Capit. 4.
& hoc declarauimus. Secundò rõne adducta, q̃a ſcilicet diffinitio Logica id reſpicit, quod directè eſt Logicæ cõſiderationis, hoc eſt aũt ipſa intẽtio ſecunda, ergo &c. Tertio, q̃m niſi ad hoc veniat̃, quibuſcũq; verbis oppoſitum palliari videat̃, impoſsibile eſt ſaluare q̃ diffinitũ ſit verè vnum: ſiue em̃ dicatur, q̃ diffinitur res ſub intentione, ſiue intentio in cõcreto, ad hoc oportet venire q̃ ipſa intentio ſit id quod diffinitur, ſi error vitari debet. Sicut ſiquis diceret niuem diffiniri inquantũ eſt alba, aut albedinem in niue & huiuſmodi. Ad primam aũt rationem in oppoſitum dicitur, q̃, quia diffinitio debet cõuenire diffinito non qualitercunq;, ſed quidditatiuè, maior illa, illud diffinitur, cui cõuenit diffinitio, modificãda eſt cum hac cõditione,

ditione, cui quidditatiuè conuenit diffinitio. Sed tunc falſa eſt minor: q̃m diffinitio generis rei ſubſtratæ non conuenit quidditatiuè, ſed denominatiuè: ipſi autem intentioni generis, quia conuenit quidditatiuè, ideo ipſa intentio diffinitur: & hæc ſit quarta probatio tertiæ concluſionis, & potiſsima. Et vt quod dicimus clarè percipi poſsit, præ-
De ente eſſentia. cap. 4. ſupponere oportet, q̃ (vt ſanctus Thomas loco allegato dicit) prædicari in diffinitione generis poſitum, ſumitur formaliter pro ipſa intẽtione prædicationis, ita q̃ relatio prædicationis in quid de pluribus &c. cadit in diffinitione relatiõis quam ſignificat genus. Hoc autem præſuppoſito ſcien dum eſt, q̃ diffinitio alicuius accidentis aliter cõ-
A uenit ipſi accidenti, & aliter conuenit eius ſubiecto: ipſi ſiquidem accidenti conuenit quidditatiuè, vt ei quod formaliter eſt tale, ſubiecto verò eiꝰ denominatiuè, vt quod ſubiectiuè vel denoïatiuè eſt tale. v. g. ſi diffiniatur album, & dicatur, q̃ eſt diſgregatiuum viſus: talis diffinitio cõueniet albedini quidditatiuè, & vt ei quod formaliter eſt diſgregatiuum viſus, eadem verò diffinitio cõueniet niui denominatiuè, & vt ei, quod ſubſterniſ illi: ita diffinitio generis conuenit intentioni generis quidditatiuè, rei aũt ſubſtratæ denoïatiuè: ita q̃ illa propoſitio, genus prædicatur de pluribꝰ &c. eſt quidditatiua, iſta aũt, aïal prædicaẽ de pluribꝰ &c. eſt denominatiua. Rurſus ſciendum eſt, q̃ ſi cut accidens, cui formaliter cõuenit aliq̃d, habet in ſe duo. Primum eſt, q̃ ipſum poteſt vocari tale vt quod, formaliter tamen: & ſic dicimus, q̃ albedo diſgregat viſum. Secundum eſt: q̃ ipſum eſt id
C (quo) ſubiectũ dicitur tale: & ſic dicimus, q̃ albedo eſt id, qua nix diſgregat viſum. Ita intentio generis habet in ſe hæc duo: & nanq; dicimus, q̃ genus eſt quod prædicatur, intelligẽtes per hoc genus eſſe quod formaliter prædicaẽ: & dicimus, q̃ genus eſt quo res ſubſtrata prædicatur &c. Sicut em̃ nix diſgregat, quia eſt alba, ita animal prædicatur de pluribꝰ differẽtibus &c. quia eſt genꝰ &c. Poſtremò curandũ eſt vt in hac & ſimilibus dubitationibus homo ſit valde attentus, ne fallatur ex
D ĩdentitate vocabulorũ, quæ obſcuritatẽ in re hac parit. Oportet ſiquidẽ perſpicaciter aduertere, q̃ prædicari quãdoq; ſumiꝫ fundamentaliter pro in eſſe, quãdoq; aũt formaliter pro illa relatione: & q̃ licet primum alterius fundamentũ ſit, maxima tñ inter ea diuerſitas eſt: & cõſequẽter cùm in iſta & ſimilibus diffinitionibus, formaliter ſumaẽ (vt dictum eſt) nõ exigitur vt id, cui quidditatiuè cõuenit illa diffinitio, q̃ prædicaẽ. i. inſit illis, de quibus prædicari dicitur, ſed requiritur & ſufficit q̃ prædicetur. i. referatur ad illa. ei aũt, cui diffinitio cõuenit denominatiuè, exigitur q̃ prædicari fundamentaliter ſumptum (id eſt, in eſſe conueniat) vnde aïal eſt id quod prædicatur, id eſt, ineſt homini & equo. intentio autem generis eſt id, quod prædicatur in quid. i. tali prædicationis relatione refertur ad ipſas ſpecies &c. Et ſic patet reſpõſio ad primam rõnem in oppoſitum. cuius, quia tota vis ex prędicatione fundamentaliter ſumpta pẽdebat & diffinitio de prędicatiõe formaliter loq̃t: ideo meritò ruit. Ad vltimam verò rationẽ, qua probabatur, q̃ diffiniatur totum aggregatũ, dicitur, q̃, pcedit ex malo intellectu authoritatis Auicennæ: non em̃ intendit Auic. q̃ Logica ita ſit de ſecundis intentionibus adiunctis primis, ita q̃ ex æquo cõſideret vtraſq;, aut q̃ de aliquo ex vtriſq; aggregato ſit: ſed q̃ ſit de ſecundis intentionibus non abſolutè vt entia ſunt (q̃m homo Metaphyſicæ ſpeculationis eſt) ſed adiũctis primis. i. vt fundantur in primis, & denominãt eas: ita vt per earum applicationẽ rerũ, quæ primis attentionibus offeruntur, cognitio habeaẽ, ex diffinitiõe em̃ ge-
B neris nũc habita, nõ innotuit abſolutè (q̃d res illa quæ genus eſt) ſit, ſed q̃d ſit vt denoïat rẽ primæ intentionis: didicimus em̃ ex data diffinitiõe quę res primæ intentiõis generis denoïationẽ habeat, & quæ non, & quæ exigãtur ad hoc vt res aliqua talem denoïationem ſortiatur. Volumus aũt hęc pauca in hac quæſtione dicta ſufficere omnibus diffinitionibus ſecundarum intentionum: & ideo ſunt diligenter notanda & applicanda cæteris.

CIRCA eandem gñis diffinitionẽ eſſet dubitandũ ex eo q̃ diminuta vr̃: quia aliq̃d eſt quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod q̃d: & tñ non eſt genus. Tum q̃a ens prædicaẽ taliter. Tum q̃a aïa ſenſitiua prędicaẽ de pluribus differẽtibus ſpẽ: puta aïa bouis & leonis in eo
C quod q̃d (vt patet:) & tñ non eſt genus. Sed q̃m prima inſtãtia Metaphyſicali eget diſcuſsione: omittẽda hic eſt. Veritas tñ eſt q̃ ens non prædicatur in q̃d. Secũda aũt inſtãtia inferiꝰ in hoc capitulo q̃n ſpeciei diffinitio examinabitur excludeẽ: q̃m par eſt de gñre & ſpẽ difficultas quo ad hoc. Lege ĩferiꝰ ĩ libello de ente & eſſentia, de entis vniuocatiõe.

CIRCA diuiſionẽ in textu factã eſt dubium an rectè diuidaẽ prædicatũ in id, quod de vno ſolo & id quod de pluribus prædicatur, quia indiuiduũ de nullo prædicatur. Sed quoniam hoc indiuidui diſcuſsionẽ exigit inferius in hoc capitulo (cũ indiuidui diffinitio examĩabiẽ) patet ſolutio.

Species autem dicitur quidẽ & de vniuſcuiuſque forma, ſecundum quam dictum
D eſt * Priami quidẽ ſpecies digna eſt imperio. Dicitur autẽ ſpecies & ea, quæ eſt ſub aſsignato genere, ſecundũ quã ſolemus dicere hoïem quidem ſpeciem animalis, cũ ſit genus animal: album autem coloris ſpeciem, triangulum verò figuræ ſpeciem. *Al. l. ſic, Prima q̃dẽ ſpẽs digna ẽ imperio.

Hæc eſt tertia pars huius capituli, in qua declarat q̃d ſignificat hoc nomen ſpecies, ponens duas eius ſignificationes, prima eſt forma, à qua formoſi dicunt̃, qui corporis cõmenſuratione à natura donati ſunt, hi nanq; ſpecioſi quoq; à ſua dicũtur ſpecie: & ſcd̃m hãc ſignificationẽ ſpecies Priami imperio digna dicta eſt. Secunda aũt ſignifi- Tertia pars. Eſt autẽ hæc cauſa mẽſuratio ãbitorũ corpo-

rũ dimẽ-siões ꝑxi mis qua-litatib⁹ di ſpoſitę ſe cũdũ ẽbi tã omniũ partiũ cõ menſura-tionẽ cõ-ueniẽs in diciũ ſpe ciei, à for ma enim ſpecifica hęc ſunt.

catio eſt id, quod ponitur ſub aſsignato genere, ſe cundũ quam dicimus hominẽ eſſe aĩalis ſpeciem, eo ꝙ ponitur directè ſub aĩali. Aduertenda ſunt hoc in loco quatuor. Primum eſt, ꝙ Porphyrius (ſecundũ Albertũ) contempſit ſignificatiões oẽs ſpeciei ponere, vtuntur ſiquidẽ Grãmatici ſpecie primitiua & deriuatiua. Motus aũt eſt eadẽ, qua ſupra rõne, illã em̃ ſignificationẽ poſuit, ex qua deriuata credit ſignificatio, qua Philoſophi vtũ-tur, ea aũt (vt Auicẽna dicit) eſt prima ſignificatio in textu poſita. Ex eo em̃ ꝙ ſpecies formoſitatẽ ſi gnificat, deriuatũ eſt, vt ſpecies nũcupetur id qđ pulchritudo generis eſt, genus em̃ ſcđm ſe infor-me & imperfectũ & potentiale eſt & appetit ſpe-cificum eſſe tanq̃ formale perficiẽs & diuinæ pul-chritudinis imitationem. Secundum eſt, ꝙ (ly aſsi gnato) põt dupliciter accipi. Vno modo aſsigna-to. i. prædiffinito à nobis genere. i. genere tertio modo ſumpto, & hic ſenſus licet præſenti nõ ob-ſtet literæ, ſequẽti tñ, vbi hoc repetit, cõſonus nõ eſt. Alio modo aſsignato. i. determinato, nõ vago, & hic eſt verus ſenſus, ſpecies em̃ quælibet neceſ-sariò ponitur ſub genere determinato, & impoſsi bile eſt ꝙ ponatur vagè ſub genere, quod actu in cludit in ſe genus quod vagè fieri nõ poteſt, ſecus autẽ eſſet ſi includeret ipſum in potentia. Tertiũ eſt, ꝙ ly ſub (ſcđm Albertũ) notat duplicem ordi-nem. ſ. naturalis poſitionis & participationis: qm̃ ſpecies naturaliter eſt inferior genere, & gen⁹ na-turaliter eſt ſuperior ſpecie. Et ſimiliter ſpẽs gene ris poteſtatẽ participat. Coarctaſ em̃ genus, & ſuę amplitudinis pars per dr̃iam ad ſpeciem trahitur. Quartum eſt, ꝙ ſimul Porphyri⁹ quid noĩs & qd rei ipſius ſpeciei aſsignauit in prædictis verbis, & de quid noĩs nõ eſt dubiũ, de quid rei verò patet: tum ex dubitatione ſtatim mota, in cuius reſpon ſione expreſſe dicit hanc fuiſſe ſpeciei rõnẽ. Con ſtat autem ꝙ quæſtio locum non haberet ſi quid noĩs tantum aſsignatio fuiſſet. Tum ex eo ꝙ ſub-dens deinde alias ſpẽi diffinitiões notã copulatio nis apponit dicẽs, aſsignãt ergo & ſic ſpeciẽ &c. in ſinuans ex ly, &, iã præceſsiſſe aliam diffinitionẽ.

Quòd ſi etiam genus aſsignantes ſpe-ciei meminimus dicentes, quod de pluri-bus & differẽtibus ſpecie in eo quod quid eſt prædicatur, & ſpeciẽ dicimus id quod ſub aſsignato genere eſt.

Quarta pars.

Hęc eſt quarta pars huius capituli iã inchoata in parte præcedente inquantum in ea anticipatũ eſt, quid ſit ſpecies: intendit ergo pars iſta declara re quid ſit id quod ſignificat ſpecies: & qm̃ hoc in choatum eſt (vt diximus.) Ideo à dubitatione in-cipiens: quatuor facit. Primò dubitat circa diffini tionem adductam tali modo. In diffinitione gene ris poſita eſt ſpecies cum dictũ eſt genus eſt quod prędicatur de pluribus differẽtibus ſpecie: & mo do in diffinitione ſpeciei ponitur genus cum di-

E

cit, ſpẽs eſt quę ſub aſsignato gñre ponit: ergo cir cularis diffinitio cõmiſſa eſt, q̃ ab arte aliena eſt.

Noſſe oportet quod, quoniam & genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicui⁹ eſt ſpe cies, vtrunq; vtriuſq;: idcirco neceſſe eſt in vtrorunq; rationibus vtriſq; vti.

Hic ſecundò ſoluit dubium motũ dicẽs, ꝙ quia gen⁹ & ſpecies ſunt correlatiua: genus em̃ ſpeciei eſt genus, & ſpecies generis eſt ſpecies: ideo non fuit inconueniẽs, ſed neceſſarium vnum poni in diffinitione alterius & è conuerſo. Notandum eſt hic, ꝙ genus & ſpecies dupliciter accipiũtur. Vno modo formaliter. Alio modo fundamẽtaliter, vel ſub alijs verbis, pro his, quæ ſignificant, aut pro his quę denominant, vel ſub alijs verbis, pro intẽ-tionibus, aut pro rebus ſubiectis: hęc enim om-nia equiualent. Si ſumantur fundamentaliter, ſic non ſunt correlatiua: animal enim & homo non ſunt correlatiua, ſed ſunt ſubſtãtię: & ſimiliter co-lor & albedo &c. nec hoc modo accepit genus & ſpeciem Porphyrius, alio modo ſumuntur forma liter, & ſic ſunt correlatiua, ſicut pater & filius, do minus & ſeruus &c. genus enim & ſpecies forma-liter ſumpta entia rationis, & relatiua ſunt, & ad-inuicem referuntur (vt hic dicitur) & ſic de gene-re ſpecie loquitur Porphyrius.

Cum relatiuorum eſſe in vnius ab altero dependentia eſſen tialiter non cõſiſtat, per reliquum diffiniri alterum non contingit, ſed ad reliquum.

G Circa hanc reſponſionem occurrit dubiũ. An verum ſit, ꝙ vnum correlatiuorũ debeat po-ni in diffinitione alterius. Videtur enim quòd nõ, quia cùm diffinitio detur cauſa innoteſcendi (vt in. 6. Topicorum dicitur) aut vnum correlatiuum eſt notius altero, aut non: ſi ſic, ergo idem erit no-tius & ignotius reſpectu eiuſdem: quoniam mu-tua eſt eorum diffinitio: ſi non, ergo talis diffini-tio non facit innoteſcere diffinitum: omnis nanq; notitia ex notioribus procedit. Prꝫterea, ſi vnũ correlatiuum diffinit reliquum, ſequetur ꝙ idem poneretur in diffinitione ſuiipſius, quod eſt ma-gnum peccatum in arte diffinitiua, tenet conſe-quentia ex doctrina Ariſtotelis (in ſecundo To-picorum) vbi dicit, ꝙ loco nominis poſiti in diffi-nitione alicuius licet ponere eius rationẽ. Si enim loco correlatiui diffinientis alterum ponatur diffinitio eius, cùm in diffinitione iſtius correlatiui diffinientis (ſecundum hanc doctrinam) debeat poni alterum correlatiuum, quod diffinitur, ſe-quetur neceſſariò ꝙ idem ſeipſum diffiniet. v. g. ſi genus & ſpecies mutuo ſe diffiniunt: & diffinitio ſpeciei eſt illa, ſpecies eſt quæ ponitur ſub aſsigna to genere: loco ly genere, ponetur generis diffini-tio, & dicetur, ſpecies eſt quæ ponitur ſub aſsigna to prędicabili de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid: vbi apparet ſpeciem in ſpeciei diffi nitione cadere. In oppoſitum eſt Porphyrij au-thoritas. Hęc quęſtio, quoniam Metaphyſicalis eſt, ſuccin-

Capit. 2.

Capit. 5.

A minat, vt ſic: qm̃ interminatum, vt ſic, ignotũ eſt: & ſic vtrũq; correlatiuorũ eſt notius altero vt ter minus, ignotius vt terminatur: & quia diffinitur vt tendit ad aliud, diffinit vt terminat: ideo nõ eſt inconueniens vnũ ad aliud mutuo diffiniri. Si ad-duceretur ad cõfirmationẽ, ꝙ relatiua ſunt ſimul natura & intellectu: dicatur concedendo ꝙ ſimul cognoſcuntur, vnũ tñ accipit vt noti⁹ altero: aliud eſt em̃ ſimul cognoſci, & aliud eſt magis cogno-ſci. Secũdo modo dr̃, ꝙ vnum relatiuorũ neq; aſ-ſumitur in diffinitiõe vt prius notum, nec vt ma-gis notũ, ſed vt neceſſario connotũ: & ꝙ ſtat diffi nitionẽ dari cauſa innoteſcẽdi, & notificare rem, etiã ſi non quælibet pars diffinitionis ſit notior diffinito. Diffinitio em̃ (vt dictũ eſt) ſcđm diffini

B biliũ naturas ꝓportionabiſt requirẽda eſt. Cum em̃ cõſtet, ꝙ diffinitio exigit duas cõditiones. ſ. ꝙ ſit ex notiorib⁹, & ꝙ ſit ex prius notis: qm̃ oĩs di-ſciplina ex præexiſtẽte fit cognitiõe, & ſecũda cõ ditio non exigaſ ad oẽs partes diffinitiõis, vniuer ſaliter loquẽdo, vt apparet ex verbis Auicẽnæ, qm̃ dicit, ꝙ dicẽtes ꝙ vnũ relatiuũ diffinit ꝑ reliquũ, nõ aduertunt ꝙ aliud eſt cognoſci cũ reliquo, & aliud eſt cognoſci ꝑ reliquũ. & ex S. Thoma ex-preſſe dicẽte, ꝙ relatiua ſunt ſimul natura & ĩtel-lectu, cõſequens eſt ꝙ nec prima cõditio vniuerſa liter requiraſ ad oẽs particulas diffinitiõis ꝓpter eandẽ cãm. Vnde dr̃ ſcđm hãc rñſionẽ, ꝙ diffini-tio illa facit notitiã diffiniti. tum qa aliæ particu-læ diffinitionis ſunt notiores, tum qa connotitia correlatiui ad hoc cooperatur. Nec eſt mirabile ſi ſingulare gen⁹ entiũ ſingularẽ ſibi modũ diffini-tiõis, & notitię vẽdicat. Ad ſecundã rõnẽ dr̃ negã-do cõſequentiã: eius em̃ deductio, ꝓcedit ex malo intellectu doctrinæ Ariſt. cum em̃ dr̃, ꝙ loco noĩs diffiniẽtis licet ponere eius rõnẽ, intelligit quo ad ea, quæ intrinſece cadũt in illius noĩs rõne, & non quæ caduntvt additũ. Correlatiuũ aũt conſtat ꝙ in diffinitiõe alterius cadit vt additũ & ideo nõ ſe quit ꝙ idẽ diffiniat ſeipſum. Et vt oẽs poſsint iſtã gloſam percipere pono exẽplũ, ſi diffiniat hõ & dicaſ, hõ eſt aĩal rõnale: loco ly aĩal, põt poni tota ſua rõ, qa nihil habet in ſua rõne vt additũ, & dice tur, homo eſt ſubſtãtia aĩata ſenſibilis, vbi pri⁹ di-cebaſ aĩal, loco verò ly rõnale non põt poni tota ſua ratio: qm̃ ſua rõ aliquid includit vt intrinſecũ, & aliqd vt additũ: quo ad ea quæ includit intrin-ſece, puta potẽs vti rõne licitè poni põt ratio loco noĩs, quo ad id verò quod includit vt additũ, pu-ta aĩal, poni nõ põt ratio loco noĩs, quia ſequeret nugatio in diffinitiõe: in rõne nanq; dr̃iæ claudit genus vt additum, & ideo ſi loco differẽtiæ liceret ponere totã eius rõnẽ, gen⁹ bis poneret in diffini tione, ſemel rõne ſui, & ſemel rõne dr̃iæ, & ſic pa-tet tam gloſa q̃ eius ratio memorię cõmendanda.

In prędi camento reſolutio nis.

Vbi ſu-pra.

Aſsignant ergo & ſic ſpeciem. Species eſt, quæ ſub genere ponitur: & de qua ge-nus in eo, quod quid eſt prædicatur.

Hic tertiò ponit ſecundam ſpeciei deſcriptionem dicẽs. Spẽs eſt quæ ponitur ſub genere, & de qua genus in eo quod quid eſt prædicaꝛ. Vbi no tandũ eſt, ꝙ, quia ſpẽs dupliciter reſpicit genus. ſ. & vt inferius in recta linea prædicamẽtali ſuũ ſuperius, & vt ſubijcibile ſuũ quidditatiuũ prædicabile: ideo iſta deſcriptio vtranq; habitudinẽ complectiꝛ, primã quidẽ cũ dicitꝛ, ſpecies eſt quæ ponitur ſub genere, ſecũdã verò cùm ſubditꝛ, & de qua genus in eo quod quid eſt prædicaꝛ. Et qm̃ prima connexio eſt cauſa ſecundæ: ideo em̃ de ſpecie genus prædicaꝛ in quid, quia ſpecies ei ſubiecta eſt in linea recta: ꝓpterea ſic ordinata eſt deſcriptio, vt primò declaretur prima habitudo, & deinde ſecunda. Nec mireris, ſi in iſta diffinitione includitur prima ſicut pars in toto (quoniam ex diuerſis Peripateticorum dictis) adunat Porphyrius deſcriptiones iſtas, quemadmodum contingit illos perfectius vel minus perfectè deſcripſiſſe.

Id omne ſpecies eſt, quod ita directè ſub genere ponitur, quod nihil includit, quod à genere non oriatur.

CIrca hanc diffinitionem dubitatur, quia videtur illa diffinitio diminuta, qm̃ conuenit alteri à diffinito, cõuenit enim indiuiduo: Sortes em̃ ponitur directè ſub genere, quod eſt animal, & de Sorte prædicatur animal in eo quod quid. Quærenti enim quid eſt Sortes, conuenienter reſpondebitur animal. Si dicaꝛ, ꝙ diffinitio intelligiꝛ nõ de quacunq; poſitione ſub genere, ſed directa & immediata: modo licet indiuiduũ ponatur ſub genere directè, non tm̃ ponitꝛ immediatè, qm̃ inter in diuiduũ & genus mediat ſpecies. Contra, quia hæc reſponſio non ſufficiẽter ſaluat, ꝙ diffinitio ſit cõpleta, habetur em̃ inſtantia in prõptu de indiuiduo generis, tale em̃ ponitꝛ directè & immediatè ſub genere, & tm̃ non eſt ſpecies. Indiuiduũ aũt generis dicimus hoc animal, hoc corpus, hæc ſubſtantia & huiuſmodi, &c. hoc animal nanq; contꝫ netur ſub animali abſq; aliqua media ſpecie: qm̃ non eſt maior ratio, ꝙ vna ſpecies mediet q̃ alia.

AD HOC dubium dr̃ cum Alberto & ſatis ſubtiliter, ꝙ quando dicitꝛ, ſpecies eſt quæ ponitur ſub genere, ly ſub, non denotat tm̃ ordinem poſitionis & participationis, ſed etiam denotat principium totius poſitionis eſſe genus: aliter em̃ indiuiduum & aliter ſpecies ponitꝛ ſub genere, principiũ poſitionis ſpeciei ſub genere eſt ipſum genꝰ, qm̃ id, quod addit ſpecies ſupra genus, differẽtia. ſ. quæ conſtituit & ponit ſpeciem ſub genere, ex ipſo genere oritur. Differentiæ em̃ ſunt velut quædam proprietates eius, vnde & qualitates eius dicũt. Principium autem poſitiõis indiuidui ſub genere non ex ipſa generis eſſentia, ſed materia ſubiecta accidentibus eſt: ad quam Plato deſcendere prohibebat. Negandum eſt ergo, quòd indiuiduũ generis ponatur ſub genere eo modo quo ſpecies: & intelligenda eſt diffinitio de poſitione directa, quæ tota à genere oritur.

E Amplius autẽ ſic quoq;, ſpecies eſt quæ de pluribus & differentibus numero tantum *in eo, quod quid eſt prædicatur.

*non legim⁹ in emẽdatis cod. verbũ tãtũ.

Hic quartò ponit tertiã ſpeciei deſcriptionem dicens, ꝙ ſpecies eſt, quæ de pluribus differentibꝰ numero in eo quod quid ſit prædicatur. Aduerte hic, ꝙ quia ſpecies multipliciter accipi põt, ideo multipliciter diffinitur, primò diffinita eſt ſecundum ꝙ generi ſubeſt in linea prædicamentali, ſecundò prout generi ſubeſt in propoſitiõe: & nũc tertiò diffinitur ſecũdũ ꝙ prædicabile eſt ab alijs diſtinctum. Huius autem diffinitiõis termini omnes clari ſunt ex dictis, niſi vnus. ſ. differentibꝰ numero. Differentia numero dicũtur quæcũq; conF ueniunt in conditionibus ſpecificis, & diſtinguũtur materialibus cõditionibus & proprietatibus, vt Sortes & Plato cõueniunt in his, quæ ſunt cõmunia toti ſpeciei humanæ: vterq; enim eſt homo & admiratiuus & riſibilis, &c. diſtinguuntur autem ex conditionibus materialibus: quia Sortes habet has carnes, & hęc oſſa. Platò verò habet hæc altera oſſa & has alias carnes. Vocantur autẽ huiuſmodi differẽtia numero, quia numerus cauſatur ex diuiſione cõtinui, cuius diuiſio materialis eſt non formalis, vt patet, qñ diuiditꝛ lignũ. Ponunt autẽ ſingulæ particulæ ad differentiã aliorũ prædicabiliũ, nã ly prædicaꝛ de pluribus, ponitur ad differentiã indiuidui, qđ dr̃ de vno ſolo, ly autẽ differentibꝰ numero, ponitꝛ ad dr̃iam gñis, qđ prę G dicaꝛ de pluribus differẽtibꝰ ſpecie, ly verò (inqd) ad differentiã cæterorũ, quæ in quale prædicãtur.

Species non eſſentialiter, ſed ſecundum quandam eius proprietatem, inter prædicabilia annumeratur.

CIrca diffinitionem occurrit dubiũ: quia omnis diffinitio debet cõuenire diffinito inquãtum hmõi. Diffinitio enim hominis conuenit homini inquantum homo, & diffinitio circuli conuenit circulo inquantum circulus: & ſic de alijs, iſta autem diffinitio non conuenit ſpeciei inquãtum ſpecies. ergo &c. Declaratur minor, quia ſpecies, vt ſpecies, genus reſpicit, reſpectu autem generis non eſt vniuerſale, neq; prædicabile, ſed inferius ſubijcibile, diffinitio verò iſta explanat ſpeciem vt reſpicit indiuidua. ergo &c. Nec poteſt di H ci, ꝙ ſpecies, vt ſpecies, reſpicit & genus & indiuidua: quoniam relatiuum ſemel tantum refertur (licet poſſit plures terminos ex eadem cauſa, ſeu via reſpicere) ſicut filius eadem filiatione refertur ad patrem & matrem propter eandem generationem, ſpecies autem diuerſis vijs reſpicit genus & indiuidua, & expreſſe à Porphyrio dicitur, quòd eius correlatiuum eſt genus: ergo &c.

AD HOC dubium dicitꝛ, ꝙ quia ſecũdũ omnes ferè antiquos (Alberto teſte) ſpecies inquantũ reſpicit genus nõ habet, ꝙ ſit vniuerſale & prædicabile, & ſpecies inquantũ ſpecies reſpicit genꝰ, conſequens eſt, ꝙ iſta diffinitio non cõueniat ſpeciei in eo ꝙ ſpecies, ſed cõuenit ſpeciei ſecundum quan-

quandam eius proprietatẽ, quæ ſequitur ad eſſe ſpeciem: cùm em̃ ſpecies vt ſic ſit ſub genere, ita ꝙ ſuppoſitio eiꝰ tota ex genere oritur, neceſſariò ex hoc emanat, ꝙ ſpẽs aliqua ſub ſe reſpiciat, quorũ ſuppoſitio aliunde oriatur: hoc autẽ eſt reſpicere indiuidua vt prædicabile in quid &c. Vnde præſens diffinitio deſcriptio eſt ſpeciei ſecundũ quãdam eius proprietatẽ: & nõ eſt eius quidditatiua diffinitio. Poteſt tm̃ concedi, ꝙ conueniat ſpeciei in eo ꝙ ſpecies non quidditatiue, ſeu vt diffinitio, ſed cõcomitatiuè ſeu vt proprietas. Nec turbetur quiſpiam ſi de ſpecie inquantum ſpecies eſt loquimur in hac diffinitione, cùm tm̃ de ſpecie ſpecialiſſima loqui deberemus: qm̃ hæc claritatis cauſa fecimus. Eadem em̃ difficultas emergit circa ſpeciem & circa ſpecialiſſimam: qm̃ neutrum eorum B ad indiuidua dicitur, vt patet ex eorum rationibus, & euidenter doctrina fit de ſpecie loquendo. Remanet tamẽ hic difficultas vna ꝓpter ſui difficultatem omittenda: quomodo vniuerſale diuiditꝛ in quinque vniuerſalia, de quibꝰ tractamus, ſi ſpecies ex eo ꝙ ſpẽs non habet ꝙ ſit vniuerſale &c.

Speciei & generis nomine illud dignum eſt, quod de pluribus ſpecie, ſiue numero differentibꝰ prædicatur, ita quòd plura illa differentia, entia ſint perfecta, non autem partes, vel principia, quæ ſpecifica, ſeu generica prædicata dicuntur.

CIrca eandem diffinitionem occurrit dubium aliud: quia etiam iſta videꝛ diminuta, & conC uenire alteri à diffinito. Anima em̃ humana vel equina, & ſimiliter punctum prędicatur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid: & tm̃ nihil horum eſt ſpecies, cùm nihil horũ ſub genere aliquo directè ponaꝛ. Aſſumptum patet, quia anima humana prædicatur in quid de anima Sortis & de anima Platonis, quæ numero differunt: quærentibus enim quid eſt anima Sortis? reſpõdetur rectè, eſt anima rõnalis: & ſimiliter quærentibꝰ qđ eſt hoc punctũ, rectè reſpondeꝛ eſt punctũ, ſicut quærentibus qđ eſt Sortes, reſpondeꝛ homo, &c.

AD HOC dicitur, ꝙ ſpeciei noĩe dupliciter vti poſſumus. ſ. propriè pro eo, quod eſt verè ſpecies, & cõmuniter pro omni prædicato ſpecifico, ſi de ſpecie propriè loquimur, ſic ſpecies tantũ eſt id quod ſub genere in recta linea prædicamentali ponitur modo ſuperius declarato, ſi autẽ ſpeciei D vocabulum extẽdere volumus, ſic ſpecies dicetur omne, quod de pluribꝰ dicitꝛ per modum ſpeciei. Vnde ſermo Porphyrij dupliciter intelligi põt. Si enim accipiamus ipſum loqui de ſpecie propriè, tũc diffinitio gloſanda eſt ſic, ſpecies eſt quæ prædicatur in quid de pluribus differẽtibus numero, non quocunq;, ſed numero naturę cõplete: & ſic fugantur omnes dubitationes: qm̃ hæc anima & illa & ſimiliter hoc punctum & illud & ſimilia nõ differunt numero naturæ cõpletæ: qm̃ non ſunt entia cõpleta in ſpecie, ſed principia entia cõpletorum. Et ſi inſtetur: ergo ſecundũ iſtam expoſitionem Porphyrius nõ ſufficiẽter declarauit oĩa A prædicabilia vniuoca: qm̃ dereliquit hæc oĩa quæ prædicantur in quid de entibus incompletis. Dicitur, ꝙ, quia iſta prædicabilia extra rectã lineam prædicamentalẽ exiſtentia, quæ nullum nomen horum quinque prædicabiliũ propriè ſubintrãt, imitantur iſta quinque, de qbus determinatur, ſicut in propoſito videmus punctum prædicari de hoc & illo puncto per modũ ſpeciei, quia prædicatur de eis vt differentibus numero & in quid: & ideo ſat fuit determinaſſe de his, ad quorum ſimilitudinẽ cætera prædicanꝫ. Si verò accipiamꝰ Porphyrium locutum eſſe de ſpecie extenſo vocabulo ad oẽ prædicatũ ſpecificum, ſic diffinitio nulla eget gloſa: & concedendũ eſſet, ꝙ illa diffinitio cõ uenit etiã illis, quæ propriè non ſunt ſpẽs: quare ſecundũ hoc nõ datur illa diffinitio de ſpecie propriè ſumpta. Mihi magis placet primavia, quoniã ſubtilior & dignior tanto viro & tot Peripateticis eſt. Et per hæc patet reſponſio ad ſimilẽ quæſtionem motã de gñre: pariformiter em̃ diſtingui põt de genere propriè & cõiter, & cætera facilè applicari poſſunt. Conclude ergo ꝙ hmõi prædicata, quæ entiũ completorũ principia ſunt, vt formæ materiæ, motus priuationes, &c. nec ſpẽi, nec gñis appellatione digna ſunt: nec eis conuenit diffinitio eorum, ſed prædicata generica, vel ſpecifica, id eſt, ad modum generis & ſpeciei nuncupentur.

Species in eo quod ſpecies neq; actu vel aptitudine naturali plura indiuidua neceſſario habet, ſed ſecundum qui intellectui obijcitur indifferens eſt ad vnum vel plura indiuidua.

CIrca eandem diffinitionẽ adhuc aliud eſt dubium, quia non videꝛ cõuenire omni ſpeciei: multæ ſiquidẽ ſunt ſpecies, quæ non prædicantur de pluribus, quia non habẽt plura indiuidua, nec ſimul, nèc ſucceſsiuè, nec actu, nec aptitudine, vt patet de omnibus ſpeciebus corporum cœleſtiũ & intelligentiarũ, non em̃ poſſunt eſſe plures Soles, nec plures Lunæ ſcđm veritatem: & ſimiliter non poſſunt eſſe plures intelligẽtiæ vnius ſpeciei.

AD HOC dubium, pro quanto logici negotij eſt, præſupponendo ea, quę dicta ſunt arguendo eſſe vera: qm̃ (vt alibi probabitur) ita ſe habet veritas. Dicitur, ꝙ oĩs ſpẽs prædicabilis eſt de pluribus nõ ideo, quia actu vel aptitudine ſua habeat plura indiuidua, ſed ideo, qa res illa, quę denoĩatur ſpecies, ſecundũ cõditiones quas ſortiꝫ ex hoc, quod obijcitur intellectui noſtro, vnde & habet, ꝙ ſpecies denominetur, abſtrahit ab vno & pluribus indiuiduis, & ĩdifferẽter reſpicit vnũ & plura, eo ꝙ repreſentatur nobis ad modũ iſtarum rerũ, quas intelligimus per abſtractionẽ à conditionibus indiuidualibꝰ. Denoĩari nanq; ſpeciẽ non cõuenit rei ſecundũ ſe ſumptæ, neq; ſecũdũ eſſe, qđ habet in ſingularibus, ſed ſecũdum eſſe quod habet in intellectu, ita ꝙ proximũ fundamẽtũ talis denoĩatiõis nõ eſt res abſolutè, nec vt eſt in ſingularibus, ſed res ſic obiecta intellectui noſtro. Et qa hoc conuenit omni naturæ, ſiue cœleſti, ſiue angelicæ,

Super de ente & eſſentia ca. 5. q. 9.

gelicæ,ideo nihil prohibet eas ſpecies denomĩari, & prædicabiles eſſe de plurib⁹ & vniuerſales,quẽ admodũ nihil prohibet eas intellectui nr̃o offerri. Nõ ergo exigit̃ ad ſpeciem, ꝙ actu vel aptitudine Phyſica naturailla ſit in pluribus.i.ꝙ poſsint eſſe plura indiuidua illius ſpeciei in rerum natura ſimul vel ſucceſsiuè,ſed ſufficit,ꝙ vtĩ intellectu eſt, plura reſpiciat, de quibus vt ſic prædicabilis intelligitur(in quid)aptitudine logica,quę nihil aliud eſt q̃ indifferentia naturæ in eſſe cognito ad vnũ & plura:& eſt aptitudo hæc negatiuè exponẽda: ita ꝙ ſenſus eſt, ſpecies eſt prædicabilis de pluribus.i.ſpẽs vt ſic nõ magis de vno q̃ de pluribus habet vt dici poſsit,vt de ſubiecto inferiori,qa æqualiter abſtrahit ab vno & infinitis ĩ eẽ obiectiuo reſpectu ĩtellect⁹ nr̃i, cui res ſic obijciunt̃ vt diximꝰ.

Sed hæc quidem aſsignatio ſpecialiſsimæ eſt,& quæ ſolum ſpecies eſt: aliæ verò erunt etiam non ſpecialiſsimarum.

Quinta pars.

Hæc eſt quinta pars huiꝰ capituli,in qua ſimul declarantur.ſ.differẽtia inter adductas diffinitiones ſpeciei,& qd ſit generaliſsimũ, quid ſpecialiſsimũ,quidue ſubalternũ.Facit aũt ob hoc ſex.Primo ponit differentiã inter diffinitiones dicens, ꝙ hæc vltima deſcriptio cõuenit tm̃ ſpẽi ſpecialiſsimæ,aliæ verò priores diffinitiones cõueniunt & ſpecialiſsimis ſpecieb⁹ & nõ ſpecialiſsimis. Appellat̃ aũt vt ſubdit ſpẽs ſpecialiſsima infima ſpẽs in tota linea prędicamẽtali,ſub q̃ nihil eſt niſi indiuidua,vt hõ,ſub q̃ Sortes & Plato ſunt.Non ſpecialiſsimę verò ſpẽs dicunt̃ oẽs ſpẽs ſuperiores, quæ & genera ſunt,vt animal, corpus animatum &c.

Specialiſsima ſpecies eſt, quæ tantum per ſeipſam de pluribus differentibus numero prædicatur.

CIrca hanc partem occurrit dubium, quia nõ videtur verum,ꝙ vltima ſpeciei diffinitio cõueniat ſoli ſpeciei ſpecialiſsimæ : qm̃ cõuenit ſpeciei ſubalternæ,ſiue generi, puta animali, animal enim prædicatur de pluribus differentibus numero in eo ꝙ quid, qm̃ prædicatur de differentibus ſpecie:quæcunq; aũt differunt ſpecie,differũt etiã numero.Si dicat̃ (cum Aui.) ꝙ intelligit̃ de differentibus numero ſolo. Adhuc habetur propoſitum,quia animal prędicatur de Sorte & Platone, qui differũt ſolo numero:& tñ animal non eſt ſpecies ſpecialiſsima:ergo gloſa nulla eſt. Ad hoc dicitur dupliciter: primo cum Auicẽ. cuius gloſam credo ob ſcriptorum vitium malè legi: legitur ſiquidem ſolo,& debet legi ſolum.Sed diligẽter aduertẽdum hic eſt,ꝙ ly ſolum, poteſt cadere ſuprà illud participiũ differentibus:& ſic in idem redit, ac ſi diceretur numero ſolo,eſt enim ſenſus ꝙ ſpecies eſt, quæ prædicatur de his quæ differunt tantum numeraliter,& hic ſenſus non eſt ad propoſitum:quoniam vt probatum eſt, ſtante hoc ſenſu iſta diffinitio conuenit generi.Poteſt quoq; cadere(ly ſolum)ſuprà illud verbum prædicatur & ſic eſt ſenſus,ꝙ ſpecies eſt quæ ſolũ prædicat̃ de pluribus differentibus numero in eo quod quid,& ſecundum hunc ſenſum clarè patet ꝙ illa diffinitio nulli cõuenit niſi ſpeciei ſpecialiſsimæ, genus em̃ omne, & ſi de differentibus numero prædicetur, nõ tñ prædicatur ſolũ de illis, ſed etiã prædicat̃ de differentibus ſpecie. Et hoc modo intelligẽda eſt diffinitio illa cum gloſa Aui. Secundò dicitur cũ Alberto, ꝙ illa diffinitio intelligenda eſt de prædicatiõe per ſeipſum, & non de prædicatione per aliud,ſpecies autem per ſeipſam prædicatur de in diuiduis, quoniam per ſeipſam participatur ab eis,genus verò ſicut mediante ſpecie participatur ab indiuiduis, ita per ſpeciem & non per ſeipſum prædicatur de eis. Et ideo diffinitio hęc, quæ de prædicatione per ſeipſum intelligenda eſt, generi ſeu ſpeciei ſubalternæ non conuenit. Vtraq; reſponſio gratioſè ſuſcipienda eſt &c.

5. Meta. cap.ã diuerſo.

Planum autẽ erit quod dicitur hoc modo. In vno quoq; prædicamento ſunt quædam generaliſsima,& rurſus alia ſpecialiſsima:& inter generaliſsima & ſpecialiſsima ſunt alia quæ genera & ſpecies dicuntur eadem. Eſt autem generaliſsimũ quidem,ſuprà quod non ſit aliud ſuperueniẽs genus. Specialiſsimũ autem eſt poſt quod non eſt alia inferior ſpecies. Inter generaliſsimum autem & ſpecialiſsimũ alia, quæ genera & ſpecies ſunt eadem : ad aliud tamen & ad aliud ſumpta.

Hic ſecundo, quoniam ſpecialiſsimi meminerat,vt planam reddat & apertam diuerſitatem inter hæc,ſternit ordinem prædicamentalem:& inter tres ordines omnia diſtribuit, ſcilicet generaliſsimorum , ſpecialiſsimorum , & intermediorũ: generaliſsimumq; in ſupremo collocat,ſpecialiſsimum in imo, intermedia verò in medio ſita binomia eſſe dicit:vocariq; & genera & ſpecies, reſpectu tamen diuerſorum: ſumpta enim vt reſpiciunt inferius,genera,vt verò ſuperius, ſpecies nũ cupantur. Attende, quòd cum in litera dicitur, in vnoquoq; prædicamento ſunt quædam generaliſsima collectiuè accipiendum eſt: ita quòd dicatur in omnibus prædicamentis , quædam ſunt quæ generaliſsima vocantur:non quòd in ſingulis prædicamentis plura ſint generaliſsima: nec ꝙ in aliquo eorũ vnum generaliſsimũ deerit: ſed qa in ſingulis prædicamẽtis ſingula ſunt gñaliſsima.

Fiat autem manifeſtum in vno quidem prædicamento quod dicitur: Subſtãtia eſt quidem,& ipſa genus: ſub hac autẽ eſt corpus:ſub corpore animatũ corpus : ſub quo animal,ſub animaliverò rationale animal: ſub quo homo,ſub homine verò Socrates, Plato,& qui ſunt particulares homines.

Sed ho-



Sed horũ ſubſtantia q̃dẽ gñaliſsimũ eſt, & ꝙ gen⁹ ſolũ: hõ verò ſpecialiſsimũ,& ꝙ ſolũ ſpẽs: corpus aũt ſpẽs eſt ſubſtantiæ,genus verò corporis aĩati:ſed & animatũ corpus ſpẽs quidẽ eſt corporis,genus verò animalis:rurſus aĩal ſpẽs q̃dẽ eſt corporis animati, genus verò aĩalis rõnalis: ſed rõnale animal ſpẽs quidẽ eſt animalis,genus autẽ hoîs:homo verò ſpecies eſt rõnalis aĩalis, non aũt genus particulariũ hoĩm, ſed ſolũ ſpecies:& oẽ, qđ ante indiuidua ꝓpinque prædicat̃, ſpecies erit ſolũ,non etiã genus.

Cap. 3. finali.

Hic tertio exẽplariter in vna prædicamẽtali ordinatione declarat ordines ꝓpoſitos & ſermo eius eſt valde clarus.Duo tñ hic notãda ſunt. Primum eſt, ꝙ hic Porphyrius poſuit generaliſsimũ primi prædicamenti eſſe ſubſtantiã, quod Auer.

interpre-

interpretaꝛ dictũ exẽpligr̃a: qm̃ putat, ꝙ ſcd̃m veritatẽ ſubſtãtia nõ ſit genꝰ gñaliſſimũ, eo ꝙ intelligẽtias ĩ prædicamẽto reponi nõ credit. Et ĩ hoc qdẽ loco dicit, ꝙ gñaliſſimũ huiꝰ prædicamenti eſt corpꝰ. In cõmẽ. vero. 49. ſup ſecũdo cœli remouet corpꝰ cœleſte à prædicamẽto: & cõſequẽter gñaliſſimũ apd̃ eũ nõ eſt corpꝰ ſed corpꝰ gñabile. Verũ, qm̃ ſcd̃m veritatẽ ĩtelligẽtiæ oẽs citra primã ĩ p̃dicamẽto ſunt, & oĩa corpa cœleſtia, in hoc audiẽdꝰ nõ eſt, ſed gñaliſſimũ primi prædicamẽti ſubſtãtiã eẽ fatẽdũ eſt cum Porphyrio. Secũdũ aũt notã dũ eſt, ꝙ Porphyriꝰ ſtoicos ĩ hoc ſequẽs aĩal rõnale genꝰ hoĩs & Dei poſuit, ĩtelligẽs Dei noĩe (vt arbitror poſt Albertũ) aĩalia q̃dã aerea quę Apuleiꝰ Platonicꝰ deſcribit, dicẽs ea eſſe corpa aerea, mẽte rõnalia, tẽpore æterna, animo paſsiua &c. hmõi autẽ aĩalia ponere peripatetici figmentũ putant.

1. cœle. Cõment. 49. fin.

Quẽadmodũ igitur ſubſtãtia, cùm ſuprema ſit eo ꝙ nihil ſupra eam ſit genus eſt generaliſſimum: ſic etiam homo cùm ſit ſpecies, poſtquã non eſt alia ſpecies, neq; aliquid eorũ, quæ poſſunt diuidi in ſpecies, ſed ſolum indiuidua: (indiuiduũ enim eſt, Socrates & Plato:) Et hoc album ſpẽs erit ſol & vltima ſpecies. & (vt dictum eſt) ſpecialiſſima. Quæ vero ſunt in medio, eorũ quidem, quæ ante ipſa ſunt, ſpecies erunt: eorum autem, quæ poſt ipſa ſunt genera.

Hic ad id vnde occaſionem ſumpſit ſermo ille ad declarandum. ſ. diſtinctionem inter ſpẽm ſpecialiſſimam quæ ſolum ſpecies eſt & ſubalternã, regreditur cõcludendo ex proportionali ſimilitudine inter ſpecialiſſimum & generaliſſimum inuenta quid ſupradictorũ appellatione dignũ ſit: & ait, ꝙ ſicut ſubſtantia in ſummo ſita generaliſſimi nomine vocatur, eo ꝙ nullum ſupra ſe genꝰ habeat: ſic homo in imo poſitus ſpecialiſſimæ ſpeciei denominationẽ habet: eo ꝙ ſub ſe nullam habet ſpeciem, nullumq; inferius, quod poſſit amplius diſtingui: ſed ſunt tantũ ſub homine indiuidua: vt Sor. & Plato, quæ omnino diuiſionẽ eam, qua ſuperius in inferiora ſecatur non patiuntur. Infimum ergo eſt ſpecies ſpecialiſſima, ſicut primum eſt genus generaliſſimum. Quæ vero in medio ſunt & ſpeciei & generis appellationẽ habẽt: genera quidem inferiorũ, ſpecies autẽ ſuperiorũ. Et ideo ſecundum præſentem doctrinã animal rationale genus nõ eſt, ſed exẽpli gratia ſuſcipiatur.

Quare hæc quidem duas habent habitudines, illam quæ eſt ad ſuperiora, ſecundũ quã ſpecies dicũtur eſſe ipſorum: & eam quæ eſt ad poſteriora, ſecundũ quã genera ipſorũ eſſe dicuntur. Extrema verò habẽt vnam habitudinẽ. Nam & generaliſſimũ ad ea, quæ poſteriora ſunt, habet habitudinẽ, cùm genus ſit omniũ id, quod eſt ſupremum: eam verò, quæ eſt ad ſuperiora, non habet, cùm ſit ſuptemũ & principium primũ. Et, vt diximus, ſupra quod nõ eſt aliud ſupueniẽs genꝰ Specialiſſimũ aũt vnã habet habitudinẽ, eã quæ eſt ad ſupiora, quorũ eſt ſpẽs: eã verò, quæ eſt ad poſteriora, nõ diuerſam habet habitudinẽ, ſed eandẽ & indiuiduorũ ſpecies dicitur: ſpẽs quidẽ indiuiduorũ velut ea continens: ſpẽs verò ſuperiorũ velut ea quæ ab illis cõtinetur.

Hic quinto habitudines ꝓprias cuiuſq; triũ ordinũ dictorũ cõcludẽdo numerat & diſtinguit: dicẽs, media duabꝰ fulta eſſe habitudinibꝰ, altera ad ſupiora, quæ ſpẽi noĩe deſignaꝛ, altera verò ad inferiora, quã gñris denoĩatio importat: dicunt eñ oĩa media ſpẽs & gñra, extremos aũt ordines ſingulas habere dicit habitudines, differenter tñ: qm̃ gñraliſſimũ ad inferiora tm̃ reſpectũ habẽt, qui generis noĩe denotatur: ſpecialiſſimũ verò ad ſuperiora tm̃ habitudine gaudet quæ ſpeciei vocabulo ſigñatur. Verum, qm̃ dubitatiõi locꝰ relinquiꝛ, qũo. ſ. ſpecies ſpecialiſſima ad inferiora habitudine carere dicaꝛ, cũ ex dictis cõſtet ipſam reſpicere indiuidua inferiora, de qbus prædicaꝛ in eo quod qd, ideo ſolicite Porphyrius addidit, ꝙ habitudo, quã ſpecies ſpecialiſſima habet ad indiuidua, non eſt diuerſa ab habitudine importata per ſpeciei nomen: qm̃ ſpecies, & dicitur, & generis, & indiuiduorum, ſpecies, licet diuerſimode: qm̃ illius eſt vt continẽtis, horum verò eſt cõtentorũ: & ꝓpterea, quia ſermo noſter diuerſitatem habitudinum inquirit, merito in ſpecie ſpecialiſſima vnam tantũ habitudinem induxit, intermedijs verò duas.

Quæ nam ſit habitudo ſpeciei ad indiuidua.

Circa hãc partẽ occurrit dubiũ nõ diſsimulandũ: qa Porphyriꝰ male vr̃ declarare, qũo ſpẽs ſpecialiſſima vnã tm̃ habet habitudinẽ, declaratio eñ ſua: vt patet ex dictis, conſiſtit in hoc, ꝙ qa habitudo ſpẽi ad indiuidua nõ eſt diuerſa ab habitudine ſpẽi, ideo vnã tm̃ habet habitudinẽ. Aut eñ loqꝛ de diuerſitate habitudinũ ſcd̃m vocẽ: aut ſecundũ rẽ: ſi ſcd̃m vocẽ veritatẽ qdẽ dixit, affirmãs eãdẽ eſſe habitudinẽ ſpẽi ad indiuidua, & ipſiꝰ ſpeciei: qm̃ nõ differũt prædictæ habitudines vocaliter: qa eadẽ vox. ſ. ly ſpẽs vtrãq; ſigñat, ſed ridiculoſa ſolutio dubitationis logicalis eſt hæc. Si autẽ loquitur de diuerſitate habitudinũ ſecundũ rem falſum dixit, ꝙ nõ ſit diuerſa habitudo importata noĩe ſpẽi ab habitudine ipſiꝰ ſpẽi ad indiuidua. Clare enim liquet ex dictis, ꝙ habitudo, per quã ſpẽs ſigñat, gñris eſt correlatiua. Habitudo aũt ad indiuidua ad genus non terminaꝛ, ſed indiuidua, & cõſequenter diuerſa eſt ab illa, quæ ad genꝰ terminaꝛ: non rectè ergo vr̃ ſoluiſſe dubitationẽ, quã tamen facilè ſoluere potuiſſet dicendo, ꝙ licet ſpecies ſpecialiſſima habeat duas habitudines, nõ tñ habet has duas, de quibus eſt ſermo. ſ. importatas nomine ſpeciei & nomine generis: vtrãq; eñ horum intermedia tm̃ habent, extrema verò ſingulis cõtenta ſunt. Ad hoc dubium dicitur, ꝙ Porphyrius licet potuiſſet modo dicto dubitationem ſoluere, interius tamen ſpeculatus maius aliquid ſua ſolutione inſinuauit. Cõſiderandum eſt nãq; ꝙ habitudo generis, & habitudo ſpeciei non ita coeunt in vnũ ſubalternũ, ꝙ vna ex alia oriatur, ſed velut extranea quædam inter ſe adunantur in vnius denominatione. Ex hoc enim ꝙ aliquid genus denominatur, non oritur ꝙ ſpecies ſit aliter generaliſſimum cùm genus ſpecies quoque eſſet: & ſimiliter ex hoc ꝙ aliquid ſpecies appellatur generis denominatio in eo nõ prouenit, aliter ſpecialiſſimum cum ſpecies ſit, genus quoq; eſſet. Habitudo autẽ ſpeciei, & habitudo ad indiuidua, licet inter ſe diſcrepent, ita tamẽ coeunt in vnius denominationẽ, vt altera ex altera oriaꝛ. Ex hoc nãq;, ꝙ aliquid eſt ſub genere poſitũ poſitione ſuperiꝰ declarata. ſ. quæ tota originatur à genere, neceſſario in illo pullulat habitudo ad indiuidua: qm̃ impoſsibile eſt aliq̃d ita generis participare naturã, & indiuiduis carere ſaltem in eſſe obiectiuo apud noſtram cognitionẽ, ſuper qua huiuſmodi intentiones fundãtur. Quia ergo (vt eſſet ſuperius dixi mus) relatio ſpeciei ad indiuidua proprietas quædam emanans ex ſpeciei relatione eſt, & cõſequẽter non omnino extranea eſt ab ea: ideo Porphyrius dixit, ꝙ habitudo ſpeciei ad inferiora indiuidua nõ eſt diuerſa ab ipſius ſpeciei habitudine: nõ quin diuerſa ſecundũ rem ſit, ſed quia non ita diuerſa eſt, ꝙ extranea ſit ab illa: pullulat enim ab ea: propter quod & idem nomẽ ſortita eſt. Ex his patet quid dicendum ſit ad obiecta, quia neq; de diuerſitate vocali, neq; de quacũq; diuerſitate reali, ſed de diuerſitate extraneitatis loquebaꝛ, quã inter generis & ſpeciei habitudinẽ inuenerat &c.

In eo. capitulo.

Determinant ergo generaliſſimum genus ita, quod, cùm genus ſit, nõ eſt ſpecies, & rurſus ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. Specialiſſimam verò ſpeciẽ quæ cùm ſit ſpecies non eſt genus: & quæ cùm ſit ſpecies, nunquam diuiditur in ſpecies: & quæ de pluribus differẽtibus numero in eo quod quid eſt prædicatur. Ea vero, quæ ſunt in medio extremorum, ſubalterna vocant genera & ſpecies, & vnumquodq; eorum ſpeciem eſſe, & genus ponunt, ad aliud quidem, & ad aliud ſumptũ. Ea verò, quæ ſunt ante ſpecialiſſima vſq; ad generaliſſimum aſcendentia, & genera dicuntur, & ſpecies, & ſubalterna genera: vt Agamẽnon, & Atrides, & Pelopides, & Tantalides, & vltimum Iouis.

Hic ſexto ex dictis concludit deſcriptionẽ cuiuſcunq; ordinis: & ponit duas generaliſſimi deſcriptiones, & tres ſpecialiſſimi, & vnã ſubalterni. In diffinitionibus autem generaliſſimi, & ſpecialiſſimi attendendum eſt, ꝙ quia vtrunq; eorum ſuperlatiuũ eſt quod & poſitiuè & negatiuè exponitur, ideo diuerſa tanguntur in deſcriptionibus iſtis: vt à prima exordiamur, cùm dicitur generaliſſimum eſt, quod cum ſit genus non poteſt eſſe ſpecies. In prima particula tãgitur habitudo, quã ponit. In ſecũda autem habitudo, qua caret. Altera verò deſcriptio negatiuè expoſitũ ipſum determinat. Specialiſſimi quoque tam prima deſcriptio q̃ ſecũda ſimilis primæ deſcriptioni generis eſt: differunt autem inter ſe, quia in prima habitudo negatur generis. In ſecunda quædã generis proprietas. ſ. diuiſio in plures ſpecies. Tertia verò ad indiuidua ipſam trahit. Subalterni autẽ deſcriptio per poſitionẽ vtriuſq; habitudinis datur: qm̃ neutrius negatio illi ineſt. Subdit poſtremo clarũ exemplũ, quo innoteſcat tam ordo q̃ ordinatorum ratio: ſicut enim in vna familia Iouis aliqs eſt pater tantũ, vt primus parens Iuppiter, & aliquis eſt filius tm̃: vt vltimus hæres Agamẽnon. & aliqs eſt filius & pater: vt intermedij genitores Atreus, Pelops & Tãtalus. Sicĩ vna coordinatiõe prædicamentali ſummum eſt genus tm̃: infimum eſt ſpecies tm̃: media verò ſunt genera & ſpẽs &c.

Sed in familijs quidem plerũq; reducuntur ad vnum principium. ver. gra. ad Iouẽ: in generibus autẽ & ſpeciebus nõ ſic ſe habet: neq; enim vnũ cõmune genus omniũ eſt ens: nec omnia eiuſdẽ generis ſunt, ſecundũ vnum ſupremũ genus, quẽadmodũ dicit Ariſt. ſed ſunt poſita, quẽadmodum dictũ eſt in prædicamentis, prima decem genera quaſi decem prima principia: & ſi omnia quis entia vocet, æquiuocè, inquit, nuncupabit, non vniuocè: ſi enim eſſet cõmune omnium genus ens, vniuocè omnia entia dicerentur. cùm verò ſint decem principia prima, cõmune ens omnium ſecundũ nomẽ eſt ſolũ, nõ aũt ſecũdũ diffinitionis rationẽ, quæ ſecundũ nomẽ eſt. Decem igitur quidem generaliſſima ſunt.

Sexta pars.

Hæc eſt ſexta pars huius capituli, in quo agit de numero generum & ſpecierum & indiuiduorũ: vnde duo facit, qm̃ primo numerũ generaliſſimorũ determinat duabus cõcluſiõibus, quarũ prima eſt, nõ eſt vnũ genus gñraliſſimũ, in quo ſint oĩa genera. Secunda eſt, genera generaliſſima ſunt decẽ. Primam cõcluſionẽ ex diſſimilitudine ad exemplũ datũ in familijs ꝓbat (ex Ariſt. auctoritate) & rõne. Ex diſſimilitudine quidẽ, qm̃ licet ſit ſimilis dicta coordinatio prædicamentalis vni fa-

vni familiæ, quo ad ordinẽ ſuccedentiũ in ea: non tñ ſimilis eſt quo ad reductionem plurium familiarũ ad vnum primũ patrẽ. plures enim familiæ ex Ioue deriuatæ diuerſis vijs eundẽ patrem habent, in quo oẽs conueniunt. Plures autẽ ordines prædicamẽtales nõ deriuant ex vno capite, quod ſit genus & principiũ dictum de omnib⁹. & ideo non reducunt ad vnũ genus oĩm &c. Ex auctoritate vero Ariſt. qm̃ dicit oĩa non eſſe eiuſdẽ generis ſecundũ vnũ ſupremũ genus. Rõne autẽ tali, ſi eſſet vnũ genus oĩum illud maxime eſſet ens: 4. Meta. 5 2. 7. ſed ens non eſt genus: ergo probatio deſtructiõis cõſequentis. Si ens eſſet cõe oĩum genus eſſet vni uocum: ſed ens non eſt vniuocũ: qm̃ Ariſt. dicit, q̃ ſiquis oĩa entia vocet, æquiuoce nũcupabit. Et qm̃ vniuocũ eſt cõe ſecundũ vocẽ & rõnẽ quæ eſt ſecũdũ illud nomẽ: ens aũt eſt cõe ſecundũ nomẽ ſolũ & nõ ſecundũ rõnẽ. probatur, qm̃ prima principia in prædicando ſunt decem prædicamẽta: & ſi ens eſſet cõe ſecundũ nomẽ & rõnẽ illa nõ eẽnt prima, ſed ens eſſet primũ principiũ in prædicando. Secunda aũt cõcluſio. Ariſt. auctoritate probatur. & cõcluditur &c. Aduerte q̃ cùm dicitur prima principia eſſe decẽ, & non vnum, q̃ nõ eſt ſermo de quibuſcunq; principijs, ſed formalibus, quæ ſunt notiões totius. principiũ emm̃ dicit multipliciter. & de principijs extrinſecis. ſ. efficiẽte & finali de his nõ eſt ſermo nũc: qm̃ vnũ eſt oĩm agẽs etiam, ad quod oĩa tendunt, Deus glorioſus: & de principijs intrinſecis materiali. ſ. & formali: & de materiali quidẽ etiam nũc ſermo nõ eſt. Formale aũt ſecatur in principiũ quod eſt forma partis, & de hoc quoq; nõ eſt ſermo: & quod forma & notificatio toti⁹ eſt, & de tali loq̃mur nunc cũ dicit, q̃ decẽ ſunt prima principia: oĩa ſiquidẽ prædicata notificantia totũ eſſe rei reducunt ad decẽ prima prædicata cæteris ſuperiora ex qb⁹ cætera oriunt tanq̃ à primis elemẽtis ptãte oĩa cõtinẽtibus &c.

CIRCA hanc partem dubium eſt an ens ſit vniuocum: & an ſit ſecundũ nomẽ ſolum cõmune, an ſit ambiguũ ſeu analogum &c. Sed qm̃ hęc logicales tranſcendunt metas ſi ſubtiliter tractanda ſunt, differantur vſq; ad Metaphyſicam &c.

Specialiſsima verò in numero quidem quodam ſunt, non tñ infinito. Indiuidua autem, quæ ſunt poſt ſpecialiſsima, infinita ſunt: quapropter vſq; ad ſpecialiſsima à generaliſsimis deſcendentes iubebat Plato quieſcere: deſcendere autem per media diuidentes ſpecificis differentijs, infinita verò, inquit, relinquenda ſunt. neq; eẽ eorum ſcientiam poſſe fieri.

Hic ſecundo numerũ ſpecierũ & indiuiduorũ ſimul aſſignat di. ſpẽs eſſe in quodam certo quidem numero, ſed nobis incerto. ſicut magn⁹ exercitus nõ numeratus determinatũ habet hominũ numerũ, licet videnti incertus ſit numerus illorũ.

Indiuidua autẽ & infinita ſunt in ſeipſis, & nobis propter continuã ſucceſsionẽ eorum in potentia. actu emm̃ licet ſemper finita ſunt, nunq̃ tñ tot facta ſunt, aut fient, quin adhuc alia producẽdo ſupersint, & ideo infinita dicũtur in potentia. propter quod Plato iubebat duo: deſcẽſus. ſ. quietẽ in ſpecialiſsimis: & quibus medijs deſcẽdendũ erat. volebat emm̃ q̃ à generaliſsimis deſcẽdere incipiẽs vſq; ad ſpecialiſsima veniat, ſed ibi quieſcat: qm̃ infra ſpecialiſsima indiuidua infinita ſunt: infinita aũt ab arte relinquẽda ſunt, eo q̃ de eis diſciplina ſuſcipi non põt obſtante eorũ infinitate & mutabilitate &c. Media autẽ, quibus deſcendendũ erat quaſi ſemitis quibuſdã, differentias dicebat eſſe ſpecificas, quibus genera in ſpecies trahuntur: huiuſmodi aũt differentijs ſpecies ſpecialiſsimæ carent: qm̃ (vt dictũ eſt) non poſſunt amplius diuidi ſpecificis differentijs, ſed atomæ ſunt, participãtur tñ ab indiuiduis per differentias materiales, quæ qm̃ infinitæ ſunt, ſemitæ certæ eſſe nõ põt, q̃ quas à ſpecialiſsimis ad indiuidua veniãtur &c.

Deſcendentibus igitur ad ſpecialiſsima neceſſe eſt diuidentes per multitudinem ire: aſcendentibus verò ad generaliſsima neceſſe eſt colligere multitudinẽ in vnũ. collectiuũ enim multorum in vnã naturã ſpecies eſt. & magis id quod eſt genus. particularia verò & ſingularia ẽcontrario in multitudinem ſemper diuidũt quod vnũ eſt. Participatione enim ſpeciei plures homines, vnus homo: particularibus autem & ſingularibus vnus homo & communis plures. diuiſiuum enim eſt ſemper quod ſingulare eſt, collectiuum autem & aduna tiuum quod commune eſt.

Septima pars. Hęc eſt ſeptima pars huius capituli, in qua modus aſcendendi & etiam deſcendendi in prædicamentali ordine declaratur duabus cõcluſionibus. Prima eſt: deſcenſus fit diuidendo vnũ in multa. Secunda eſt: aſcenſus fit, colligẽdo multa in vnũ. Declaratur vtraq; ex proprietatibus terminorũ vtriuſq; viæ: qm̃ terminus aſcenſus ab indiuiduis eſt ſpecies, & à ſpeciebus eſt genus. ſpecies aũt collectiua & adunatiua eſt multorũ in vnũ & ſimiliter genus, imò genus magis eſt collectiuũ & adunatiuũ q̃ ſpecies: terminus verò deſcenſus à genere in ſpecies ſunt particularia. i. partes ſubiectiuæ, & à ſpecie in indiuidua ſunt ipſa ſingularia. particularia autem & ſingularia vnum ſuperius diuidunt & partiuntur in multa. Exemplum autẽ, q̃ ſuperius, quod aſcenſum terminat, ſit collectiuũ, eſt, quia omnes particulares hoies, qui valde multi ſunt, inquantũ participãt ſpeciei humanæ naturam, nõ retinent ſuam pluralitatẽ, ſed adunãtur, & ſunt vnus homo ſecũdũ ſpeciem. Exemplũ verò, q̃ inferiora, quæ deſcenſum terminant, diuiſiua & multiplicatiua ſint, eſt: quia homo vnus ſe cũdum ſpeciem & cõmunis per cõditiones materiales multiplicatur in particulares homines &c.

Genus extenſiue magis collectiuum eſt quàm ſpecies, quæ intenſius plura continet.

CIrca illud dictum, genus eſt magis collectiuũ in vnã naturã q̃ ſpecies, dubitatur, quia oppoſitũ dicere debuiſſet. illud emm̃ eſt magis in vnã naturã vnitiuũ, quod in ſe eſt magis vnũ & cuius naturæ vnitate retenta minorẽ diſtinctionẽ res illi⁹ naturæ inter ſe cõpatiuntur. Sicut illud eſt magis calefactiuũ, quod in ſe eſt magis calidum, & à quo res calefactæ minus cõpatiuntur frigoris, cæteris paribus &c. Species autẽ in ſe eſt magis vna q̃ genus: qm̃ ſpecies dicit naturã omnino indiuiſibilẽ formaliter, vnde & atoma dicitur: genus verò naturã formaliter diuiſibilẽ importat, & ſimiliter res ſecundũ ſpeciẽ adunatæ minorẽ diſtinctionẽ cõpatiuntur. non emm̃ poſſunt diſtingui niſi numeraliter: quę verò in genere tantũ conueniũt, formaliter diſtingui neceſſe eſt. magis ergo collectiua eſt ſpecies in vnã naturã q̃ genus. Ad hoc breuiter dicitur q̃ eſſe magis collectiuũ multorũ poteſt intelligi dupliciter. Vno modo intenſiuè, & ſic ſpecies eſt magis collectiua, quia magis vnit adunata, vt ratio adducta probat. Alio modo extenſiue, & ſic genus eſt magis collectiuũ, quia multò plura ſub ſua adunatione cadunt q̃ ſub ſpeciei ambitu. Vnde ſpecies & genus ſe habent ſicut duo duces: quorum alter habet exercitum paruũ, ſed valde vnanimẽ, alter exercitũ magnũ, ſed diuerſarũ factionũ. ille emm̃ magis colligit intẽſiue, hic extenſiue. Porphyrius autẽ loquebatur hic de extẽſiua collectione, & ideo dixit genus eſſe magis collectiuũ.

Participatione ſpeciei plures homines quaratione ſunt vnus homo.

CIrca illud verbũ. participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus homo. Notãdũ eſt, q̃ Porphyrius non abſolutè dixit plures homines ſunt vnus homo, ſed cùm illa cõditione. ſ. participatione ſpeciei. iſta autẽ cõditio, eſt cõditio diminuens ly vnus homo: qm̃, cùm abſolutè dicitur vnus homo, intelligitur de vnitate numerali, quę eſt maxima vnitas. Cum autẽ adiungitur ſibi, ly participatione ſpeciei, iam diſtrahitur quodãmodo præiacẽs prædicatũ: & de homine vno ſecundũ ſpeciẽ, qui nõ eſt homo vnus, accipi oportet: & ideo non valet, plures homines ſunt vn⁹ homo participatione ſpeciei, ergo ſunt vn⁹ homo. ſicut nec valet bos & leo ſunt idẽ genere: ergo ſunt idẽ. &c. Idẽ enim eſt dicere, participatione ſpeciei plures homines ſunt vnus hõ, & dicere: plures homines ſunt vnũ in homine denominato ſpecies: ex quo clare patet nõ ſequi, ergo ſunt vnus hõ, vel ſunt vnũ. Modus autẽ, quo plures homines vnitatẽ in homine ſpẽ habẽt, logicũ excedit negocium. & ideo ſat ſit pro nũc ſcire, q̃ ideo vniuerſaliter loquẽdo inferiora, quæ plura ſunt inter ſe, in ſuperiori adunãtur, & participatione illius vnũ dicũtur, quia vt ſunt & cõueniunt in illo ſuperiori differẽtiarũ quibus illud ſuperi⁹ diuiditur, & ex quibus eorũ pluralitas oritur, expertes ſunt, pluralitate autẽ ſublata neceſſe eſt remanere vnũ id quod reſtat. ſicut in poſito Sor. & Pla. ideo ſunt vnũ in homine: quia nõ diſtinguũtur niſi per ꝓprietates indiuiduales: & vt ſunt in homine carẽt ꝓprietatibus indiuidualibus, quibus hõ deſcẽdit ad Sor. & Pla. ablatis autem per intellectũ à Sorte & Platone eorũ ꝓprietatibus, nõ habẽt per quod diſtinguantur: ac per hoc id quod remanet, puta natura humana, nõ diſtinctũ eſt: qm̃ in eo diſtinctiua nõ ſunt actu, & ſimiliter hõ & leo participatione animalis vnũ animal ſunt: qm̃ vt ſunt in animali differẽtias ꝓprias, quibus diſtinguũtur præueniũt: quoniã animal nõ includit actu rationale, aut rugibile: amotis autẽ per intellectũ ab homine & leone rationabili & rugibili nõ habẽt per q̃d diſtinguãt. & cõſequẽter remanẽt vnũ. & quia remanẽt animal, ideo debent eſſe vnum animal in quantũ animal ſunt.

Aſſignato autẽ genere & ſpecie quid ſit vtrũq; eorum, & genere quidẽ vno exiſtẽte, ſpeciebus verò pluribus (ſemper enim diuiſio generis in ſpecies plures eſt:) gen⁹ quidẽ ſemper de ſpeciebus prædicatur, & omnia ſuperiora de inferiorib⁹: ſpecies autẽ neq; de proximo ſibi genere, neq; de ſuperioribus: neq; enim cõuertitur. Oportet enim autẽ æqua de æquis prædicari, vt hinnibile de æquo: aut maiora de minoribus. vt aĩal de hoĩe: minora verò de maioribus minimè. neq; emm̃ dices animal eſſe hominẽ: quẽadmodum dices hominẽ eſſe aĩal.

Octaua pars. Hæc eſt octaua pars huius capituli, in qua ordinatur prædicatio exercenda in ipſa prædicamẽta li coordinatione tribus regulis, quarum primæ ſimul ponuntur, & ſunt illæ. genus de ſpeciebus & vniuerſaliter omne ſuperi⁹ de inferioribus prædicatur. Altera eſt, ſpecies de genere & vniuerſaliter inferius de ſuperiori nõ prædicatur &c. Ad ponẽdas autẽ has regulas ex prędictis cõtinuationẽ dicẽdorũ aſſumit: cõmemoràs q̃ ex diffinitione iam generis & ſpeciei habita & numero ſpẽrũ ſemper numerũ generũ excedẽte: qm̃ genus vnũ nõ põt diuidi in ſpecies pauciores duabus: cõſequens eſt; q̃ ponatur prima regula. ſ. q̃ gen⁹ prædicatur de ſpeciebus &c. patet autem ſequela ex diffinitione ipſius generis, in qua dictũ eſt, q̃ prædicaꝛ de pluribus differentibus ſpecie. Secũda autẽ regula ſtabilitur à Porphyrio ex quadã fundamẽtali propoſitione dicẽte, q̃ oportet æqua de æquis, aut maiora de minoribus prædicare, minora verò de maioribus minimè. ſpeciẽ emm̃ cõſtat eſſe minorẽ genere, & vniuerſaliter omne inferi⁹ eſt minus ſuo ſuperiori: & loquiꝛ de maioritate, minoritate, & æq̃litate ambitus eorũ, quæ cõtinẽtur ſub eis: ſecun-

dum quam dictum fuit, qꝫ genus magis est collectiuum q̄ species: ita qꝫ illud est maius, qđ cōtinet omnia quæ continet alterum, & vltra illa aliqua alia, sicut animal est maius homine: illud verò minus, quod non cōtinet quicquid alterum ambit, vt homo respectu animalis, illud autē est æquale quod adæquat alterū, & adæquatur ab illo scđm cōtenta sub eis: ita qꝫ de quocūq; dr̄ vnū, dicitur & reliquum: & ecōuerso, vt homo est risibile &c.

Quæcunq; per se prædicantur, æqua de æquis, vel maiora de minoribus prædicari oportet.

CIrca hāc partē occurrit dubiū de qua prædicatiōe intelligēda sit Porphyrij hęc ꝓpositio, oportet æqua de æquis, vel maiora de minoribus prædicare: qm̄ vniuersaľr nō est vera. Clarum est em̄ qꝫ illa est aliqua prædicatio, aīal est homo: & tm̄ ibi minus de maiore prædicatur. Ad hoc dicit, qꝫ prædicatio est duplex: directa & indirecta, prædicatio directa est, qm̄ prędicatū se habet vt forma subiecti: qm̄ prędicata tenent formaľr, subiecta verò materiaľr. Prædicatio aūt indirecta est, qm̄ subiectū est potius forma prædicati q̄ ecōuerso, tunc em̄ ordo rectus prædicationis non saluatur: vt si diceret, album est homo. Et quia superius se habet vt forma inferioris, & inferius vt materia quædam superioris est, ideo dicitur, qꝫ illa propositio intelligēda est de prædicatione directa, mediū em̄ tale prædicationē oportet vel prædicatū esse superius: vt cùm dr̄, homo est aīal: vel æquale, vt dicendo homo est risibilis &c. Sed hæc respōsio dubitationē nō fugat: qm̄ admittēdo descriptionē prædicatiōis directæ clarū est, qꝫ multæ directæ fiunt prædicatiōes, in quibus minus de maiori prædicatur (vt patet dicēdo, nasus est simus: numerus est par: & hmōi) subiectū em̄ in oībus hmōi enuntiationibus minoris est ambitus q̄ prædicatū: & prædicatum forma est subiecti: cum eius accidentalis quædā forma sit. Nec potest fugiendo dici, qꝫ Porphyrius intēdit loqui de prædicatione, quæ committitur inter terminos eiusdē prædicamenti, tm̄. s. genus speciē differentiā & indiuiduū. Et primò: quia secundū doctrinā præsentis operis non inuenitur prædicatio æqualis de æquali in vno prædicamēto: qm̄ ipse nullā ponet differētiā cōuertibilē cū spē specialissima. Secūdo qa hic expresse dicit prædicationē æqlis de æquali esse prædicationē proprij de eo cuius est, ꝓpriū: vt hinnibilis de equo. Dicendū est ergo qꝫ illa ꝓpositio intelligit de prædicatione per se, & nō de quacūq; prædicatiōe, prędicationē per se voco eā, quę in primo posteriorū distincta est in modos perfeitatis &c. Secundum em̄ oēm prędicationē per se oportet aut æqua de æquis, aut maiora de minorib⁹ prędicari. Minora nāq; p accidēs prædicant de maiorib⁹, accidit em̄ naso qꝫ sit sim⁹, & numero qꝫ sit par: licet nō accidat numero qꝫ sit par vel impar: & naso, qꝫ sit simus vel aqlin⁹ &c. & ideo illę quāuis directę: p accidēs tm̄ prędicatiōes sunt, & ideo nō est mirū si præsens propositio in eis locū non habet &c.

Comē. 9.

De quibus autem species prædicatur de his necessario & speciei genus prædicabitur, & generis genus vsq; ad gn̄alissimum, si enim verum est dicere Socratem hominem, hoīem autē animal, animal verò substantiam: verum est, & Socratem animal dicere, atq; substātiam, semper enim cùm superiora de inferioribus prædicentur, species quidem de indiuiduis prædicabitur: genus autem & de specie, & de indiuiduo: generalissimū autem vel de genere, & de generibus, si plura sunt media & subalterna, & de specie, & de indiuiduo: dicitur em̄ generalissimum quidem de omnibus sub se positis generibus, speciebus, & indiuiduis. Genus autem, qꝫ ante specialissimū est, de omnib⁹ specialissimis & indiuiduis, solum aūt species de omnibus indiuiduis.

Hic secūdò ponit̄ tertia regula quæ talis est: de quibuscunq; species prædicaľ de his necessario & speciei genus prędicabitur: & generis genus: vsq; ad generalissimū: & satis clarè declaraľ: atq; summariè colligit̄ de quibus quodlibet quod in prædicamēto est prędicatur: nec opus est expositiōe.

Indiuiduum autem de vno solo particulari. Indiuiduum enim dicitur Socrates, & hoc album: & hoc veniens, & Sophronici filius, si solus sit ei Socrates filius. Indiuidua autem dicuntur huiusmodi, quoniam ex proprietatibus consistit vnumquodq; eorum, quarum collectio nunquam in alio eadem erit: Socratis enim proprietates nunquam in aliquo alio particulariū erunt eædem: hæ verò quæ sunt hominis proprietates (dico autem eius qui est communis) erunt eædem in pluribus: magis autē in omnibus particularibus hominibus in eo quòd homines sunt.

Nona pars.

Hæc nona pars huius capituli, quæ licet scđm text⁹ seriē superioris potius sit terminus q̄ alia ps separata, qa tamen nouā ingreditur materiā, separata sit ab illa. Agitur ergo in hac parte de indiuiduo (& quo ad quid sit) & quot modis sit: & quare dicatur indiuiduū. Quid em̄ sit indiuiduū persuadetur cùm dicit, qꝫ indiuiduū de vno solo prædicatur. Tripliciter autē indiuiduū significari tradit. s. termino discreto, vt Socrates: & termino cōi cum pronoīe demōstratiuo, vt hoc albū: & circūlocutiōe vt filius Sophronici, si vnic⁹ est &c. Quare autē indiuidua vocent huiusmodi entia subdit dicens, hoc ideo esse, quia ex proprietatib⁹ cōstat, quæ

quæ diuidi non possunt, ita qꝫ in hoc & in illo inueniri possit, sicut ꝓprietates speciei inueniūtur in pluribus. Hæ carnes nāq; & hæc ossa & hi nerui cum hac cōplexione nō nisi in hoc vno sunt. Carnes autē & ossa & nerui, quæ pertinēt ad speciē in pluribus partita singularibus inueniuntur, ita qꝫ sicut plures homines (vt superius dictū est) sunt vn⁹ hō, inquātū cōueniūt in spē humana, ita cōueniūt in hoc quod est habere easdē carnes secundū speciē, & reliqua, quæ ad speciei naturā pertinēt, omnia em̄ huiusmodi eadē sunt secundū spēm in oīb⁹ particularib⁹ hominib⁹, secūdū autē indiuiduales ꝓprietates multa est īter ea diuersitas &c.

Indiuiduum artificiosa prædicatione de nullo, neque de multis prædicatur. naturali verò de vno solo idest se ipso prædicatur.

Cap. 5.

CIrca illam indiuidui descriptionē (indiuiduū quod de vno solo prædicatur) dubiū occurrit: quia Arist. (in primo perihermenias) dicit singulare est, quod non prædicatur de multis. multùm autem refert dicere non de multis, & de vno. Ex hoc enim quod dicitur indiuiduum non prędicari de multis, nō sequit̄, ergo de vno solo: quia stat qꝫ de nullo prædicetur. Ex eo verò qđ dicitur, de vno solo, rectè sequitur, ergo non de multis. descriptio ergo Porphyrij, quia restringit dictum Aristotelis, sub dubio cadit: quoniam aliqua indiuidua sunt, quæ de nullo prædicantur scilicet indiuidua prædicamenti substantiæ: vt Sortes & Plato: à prima nanq; substantia (vt in prædicamentis dicitur) nulla est prędicatio. nō est ergo descriptum ipsum indiuiduū. Ad hoc dubiū dicit Auerrois in hoc loco, qꝫ assignatio indiuidui data à Porphyrio non est vera indiuidui assignatio, quia nō cōuenit omni indiuiduo, sed indiuiduis accidentium tantū, quæ prædicantur de subiectis suis denominatiuè, vt cùm dicitur Sor. est hoc album &c. indiuidua em̄ substantiæ, neq; denominatiuè, neq; quidditatiuè de aliquo prædicātur, vt Arist⁹. in prædicamentis dicit: & propterea in quit Auerrois, qꝫ vera assignatio in diuidui est illa. Indiuiduum est quod non dicitur de multis &c. Sed quoniā Porphyrium cōmunis schola sustinet & meritò, ideo aliter dicendū est: vtriusq; dictum sustinēdo, s. qꝫ prædicatio est duplex: quædā est artificialis, quædā verò naturalis. Prædicationē artificialē voco ab arte nō effectiuè, quoniā omnis prædicatio artis opus est, sed finaliter, quia, s. artis fini directè seruit. Naturalē autem prædicationē voco, quæ artis fini non est directè proficua, ex natura tm̄ rei significatæ verisima existens naturā imitatur, quæ ad vnū determinata est. Cùm igitur finis logicalis artis sit (instrumēta edere, quibus cognita innotescant) prędicatio artificialis illa erit, qua aliquid ignotū notū fit. Hęc autē est, quæ duo qualitercunq; distincta adunat, vt homo est animal, vel risibilis &c. prædicatio autē naturalis erit illa, qua nihil notiſi

In p̄dicamēto substātię. ca. 3. fina.

Vbi sup.

De quibus autem species prædicatur de his necessario & speciei genus prædicabitur, & generis genus vsq; ad gñalissimum, si enim verum est dicere Socratem hominem, hoīem autē animal, animal verò substantiam: verum est, & Socratem animal dicere, atq; substātiam, semper enim cùm superiora de inferioribus prædicentur, species quidem de indiuiduis prædicabitur: genus autem & de specie, & de indiuiduo: generalissimū autem vel de genere, & de generibus, si plura sunt media & subalterna, & de specie, & de indiuiduo: dicitur em̄ generalissimum quidem de omnibus sub se positis generibus, speciebus, & indiuiduis. Genus autem, ꝙ ante specialissimū est, de omnib⁹ specialissimis & indiuiduis, solum aūt species de omnibus indiuiduis.

Hic secūdò ponit̄ tertia regula quæ talis est: de quibuscunq; species prædicat̄ de his necessario & speciei genus prędicabitur: & generis genus: vsq; ad generalissimū: & satis clarè declarat̄: atq; summariè colligit̄ de quibus quodlibet quod in prædicamēto est prędicatur: nec opus est expositiōe.

Indiuiduum autem de vno solo particulari. Indiuiduum enim dicitur Socrates, & hoc album: & hoc veniens, & Sophronici filius, si solus sit ei Socrates filius. Indiuidua autem dicuntur huiusmodi, quoniam ex proprietatibus consistit vnumquodq; eorum, quarum collectio nunquam in alio eadem erit: Socratis enim proprietates nunquam in aliquo alio particulariū erunt eædem: hæ verò quæ sunt hominis proprietates (dico autem eius qui est communis) erunt eædem in pluribus: magis autē in omnibus particularibus hominibus in eo quòd homines sunt.

Nona pars.

Hæc nona pars huius capituli, quæ licet scđm text⁹ seriē superioris potius sit terminus q̄ alia ps separata, ꝙa tamen nouā ingreditur materiā, separata sit ab illa. Agitur ergo in hac parte de indiuiduo (& quo ad quid sit) & quot modis sit: & quare dicatur indiuiduū. Quid em̄ sit indiuiduū persuadetur cùm dicit̄, ꝙ indiuiduū de vno solo prædicatur. Tripliciter autē indiuiduū significari tradit. s. termino discreto, vt Socrates: & termino cōi cum pronoīe demōstratiuo, vt hoc albū: & circūlocutiōe vt filius Sophronici, si vnicꝰ est &c. Quare autē indiuidua vocent̄ huiusmodi entia subdit dicens, hoc ideo esse, quia ex proprietatib⁹ cōstat, quæ

quæ diuidi non possunt, ita ꝙ in hoc & in illo inueniri possit, sicut ꝓprietates speciei inueniūtur in pluribus. Hæ carnes nāq; & hæc ossa & hi nerui cum hac cōplexione nō nisi in hoc vno sunt. Carnes autē & ossa & nerui, quæ pertinēt ad speciē in pluribus partita singularibus inueniuntur, ita ꝙ sicut plures homines (vt superius dictū est) sunt vnꝰ hō, inquātū cōueniūt in spē humana, ita cōueniūt in hoc quod est habere easdē carnes secundū speciem: & similiter eadem ossa secundū speciē, & reliqua, quæ ad speciei naturā pertinēt, omnia em̄ huiusmodi eadē sunt secundū spēm in oibꝰ particularibꝰ hominibꝰ, secūdū autē indiuiduales ꝓprietates multa est iter ea diuersitas &c.

Indiuiduum artificiosa prædicatione de nullo, neque de multis prædicatur, naturali verò de vno solo ideſt se ipso prædicatur.

Cap. 5.

CIrca illam indiuidui descriptionē (indiuiduū quod de vno solo prædicatur) dubiū occurrit: quia Arist. (in primo perihermenias) dicit singulare est, quod non prædicatur de multis. multùm autem refert dicere non de multis, & de vno. Ex hoc enim quod dicitur indiuiduum non prędicari de multis, nō sequit̄, ergo de vno solo: quia stat ꝙ de nullo prædicetur. Ex eo verò qđ dicitur, de vno solo, rectè sequitur, ergo non de multis. descriptio ergo Porphyrij, quia restringit dictum Aristotelis, sub dubio cadit: quoniam aliqua indiuidua sunt, quæ de nullo prædicantur scilicet indiuidua prædicamenti substantiæ: vt Sortes & Plato: à prima nanq; substantia (vt

In ꝓdicāmēto substātię. ca. 3. fina.

in prædicamentis dicitur) nulla est prędicatio. nō est ergo descriptum ipsum indiuiduū. Ad hoc dubiū dicit Auerrois in hoc loco, ꝙ afsignatio indiuidui data à Porphyrio non est vera indiuidui afsignatio, quia nō cōuenit omni indiuiduo, sed indiuiduis accidentium tantū, quæ prædicantur de subiectis suis denominatiuè, vt cùm dicitur Sor. est hoc album &c. indiuidua em̄ substantiæ, neq; denominatiuè, neq; quidditatiuè de aliquo prædicātur, vt Aristo. in prædicamentis dicit: &

Vbi sup.

propterea in quit Auerrois, ꝙ vera afsignatio indiuidui est illa. Indiuiduum est quod non dicitur de multis &c. Sed quoniā Porphyrium cōmunis schola sustinet & meritò, ideo aliter dicendū est: vtriusq; dictum sustinēdo, s. ꝙ prædicatio est duplex: quædā est artificialis, quædā verò naturalis. Prædicationē artificialē voco ab arte nō effectiuè, quoniā omnis prædicatio artis opus est, sed finaliter, quia, s. artis fini directè seruit. Naturalē autem prædicationē voco, quæ artis fini non est directè proficua, ex natura tm̄ rei significatæ veriſsima existens naturā imitatur, quæ ad vnū determinata est. Cùm igitur finis logicalis artis sit (instrumēta edere, quibus cognita innotescant) prędicatio artificialis illa erit, qua aliquid ignotū notū fit. Hęc autē est, quæ duo qualitercunq; distincta adunat, vt homo est animal, vel risibilis &c. prædicatio autē naturalis erit illa, qua nihil notifi-

E

F

G

H

catur ignotū. hæc autē est, in qua omnino idē de se ipso prædicatur: vt homo est homo: nullā em̄ quæstionē dubitabilē terminat enunciatio dicēs, a, est a, b, est b, &c. veriſsima tm̄ est adeò, ꝙ Boethius dicit ea nullā esse veriorē. De artificiali igitur prędicatione loquens Aristoteles dixit, ꝙ à prima substātia nulla est prædicatio: & quòd nō dicitur de multis indiuiduū. & Auerrois dixit, ꝙ Porphyrij afsignatio non est vera. De naturali autem prædicatione loquebatur Porphyrius dicens, indiuiduū de vno solo prædicari, quoniam prædicat̄ de se ipso dicēdo, Sortes est Sortes &c.

Indiuiduū vagū prædicatur de pluribus, sed in quale: cui nō obstat indiuiduū prędicari de vno solo.

CIrca eandē descriptionē dubitatur, an cōueniat indiuiduo vago, an indiuiduo signato tm̄. Dicitur autē indiuiduū vagū aliquis hō, aliquis bos & huiusmodi: indiuiduum verò signatū hic homo, hic bos, &c. Sortes &c. Est autē ratio dubitādi, quia cōiter dici videtur, ꝙ indiuiduū vagū de vno solo prædicatur, & tm̄ exercitiū prædicationis cōuincit, ꝙ de pluribus prædicatur: Sor. enim est aliquis homo, & similiter Plato est aliquis homo & sic de alijs. Ad hoc dubium dicitur, ꝙ ista descriptio conuenit etiam indiuiduo vago, & cōsequēter ꝙ indiuiduū de vno solo prædicatur secundū rē, licet secundū vocē prędicetur de pluribus. Vnde, quia cū dicitur aliquis hō est Sor. & Pla. nulla res cōis Sorti & Platoni prædicatur, nisi natura humana importata per ly hō, & ly aliquis hō, importat naturā nō absolutè, sed particularizatā: ideo sola illa vox, aliquis homo, est cōis vtriq;: sic vt si plures hoīes vocent̄ Sortis nomine, qđ importat naturā humanā determinatā ad hoc, sola vox cōis est vtriſq; Sorti. Sed huic respōsioni, cui cōiter ab omnibus assentiri videtur, obstat S. Tho. doctrina, quæ Peripateticis plurimū consentanea est: habetur siquidē ab ipso in quæstione disputa. de Potentia Dei. q. 9. art. 2. ꝙ indiuiduū vagū prædicatur de pluribꝰ nō solū secūdū vocē, sed secūdū rōnē significatā. Fūdat̄ aūt doctrina sua super hoc: ꝙa in Sor. tria possunt cōsiderari, q̄ in eo sunt: natura, s. humana, & modꝰ, quo illa natura est in Sor. (qui modꝰ nihil aliud est q̄ particulariter existere: est em̄ in Sorte natura humana nō vniuersaliē, sed ꝑticulariter) & principiū, quo illa natura determinatur ad Sortē, puta materia signata. Horū autē triū natura ipsa cōis est, & prædicabilis de multis: modꝰ quoque naturæ cōis est omnibus indiuiduis illius naturæ, sicut & natura ipsa: sicut in quolibet hoīe est natura humana: ita est etiā in quolibet hoīe natura humana particulariter. Nullus em̄ homo est qui non sit homo, & qui nō sit homo particularis: nisi secūdum Platonicos ponētes hominē vniuersalē &c. Principium autē, quo natura ad hoc determinatur, proprium est ita huic, ꝙ nulli alteri cōuenit. Quemadmodū ergo, quia species naturā absolutè signāt, de pluribus prædicatur,

Potentia Dei. q. 9. art. 2. ad primum.

Cæſaris ſimilitudine,iã determinatum eſt peril-
lam figurã,ac per hoc fit Cæſaris ſtatua: ita gen⁹
puta animal ſecundũ ſe indeterminatũ eſt,& eſſe
poteſt rationale & irrationale: ſed cùm animali
coniungitur rationale:iam poſſe eius determina
tur ad hominẽ.Generis ergo qualitas eſt differẽ-
tia,quia determinat eius potentiã:& quale ſit ſig-
nificat.Speciei autẽ qualitas non prędicta ratio
ne eſt:quoniã non eſt in potẽtia ad differẽtiã:ſed
quia conſtituendo ſpẽm ipſam vt formale eius
principium determinat:forma eñ,(vt declaraui
mus,& in textu dicitur) qualitas vocatur,& eius
rationẽ habet inquantũ formaliter determinat.
Eſſentialis quoq; qualitas generis & ſpeciei: dr̃ia
difformiter eſt:qm̃ ſpeciei ideo eſſentialis eſt,qa
eius eſt determinatiua, vt formale principiũ &
intrinſecum determinat cõpoſitum:generis autẽ
ideo eſſentialis,quia ipſum nõ ſpecificatum ſup-
ponit,ſed ita qualificat,vt ad eſſe ſpecificum tra-
hat:accidentales ſiquidẽ qualitates rei aduenien
tes ipſam in ſpecie completã præexigunt:nec re
ponũt rem ſubiectã in propria ſpecie:differentia
verò genus ipſum determinãdo diuerſificat ſic,
vt in propria ſpecie reponat eius ſubſtantiã : ani
mal eñ rationali determinatũ in ſpecie hominis
eſt,adeo vt ſpecie differat ab animali in leõe per
irrationale poſito &c.Tertium eſt, q̃ Porphyri⁹
hanc particulã declarando notanter ſub diſiun
ctione dixit: rebus eñ ex materia & forma, vel
ad ſimilitudinẽ proportionẽq; materiæ & formę:
conſtitutionẽ habentibus &c. Videbat nanq; q̃
genus nec differentiæ nec ſpeciei materia eſt: &
ſimiliter,q̃ differẽtia nec generis nec ſpẽi forma
eſt:qm̃ tam materia q̃ forma pars eſt rei:pars aũt
de toto,cuius eſt pars nõ prædicatur in recto. nõ
enim dicimus q̃ homo eſt anima: tam verò gen⁹
q̃ differẽtia de ſpecie prædicatur:& ſecundũ veri
tatẽ gen⁹ & differentia vna res ſunt,quod à parti-
bus alienũ eſt.Diligẽter itaq; intuitus eſt,q̃ gen⁹
materiæ ſimile proportionaliter eſt, & differẽtia
formæ,& ſpẽs toti cõpoſito:qm̃ ſicut materia ſub
iectũ determinabile eſt,& forma eius informita-
tem amouendo determinat,& ex eis reſultat cõ
poſitũ : ſic genus ſubſtratũ quid dicit eſſentiali-
ter formabile,& differẽtia aduenies ipſum deter
minat: ſicq; ſpecies vtrũq; cõplectẽs cõſtituitur:
&ſic patet tota diffinitio cũ eius declaratione.
Maior eñ,quę à Porphyrio declarata nõ fuit,ex
dictis iã clara eſt. Nec fallaris putãs Porphyrium
voluiſſe dicere, q̃ forma prędicat in q̃le: nõ hoc
eñ intẽdebat,ſed q̃ ſicut forma eſt q̃litas mate-
riæ: qa determinat eã formaliter : ita prædicatũ,
quod ſe habet vt forma, prędicatur in quale, qa
actũ formę participat.ſ.formaliter determinare.
Illud poſtremò prætermittẽdũ nõ eſt: quòd dif-
ferẽtia vt prędicabile ab alijs diſtinctũ,nec gen⁹,
nec inferiora aliqua per rectã lineã reſpicit, ſed
ſpecies: de genere enim nõ prædicatur niſi per
modũ accidentis vel proprij.De indiuiduis verò

De hoc vi
dẽ de en
te & eſſen
cap.4.

ſuis,puta hoc rationali, & illo ratiõali per modũ
ſpeciei dicitur.De ſpẽ autem vt dr̃ia prædicatur:
& ꝓptereà hic vbi dr̃ia vt vnũ ſpeciale prædicabi
le diffinitũ eſt,in ordine ad ſpẽs diffinitionẽ ſum
pſit:& vt ex dictis facile declarari poteſt, ſinguleꝫ
pticulæ ad dr̃iã alicui⁹ ꝑdicabiliũ poſitę ſunt &c.

Deſcribũt autem huiuſmodi dr̃iam &
hoc modo. Differentia eſt q̃d eſt aptũ na-
tũ diuidere ea quæ ſub eodẽ genere ſunt.
ratiõale eñ & irratiõale hominẽ & equũ,
quæ ſub eodẽ genere ſunt diuidunt.

Hic ponitur tertia deſcriptio dr̃iæ,qua diffini-
tur ſecũdũ primũ ſuũ effectũ(diuidere.ſ.) & dicit
q̃differẽtia eſt q̃d aptũ natũ eſt diuidere ea quæ
ſub eodẽ genere ſunt,i.ſpẽs : quas ſuperius dictũ
eſt eſſe ea,quæ ſub genere ponũtur.Vbi notãdũ
eſt primò , q̃ dr̃ia dicitur eſſe id q̃d eſt aptũ natũ
diuidere:& nõ ſimpliciter dicitur, dr̃ia eſt quæ di
uidit:vt inſinuetur q̃ hic actus,ſ.diuidere,nõ qua
litercũq; cõuenit ipſi dr̃iæ,ſed ex ratione ſibi pro
pria:ita q̃ dr̃ia inquantũ dr̃ia eſt,adeo ſibi appro
priauit diuidere, vt ab ipſa inſeparabile ſit,& al-
teri cõicari nõ poſſit, vt ex præcedentib⁹ patet.
Quia igitur nõ ex aduentitio accidẽte,aut alteri⁹
adminiculo , ſed ex propria natura apta eſt dr̃ia
vt diuidat ſub gñere illius ſpẽs, ideo diffiniẽdo di
ctũ eſt,q̃ eſt aptũ natũ diuidere. Secundò notã
dũ eſt,q̃ dr̃ia diuidit nõ ſolũ ſpẽs ſub genere,ſed
etiã ipſum genus (diuerſimodè tñ) diuiſio enim
aliquid reſpicit,vt terminũ à quo:& hoc eſt illud
vnũ:quod diuidẽdo ſcinditur, & aliquid vt termi
nũ ad quẽ,& hoc ſunt partes illius diuiſi, ad quas
diuiſio terminatur,incipiens ab vno:quia vnitas
principiũ multitudinis naturaliter eſt:vt in mate
riali diuiſione ligni apparet : dr̃ia ergo genus di-
uidit vt terminũ à quo diuidẽdo inchoat ſpẽrum
ſeparationẽ: ad quas diuiſio vltimò terminatur.

Differentia non diuidit genus ſecundum id quod
eſſentialiter eſt,ſed poteſtatis eius partes ſe-
care dicitur.

SEd ſi ſic eſt inquirẽdũ eſt cur:in diffinitiõe iſta
dr̃iæ à Peripateticis prætermiſſum ſit,quòd dif
ferentia ſit diuiſiua generis:& explanatũ tm̃ eſt,
q̃ ſit diuiſiua ſpẽrum : vtrunq; eñ cõplectẽdum
erat,& primum magis,qm̃ ratio ſecundi eſt . Ad
hoc quidẽ etſi facile dici poſſet,q̃ quia in poſte-
riori includitur pri⁹ explicitè ponẽdo poſteri⁹.i.
diuiſionẽ ſpẽrum,implicitè perſuaſum eſt prius,
i.diuiſio gñeris.Ego autẽ ipſam diffinitionẽ,& Pe
ripateticos à quibus emanauit,intuitus,altiori id
factũ cõſilio arbitror.Ad cuius manifeſtationem
ſcire oportet, q̃ omne q̃d diuidit, cùm in partes
diuidatur,totũ aliquod eſt:gen⁹ autẽ,ſicut duplici
cẽ totalitatẽ habet,ita dupliciter diuidi poteſt:eſt
ſiquidẽ totũ eſſentiale,& eſt totũ poteſtatiuum:
inquantũ totũ eſſentiale eſt, non diuiditur per
differẽtias in ſpecies,quoniã partes eſſentiæ eius
nõ ſunt ſpecies,ſed diuidit per reſolutionẽ in par
tes ſuæ

teſ ſuæ rationis,gen⁹,ſcilicet ſuperius & differen-
tiã eius cõſtitutiuã ſi habet &c. Inquãtũ verò eſt
totum poteſtatiuũ per differẽtias in ſpecies diui-
ditur: quoniam partes potẽtiales eius, ipſæ ſunt
ſpecies,quæ nõ niſi poteſtate in genere ſunt. Et
quia gen⁹ ſecundũ q̃ totum eſſentiale eſt nõ diui-
ditur per differentias, ideo eſſentia generis eſt
tota in omnib⁹ ſpeciebus & tota in ſingulis:non
eñ pars eſſentiæ aĩalis trahitur ad hominẽ per ra
tionale, &, pars ad brutũ per irratiõale, ſed tota
ad vtrũq;.Quia verò gen⁹ ſecũdũ q̃ totũ poteſta
tiuũ eſt, diuidit per differẽtias: & q̃d diuidit poſt
diuiſionẽ non vnũ remanet,ſed partitũ: ideo po
teſtas generis non ſeruatur tota in qualibet ſpẽ,
ſed pars poteſtatis ei⁹ ad vnã ſpeciẽ,& altera pars
ad aliã deuenit per dr̃ias:animal eñ cùm poteſta
te ſua ſe extẽdat ad rationales & irratiõales quid-
ditates & proprietates &c. cõtractũ ad hominẽ,
ambitũ ſuæ poteſtatis amittit,ꝑ hoc , q̃ poteſtas
ſua ad vnã partẽ eius coarctata eſt,& non niſi ra-
tionali quidditate & proprietate & operatione
gaudere poteſt,& ſimiliter cõtractũ ad bouẽ,bo
uinæ quidditatis arctatur terminis: merito autẽ
ſpẽs ipſę partes poteſtatiuæ generis appellãtur,
nõideo quia poteſtas generis cõponat ex ſpẽb⁹,
ſicut totũ integrale ex ſuis partib⁹ : qm̃ poteſtas
generis in eo,ipſa ſua eſſentia ſecũdũ rẽ eſt, q̃ ex
ſpẽbus nõ cõponit:ſed vel ideo qa partes ſunt po
teſtatis ei⁹ ex pte obiecti,qa.ſ.q̃libet ſpẽs eſt pars
eorũ, ad quę poteſtas gñeris terminat: põtas eñ
gñeris ad oẽs ſub ſe extẽdit ſpẽs . oĩum aũt ſpẽrũ
quælibet eſt pars. Vel ideo & ſubtili⁹, quia nulla
ſpẽs poteſt perficere totũ id quod in generis na-
tura radicaliter initiatũ eſt:qm̃ nulla res adęquat
generis potẽtiã:ita q̃ ſicut partes poteſtatiuæ aĩę
dicũtur vires ſenſitiuę & vegetatiuæ, qa ex ea o-
riũtur,& nulla earũ perficere poteſt oĩa, ad quæ
radicaliter vis aĩæ ſe extẽdit:ita quidditates ſpeci
ficæ,qa ex genere naſcũtur velut ex formali in-
choatiõe earũ,vt alibi declarãdũ eſt:& nulla ſpẽs
poteſt ſe extẽdere ad omna,ad quę natura gene
ris radicaliter ſe extẽdit,partes poteſtatiuæ gene
ris dicũtur.Et quãuis non ſit ſimilitudo ſimplici-
ter inter iſta,quia ab anima vna numero effluũt
potẽtiæ effectiuæ, & nõ ſic oriũt ſpecies à genere:
eſt tñ ſimilitudo proportionalis,quia ſicut ab aĩa
vna numero effluũt effectiuę potẽtiæ ita à natu-
ra generis vna ſecundũ gen⁹ effluũt formaliter
quidditates ſpecificę,quarũ quælibet partẽ pote
ſtatis illius perficiẽdo ſuſcipit: animalitas eñ, (vt
dictũ eſt,) ad omniũ naturarũ ſenſitiuarũ perfe-
ctiones ꝓprietates & operationes illimitata, &
formale initiũ omniũ earũ ſecundũ ſe eſt,in bo-
ue autẽ poſita velut ad partẽ ſuæ poteſtatis arcta
ta,ad bouina tm̃ ſe extẽdit,& ſimiliter eſt in alijs
&c.Qm̃ igitur(vt ad quæſitũ redeamus,) dr̃ia nõ
eſt diuiſiua generis in quantũ eſt totũ eſſentiale,
ſed eſt diuiſiua eius inquantũ eſt totũ poteſtati-
uũ:& taliter diuidere ipſum nihil aliud eſt q̃ ea,
quæ ſub ipſo ſunt, diuidere: qm̃ talia partes ſuæ
poteſtatis ſunt : & nihil aliud eſt diuidere aliq̃d
totũ q̃ eius partes ſeparare: ideò Peripatetici,diſ-
finiẽdo dr̃iam vt diuiſiuã,non dixerũt q̃ differen
tia diuidit gen⁹,& ea,quæ ſub genere ſunt , quia
putaſſes q̃ dr̃ia ipſam generis eſſentiã ſcinderet,
& ſpecies eius ſepararet:ſed dixerũt, q̃ differẽtia
diuidit ea,quæ ſub eodẽ genere ſunt, vt intellige
res quòd differentia partes poteſtatis generis ſe-
cat : & cõſequẽter q̃ ipſum gen⁹ ſecundũ q̃ totũ
poteſtatiuũ eſt diuidat.vnde nõ ſimpliciter dixe
rũt,differẽtia eſt q̃d diuidit ea quæ ſunt ſub gene
re,ſed appoſuerũt,ly eodẽ,dicẽtes ſub eodẽ gene
re ſunt:adiectio eñ illa (&) denotat q̃ differẽtia
nõ diuidit ſpecies diuerſorũ generũ: ratiõale eñ
non diuidit hominẽ ab albedine, ſed à bruto : &
denotat,q̃ differentia diuidẽdo ſpẽs: gen⁹ ipſum
in ſua vnitate relinquit,& idẽ perſeuerare permit
tit.Notãter autẽ dico in vnitate ſua : qm̃ vt ſupra
tactũ eſt:differẽtiã ipſam generis eſſentiã diuerſi
ficat ſecundũ vnitatẽ,& diſtinctionẽ ſpecificã,ad
quã trahit generis naturã:ſed generis ꝓpriã vni-
tatẽ,quæ generica eſt, nõ violat &c . Et ſic patet
ſolutio quæſtionis & qũo intelligendũ ſit cõmu-
ne dictũ,q̃ genus diuiditur per dr̃ias nõ ſecundũ
eſſentiã,ſed ſecũdùm poteſtatẽ:quia. ſ.nõ diuidit
in partes ſuæ eſſentiæ:aliter tota eſſentia gene-
ris nõ eſſet in qualibet ſpẽ,ſed diuiditur in partes
poteſtatiuas,quæ ſpẽ ſunt: &ideo non tota pote
ſtas eius,id eſt poteſtas eius, nõ ſecundũ totũ ſuũ
poſſe, eſt in ſingulis ſpeciebus & c.

Aſsignant etiã hoc modo. Differẽtia eſt
qua differũt à ſe ſingula : nanq; equ⁹ & hõ
ſecundum genus non differunt. Sum⁹ eñ
animalia nos & irrationabilia, ſed additũ
rationale, diſiunxit nos ab illis . & ratio-
nales ſumus nos & Dij: ſed mortale appoſitũ
nobis, diſiunxit nos ab illis.

Hic ponit quarta diffinitio dr̃iæ, q̃ deſcribitur
ſecũdũ effectũ ei⁹ propriũ ex ſuo nọie,quę ponit
in ſingulis per dr̃ias diuiſis.i.differre. Vbi notan
dũ eſt qd ſonat ly differre(vt habetur ex.1. Meta
phy.)omne cuicũq; cõparatũ, eſt idem vel diuer
ſum,nõ autẽ idẽ vel differẽs.i.diuerſitas ſonat alie
tatẽ inter quęcũq; diſtincta,dr̃ia autẽ nõ importat
alietatẽ inter q̃cunq; diſtincta,ſed inter illa tm̃,q̃
ita ſunt diſtincta,vt tm̃ in aliquo vno cõueniãt: &
ideo differre nõ dicunt,ꝓprièloquẽdo niſi illa, q̃
vnũ diuerſimode ferũt:talia autẽ ſunt, q̃ ſub vno
genere ſunt : &ideo res diuerſorũ generũ vt li-
gnũ,& albedo nõ differũt, ſed diuerſæ ſunt:& li-
cet in frequẽti vſu dr̃iæ nomẽ nõ ita propriè aſſu
mam⁹,ſed extẽdam⁹ ad omnẽ alietatẽ, in hoc tm̃
loco propriè ſumitur. Vnde Porphyri⁹ volens de
clarare,q̃ dr̃ia eſt id,quo ſingula differũt , incœ-
pit à cõueniẽtia ſingulorũ:dicẽs , q̃ conuenimus
ſecundũ generis naturam cũ brutis,ſed differim⁹

Differre
qdnã ſit.

ab

ab eis propter differẽtias additas. ſ. ratiõale: & irratiõale: & ſimiliter cõuenim⁹ cum Dijs ſecũdũ ſub alternũ gen⁹, ſ. animal rationale: ſed differim⁹ per mortale & īmortale: intellige autẽ per Deos aĩalia illa Platonica. Dicitur ergo ꝙ dr̃ia eſt qua differũt à ſe inuicẽ ſingula: quia ſingula cõtẽta ſub genere naturã generis diuerſimode ferũt ratiõe differẽtiarũ: nõ em̃ ex genere eſt, puta animali, ꝙ natura ſenſitiua ſit diuerſimode in hoĩe & equo, ſed hoc ex differentijs eſt, rationali. ſ. & irratiõali: quæ generis naturam ſecundum proprias modificantes, differentes conſtituunt ſpecies &c.

Exactius autẽ perſcrutantes & ſpeculantes quæ ad differẽtiã pertinẽt, dicunt non quodlibet eorũ, quæ ſub eodẽ ſunt genere diuidentiũ, eſſe dr̃ia, ſed quod ad eſſe cõducit, & q̃d̃ quid erat eſſe quod eſt pars rei. Neq; enim q̃d̃ aptũ natũ eſt nauigare, erit hominis dr̃ia, & ſi propriũ ſit hominis. Dicere enim poſſumus, aĩaliũ hęc quidẽ apta nata ſunt ad nauigandũ, illa verò minime, diuidentes ab alijs: ſed natũ eſſe & aptũ ad nauigandũ non erit cõplectiuũ ſubſtãtiæ, nec eius pars, ſed aptitudo quædã: idcirco nõ eſt talis dr̃ia quales ſunt differẽtiæ quæ ſpecificæ dicunt. Erũt ergo ſpecificæ dr̃iæ quæcunq; alterã faciunt ſpeciem, & quæcunq; in eo quod quid erat eſſe accipiunt. Et de differentijs quidem tot ſufficiant.

Hic ponitur quinta diffinitio differẽtiæ tali ordine: primò proponit eius ſubtilitas, quia ab interius perſcrutãtibus, & modificãtibus ſupradictas diffinitiones data dicit. deinde ipſa diffinitio recitatur differẽtia inquit eſt, quod conducit ad eſſe, & eius q̃d̃ eſt eſſe rei pars eſt. profunditatẽq; eius declarat exẽplo ab oppoſito, quo ſupradictæ diffinitiões diminutæ inſinuãtur: & hæc perfecta cõprobatur. Vltimo concludit quæ ſpecificæ differẽtiæ ſint. Vbi q̃m textus clarus eſt, non niſi tria notanda occurrũt. Primum eſt: cõparatio iſtius diffinitionis ad alias, quoniã aliud ſuperficies verborũ Porphyrij oſtendit, & aliud intentio eorũdem exprimit. Ex verbis quidẽ inſinuatur ꝙ præcedentes diffinitiones & ſpecialiter tertia, fuerint diminutæ, & ꝙ cõueniãt etiã his, quæ nõ ſunt ſpecificę differẽtiæ: hoc em̃ inſinuãt illa verba, nõ quodlibet diuidentiũ eorũ, quæ ſub genere ſunt differentiã eſſe: & exẽplaris declaratio, quam poſtmodũ ſubdit, quaſi illa diffinitio dixerit, omne diuidens ea, quæ ſub eodẽ genere ſunt, differẽtiã eſſe. Lędũtur & pari ratiõe, prima & quarta: q̃m nec quodlibet, quo ſpecies abũdat à genere, nec quodlibet, quo vna ſpecies differt ab alia, differentia eſt ſpecifica: proprietas enim & diuidit genus, vt in textu declaratur, de aptitudine ad nauigãdũ: & eſt qua

Potior eſt diffinitio aſsignata quam cęteræ.

E ſpecies abũdat à genere, & per quam vna ſpecies differt ab alia. Intẽtio autẽ Porphyrij aliò tendit: diffinitiones ſiquidem has labefactare nõ intẽdit, q̃m ipſemet dixerat has eſſe deſcriptiones differẽtiarũ ſpecificarũ, non à quibuſcunq;, ſed peripateticis aſsignatas. Nec latebat ipſum ꝙ ſicut in ſecũda diffinitione ſubintelligebatur ly eſſentialiter, ita in omnibus his diffinitionibus ſubintelligebatur, ly primo, quo ſubintellecto cõſtat ꝙ differentijs ſpecificis tantũ cõueniũt diffinitiones iſtę. differentia em̃ magis propriè & perſe eſt, qua primò ſpecies abũdat à genere: & qua primò diuidũtur ea, quę ſub eodẽ genere ſunt: & qua primò differunt interſe ſingulæ ſpecies. Sed intẽdit magnificare & præponere hanc quintam diffinitionẽ omnibus alijs, quia cum diffinitio ad hoc inuenta ſit, vt id quod diffinitũ implicite importat, explicitè ſignificet: & cæteræ differẽtię diffinitiones nõ explicitè attigerint vſq; ad differẽtiæ naturã: q̃m aliquo ſubintellecto egebant, iſta autem immergat ſe vſq; ad ipſius differentiæ intima, explicitè, ideo hæc diffinitio alijs meritò anteponitur: & ab interius perſcrutãtibus & ſpeculantibus data eſt. Secundũ eſt, ly conducit ad eſſe, appropriato quippe vocabulo differẽtię naturã declarauit: qui em̃ aliquid cõducit aliquò, nõ præſupponit illud conductum eſſe illuc, ſed ipſe eſt qui aliunde illud ducit illuc vſq;: proprietates autẽ ſpecierũ, puta naturalia & uigatiuũ & volatiuũ, quæ ſunt proprietates hominis & auis: & ſi gen⁹ ipſum ſcilicet animal diuidãt, & partitũ exigant, nõ tamẽ conducũt ipſum ad hominẽ & auem, ſed cõductũ præſupponũt: q̃m fluũt à naturis ſpecificis iam conſtitutis. Differẽtiæ verò perſe, puta rationale & irrationale, genus ipſum. ſ. animal ad ſpecies cõductum nõ ſupponunt, neq; ſupponere poſſunt, ſed cõducũt ipſum ad eſſe earũ, ita ꝙ abſq; differẽtijs cõducentibus impoſsibile eſt genus trahi ad ſpecificũ eſſe. conducit autẽ differẽtia ipſum genus non ad eſſe tale, vel tantum, quod eſt eſſe ſecundũ quid, ſed ad eſſe ſimpliciter, id eſt ad eſſe quidditatiuũ: q̃m, vt pluries dictũ eſt, genus nõ accidẽtaliter ſubit eſſe ſpecificum, ſed eſſentialiter. Tertiũ notãdum eſt (ly & eius quod eſt eſſe rei pars eſt) poteſt ſiquidẽ nomine eſſe rei, intelligi vel ipſum eſſe eſſentiale ſpeciei, vel ratio eius. Si per eſſe rei intelligatur eſſe eſſentiale rei, tũc non eſt accipiendũ ꝙ differẽtia ſit pars illius eſſe ſecundũ rem: q̃m formale ſignificatũ differẽtiæ, puta ratiõale, eſt totum eſſe ſpeciei ſecundum rem. ſi eſſet nanq; pars non prædicaretur de ſpecie niſi in obliquo &c. ſed accipiendum eſt ꝙ differentia ſit pars ſecundũ rationẽ, id eſt partialiter explicans ipſum eſſe eſſentiale rei: ſignificat nanq; differentia totum eſſe ſpeciei, ſed partialiter (vt alibi declarauimus.) Si verò per eſſe rei intelligat cũ Alberto ratio rei ſimpliciter, verificatũ ꝙ dr̃ia eſt pars eſſe rei, ideſt diffinitionis rei. Diffinitio em̃ ipſa cõponitur ex genere & differẽtia. Appellari autẽ nõ incõgrue potuit eſſe rei ipſa diffinitio

Dr̃ia cõducit ad eã, ꝓpria verò ſupponunt ſpẽm & gen⁹ eſſe.

Dr̃ia quo ſit pars diffinitionis.

Suprà de ente & eſſentia ca. 4.

diffinitio: q̃m diffinitio nihil aliud eſt q̃ oratio explicatiua illi⁹. Quo modo autẽ hęc itelligẽda ſint, q̃ ꝓfundior ſentẽtia in hac diffinitione lateat diffuſe in cõmẽtarijs de eſſe & eſsẽtia ꝓſecuti ſum⁹. Tãgit igit̃ diffinitio iſta naturã differẽtię ītuitiuę: qa eã cõducere gen⁹ ad eſſe quidditatiuũ dicit nõ extrinſece, ſed ita q̃d̃ eſt pars ipſius eſſe rei, &c.

De proprio quatuor modi ponuntur.
CAP. III.

PRoprium verò quadrifariã diuidũt. Nã & id quod ſoli alicui ſpeciei accidit, & ſi nõ omni, ꝓpriũ dicitur: vt homini eſſe medicũ, vel geometrã. Et quod omni accidit & ſi nõ ſoli, quẽadmodũ homini eſſe bipedem. Et quod ſoli, & omni, & aliquãdo: vt homini in ſenectute canescere. Et quod ſoli, & omni, & ſemper: quẽadmodũ homini eſſe riſibile. nã etſi nõ ſemper rideat, tamẽ riſibilis dicit̃, non ꝙ ſemper rideat, ſed ꝙ aptus natus ſit ad ridendum. hoc autẽ ei ſemper naturale eſt, quẽadmodũ & equo hinnibile. Hæc autẽ nominãtur vere propria, quoniam etiam conuertuntur, quicquid enim eſt equ⁹, hinnibile eſt, & quicquid eſt hinnibile eſt equus.

IN hoc tertio capitulo de proprio determinat, quod quartũ locũ inter prædicabilia iure retinet, eo ꝙ ex principijs ſpeciei, genere. ſ. & differẽtia poſt cõſtitutã ſpeciẽ immediatè emanat. Determinat autem de eo diuiſiuè tm̃. neſcio verò cur nõ diffinitiuè cũ eius diffinitio à peripateticis nõ ſit omiſſa, vt patet (in. 1. Topicorum.) Diuiſio autẽ cõſiſtit in ſeparatione triũ cõditionũ ſimul requiſitarũ ad id q̃d̃ eſt propriè propriũ. Exigit ſiquidẽ ꝙ cõueniat omni ſoli & ſemper: omni indiuiduo illius ſpeciei, cuius dicit̃ propriũ, & ſoli illi ſpeciei & ſemper: ex harũ. n. ſeparata participatione tripliciter aliquid propriũ fit. Primum ꝙ cõuenit ſoli ſpeciei, ſed nõ oĩ ei⁹ indiuiduo, vt hr̃e actuaIiter artẽ medicinę. hoc. n. ſoli homini cõuenit, ſed nõ oẽs homines habẽt hoc, vt patet. Secũdum eſt q̃d̃ cõuenit omni indiuiduo ſpẽi, ſed nõ ſoli, vt habere duos pedes. hoc em̃ & alijs cõuenit animalibus. Tertium eſt q̃d̃ cõuenit ſoli ſpeciei & omni ei⁹ indiuiduo, ſed nõ ſemper: vt canos habere, hoc em̃ in ſenectute cõiter accidit, hæc autẽ tria cũ eo q̃d̃ propriè ꝓpriũ eſt quadrifariã propriũ faciũt, vt in textu dicit̃. Hoc in loco notãdum eſt, q̃d̃ vt ex. 1. Topicorũ colligit̃, propriũ nõ ſcđm totũ ſuũ ambitũ quartũ eſt prædicabile, ſed quartũ tantũ modo ſumptũ. Probatur autẽ hoc primò ex diffinitione proprij ibi aſsignata, quę eſt iſta, propriũ eſt quod nõ indicat quid eſt eſſe, ſoli autẽ ineſt, &

Cap. 4.

Cap. 4.

cõuerſim de re prędicatur. Vbi tres particulas poſuit: primã ad differẽtiã diffinitionis & generis, & cõſequẽter differẽtiæ, quæ indicãt eſſentiã rei. Secũdã ad differẽtiã accidẽtis & proprij ſecũdo modo, quæ nõ ſoli inſunt. Tertiã verò differẽtiã proprij primo & tertio modo: quorũ neutrũ cõuertibiliter prædicatur de eo cuius eſt propriũ. Cõſtat autẽ ꝙ ibi diffinitur propriũ vt prędicabile diſtinctũ ab alijs: ergo. Secũdò patet ex refutatione iſtorũ triũ modorũ proprij, ibi nãq; Ariſtoteles dicit, q̃ ꝓpriũ ſimpliciter, ideſt abſq; additione aliqua, nõ eſt niſi q̃d̃ diffinitũ nũc eſt, illud verò, q̃d̃ non ſoli ineſt, & q̃d̃ etiã quãdoq; ſoli ineſt, propriũ nõ eſt ſimpliciter, ſed eſt propriũ q̃n̄, vel ad aliud, id eſt ſed eſt propriũ cũ aliqua tẽporis, vel reſpect⁹ additione. Nec eſt dubiũ quin ſub iſtis verbis cõprehẽderit tria prima mẽbra diuiſionis Porphyrij: propriũ em̃ tertio modo eſt propriũ q̃n̄ ideſt ſecũdũ tẽpus, propriũ aũt tã primo q̃ ſecũdo modo eſt propriũ ad aliud, quia nõ eſt propriũ illius abſolutè, ſed reſpectu eorũ, q̃ illo carẽt, verbi gr̃a, eſſe bipedẽ eſt propriũ homini reſpectu quadrupedũ: & eſſe medicũ reſpectu eorũ, q̃ nõ ſunt medici, &c. vnde eſt coincidẽtia proprij ſecũdũ tres primos modos: cũ accidẽte, inquit ibidẽ Ariſto. ꝙ accidens nihil prohibet denominari propriũ q̃n̄, vel ad aliud: vt cũ aliquis ſolus ſedet ſedere illi vt proprium reſpectu nõ ſedentis eſt. Eſt igitur proprium ſimpliciter id quod quartum prædicabile eſt propriè loquendo, reliqui autem proprij modi reductiuè huc accedunt, ſicut & differẽtiæ per accidens, cum differẽtia per ſe aliquo modo coordinentur: ſimpliciter tamen reperiuntur &c.

De accidentis varijs acceptionibus, & quid ſit. *CAP. IIII.*

ACcidens eſt quod adeſt & abeſt prętęr ſubiecti corruptionem. Diuiditur autem in duo: in ſeparabile & in inſeparabile. Separabile enim accidẽs eſt dormire, nigrum vero eſſe inſeparabiliter coruo & æthiopi accidit, poteſt autem ſubintelligi & coruus albus, & AEthiops* nitens candorem, præter ſubiecti corruptionem.

*abijciẽs coloremIN hoc quarto capitulo intẽdit Porphyrius tractare de accidẽte, q̃d̃ vltimũ remãſit, eo ꝙ extraneũ & aduẽtitium eſt. Determinat aũt diffiniẽdo primo ipm, deinde diuidendo, & tertiò iterũ duas alias diffinitiones ponẽdo. Sed q̃m Auicẽna Porphyriũ reprehẽdit, ꝙ ad diffinitionẽ ꝓceſſerit accidẽtis, nõ prædiſtincta æquiuocatione eius, ideo primò declarãdũ eſt qd nominis ipſius accidẽtis. Accidens em̃ dupliciter ſumit̃. Vno mõ vt diuidit cõtra ſubſtãtiã, in diuiſione, qua diſtinguit̃ ens in ſubſtãtiã & accidẽs: & ſic accidẽs eſt nomẽ primæ impoſitionis, & ſignificat naturas nouẽ prædica-

mẽtorũ.ſ.quãtitatẽ,qualitatẽ,relationẽ, &c. Alio modo vt diſtinguit̃ contra genus,ſpeciẽ,dr̃iam,& ꝓpriũ in diuiſiõe,qua prædicabile diuidit̃ in quatuor vel quinque prædicabilia: & ſic accidens eſt nomẽ ſecũdæ impoſitionis,& nõ ſignificat naturam aliquã,ſicut nec genus,nec ſpẽs,&c. ſed ſignificat quandã relationẽ rõnis, ſicut & cætera prædicabilia antedicta. Vocatur aũt complexo vocabulo relatio iſta prædicatũ accidẽtale. hoc igit̃ in loco non ſumit̃ accidẽs ſcđm primã ſignificationẽ:qm̃ ſequereť ꝙ nulla natura in prædicamentis accidentiũ eſſet genus,aut ſpẽs &c. quod eſt manifeſtè falſum: patet ſequela, quia ſecũda diffinitio accidẽtis dicet,ꝙ accidẽs neq; eſt genus, neq; ſpẽs,neq; dr̃ia,neq; propriũ,ſed accipitur iuxta ſecundã ſignificationẽ:qm̃ de ſecundis intentionibus adiunctis primis ſermo hic habeť,& nõ de rerum naturis. Vnde & in.i. Topicorũ Ariſt. dicit, Capit.4. ꝙ oĩa iſta prædicabilia in quolibet ſunt prædicamẽto:res enim nõ ſolũ prædicamenti ſubſtantiæ habet aliquod prædicatũ vt genus,& aliqđ vt propriũ,& vt accidens &c. ſed etiã res in prædicamẽto quãtitatis & qualitatis & cæterorũ hæc oĩa habet. Et hinc eſt,ꝙ accidẽs,de quo modo tractam⁹, nullã naturã ſignificat,ſed ſub eo oĩa prædicamẽta cõprehendit:qm̃ ſicut res prædicamentorũ accidentiũ,puta qualitatis & vbi &c. accidẽtale prædicatũ denoĩať reſpectu ſubſtãtiæ,puta hoĩs,cũ dicitur,homo eſt pallidus vel eſt in foro,&c.ita è cõuerſo reſpectu prædicamẽti ſubſtãtiæ denoĩatur prædicatũ accidẽtale reſpectu rei exiſtẽtis in prædicamẽto accidẽtiũ,vt patet cũ dr̃, ꝙ triangul⁹ eſt ligneus:ſcđm veritatẽ ergo à S. Thoma quoq; approbatã in qõne vltima de ſpũalibus creaturis, accidẽs quintũ prædicabile ſignificat hoc, quod dico prædicatũ accidẽtale,accidentale aũt vt diſtinguit̃ cõtra prædicatũ eſſentiale,non ſolũ intrinſece vt gen⁹,ſpẽs,dr̃iam & diffinitionem,ſed extrinſece vt propriũ:eſt em̃ propriũ prędicatũ eſſentiale, quia à principijs & eſſentialibus ſubiecti fluit. Nec putet quiſpiã hãc accidentis ſignificationem nouam aut contrariam antiquis eſſe: propterea, quia cõiter ab eis dicitur,ꝙ accidens quintũ prædicabile importat accidens indiuidui,propriũ verò accidens ſpeciei. Bene nanq; eos dixiſſe fateor: tum quia accidentia indiuidui accidentalia prædicata ſunt ſpeciei,quæ ſubiectum in omni problemate eſt: tum quia ab accidentibus indiuidui ortum habuit diſtinctio inter hoc prędicabile, & alia, qm̃ manifeſtum valde eſt, ea neq; vt genus, neq; vt ſpẽm,neq; vt differentiã,neq; vt propriũ, de his,quib⁹ poſſint in eſſe,& non in eſſe,prędicari,ſed vt accidentales denominationes: poſſet igitur ex dictis excuſari Porphyrius à diſtinctiõe nõ præmiſſa,eo qđ in Logica ſcribẽs,Logicaľ intelligendos terminos tanquam per ſe notum dimiſit.

Tho. de ſpũalib⁹ creaturis qõ vltia i ca. circa mediũ.

Accidens.i.accidẽtale prædicatum,id eſſe dicitur, quod indifferenter affirmari & negari contingit abſque hoc quod ſubiecti ratio deſtruatur.

POſtquã igitur declarauim⁹ quid importet accidẽtis nomẽ,ad diffinitionũ declarationẽ procedendum eſt. Prima diffinitio eſt iſta, accidens eſt quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ. Vbi primò declarãdi ſunt termini, deinde dubia ſoluẽda. Adeſſe & abeſſe poſſunt accipi dupliciter:vno modo pro eſſe,quod eſt actus eſſendi.i. ꝓ adeſſe reali & abeſſe reali.ſicut aquæ adeſt caliditas ſcđm realẽ inexiſtẽtiam,qñ eſt calida, & abeſt qñ non eſt calida:& ſic nõ ſumitur hic: tum quia intentio non debet diffiniri per eſſe reale,tum qa impoſsibile eſt oĩ prædicato accidentali cõuenire talem inexiſtentiam, cùm multa ſunt prædicata accidẽtalia, quæ ſunt entia rõnis. Alio modo põt accipi pro eo quod ſignificat veritatẽ propoſitionis.i. ꝓ affirmatiõe & negatione: ita ꝙ adeſſe importet cõpoſitionẽ, quæ fit per affirmationẽ, & abeſſe diuiſionẽ,quæ fit per negationẽ, & ſit ſenſus, accidens eſt quod adeſt & abeſt.i. quod affirmatur & negať &c. & ſic ſumitur in hoc loco adeſſe & abeſſe,vt ex textu & dicẽdis in ei⁹ expoſitiõe,& gloſa Auerrois euidẽter habeť: gloſat nãq; Auerrois ſic, accidẽs eſt quod adeſt.i.exiſtimatur Capit. 6. adeſſe,& abeſt.i.exiſtimaľ abeſſe:idẽ aũt eſt dicere,exiſtimari adeſſe & abeſſe,& dicere, ꝙ affirmatur & negať: qm̃ affirmatio nõ niſi in exiſtimatione intellect⁹ eſt,& è cõuerſo: exiſtimatio non niſi in affirmatiõe vel negatiõe exiſtit. Ly &,nota eſt copulatiõis,nõ ſimul,ſed ſucceſsiuè, nõ ordine aliquo,ſed indifferẽter:ita ꝙ denotat indifferẽter affirmari & negari accidẽs de ſubiecto,& nõ qđ ſimul affirmeť & negeť,qa hoc implicat. Ly præter, ſubiecti corruptionẽ, dupliciter accipi põt.ſ. pro corruptiõe ſcđm rẽ,& de tali nõ eſt hic ſermo,alio modo ꝓ corruptiõe ſcđm intellectũ ei⁹.i. ꝓ defectu rõnis ipſius ſubiecti,& ſic ſumit̃ hic : ita ꝙ idẽ eſt dicere præter ſubiecti corruptionem, & dicere abſq; hoc ꝙ ſubiecti rõ,ſeu diffinitio deficiat, vel vtẽdo verbis Auer. abſq; hoc qđ exiſtimeť ſubiectũ corrũpi. Et aduerte hic diligẽter, ꝙ ly præter ſubiecti corruptionẽ,põt dupliciter conſtrui.ſ. cũ ly ſubiecto,quod ſubintelligit̃:& eſſet ſenſus, accidens eſt quod adeſt & abeſt ſubiecto, præter ſubiecti corruptionẽ.i. manenti,& hoc modo non eſt cõſtruenda dicta diffinitio: qm̃ ſuperfluè addita eſſet illa particula, præter ſubiecti corruptionẽ,in omni em̃ vera affirmatiõe & negatione de aliquo ſubiecto ſubintelligit̃ illius ſubiecti rõnem manere,aliter nõ de ipſo ſubiecto,ſed de alio affirmatio aut negatio verificareť. Alio ergo modo põt conſtrui cũ ly adeſt & abeſt,tanq̃ copulę verbalis modificatio,vt ſit ſenſus:accidẽs eſt quod de ſubiecto affirmatur & negatur nõ quocunq; modo,ſed tali modo.ſ. non deſtruendo eius rõnẽ,& hic ſenſus eſt in propoſito: & ponit̃ illa particula & ad differentiam aliorum prædicabiliũ, quorum negationes,ſubiectorũ ſuorũ rationes deſtruunt: & ad includendũ omnia prædicata accidentalia: omnib⁹ ſiquidem eis conuenit indifferẽter de ſubiecto affirmari

firmari & negari,abſq; ſubiecti deſtructione:non tamẽ oĩb⁹ indifferẽter affirmari & negari de ſubiecto,vt patet de accidẽtibus inſeparabilibus,quę cõſtat nõ ſine additione aliqua à ſubiectis negari poſſe. Poſita eſt igit̃ particula illa.ſ.prẽter ſubiecti corruptionẽ,vt itelligeres, ꝙ nõ in hoc cõſiſtit natura prędicati accidẽtalis.ſ.ꝙ ſubiecto adſit & abſit ſimpliciter,ſed in hoc ꝙ ſubiecto adeſt & abeſt cũ iſta modificatione.ſ.abſq; eius deſtructiõe. Eſt ergo ſenſus toti⁹ diffinitionis, accidẽs.i. accidẽtale prædicatũ eſt,qđ adeſt & abeſt.i. indifferẽter affirmať & negať præter ſubiecti corruptionẽ.i. abſq; hoc ꝙ deſtruat ſubiecti rationẽ,qđ ſub alijs verbis breuius dici põt ꝙ accidẽs eſt,cuius nec affirmatio nec negatio ſubiecti rationem tollit. Et qm̃ ſermo diffinitiuus ſoluit omnes difficultates accidẽtes in re,ex eo magnificabitur iſte intellectus diffinitionis,qđ ſcđm ipm omnia ſoluãtur dubia, quæ etiã aliqui Arabum,vt Albertus dicit,ſoluere neſcientes, hanc Porphyrij diffinitionẽ reprehenderunt.

Accidens inſeparabile contingit abeſſe, & adeſſe.i. affirmari & negari ſtante ſubiecto,& eius ratione.

PRimum dubiũ eſt illud,qđ Porphyrius in textu poſt diuiſionẽ tãgit, diuidit ſiquidẽ accidẽs diffinitũ in accidẽs ſeparabile & inſeparabile, & ſtatim dubiũ tãgit dicens, põt aũt ſubintelligi & coruus albus:& intẽdit talẽ ſoluere obiectionem, nullũ mẽbrũ alicuius diuiſionis debet repugnare diffinitioni rei diuiſæ: ſed huius diuiſionis alterũ mẽbrũ.ſ.inſeparabile, repugnat diffinitioni accidẽtis diuiſi,quia in diffinitione eius dicitur,ꝙ poteſt adeſſe & abeſſe: ſi em̃ eſt inſeparabile, abeſſe nõ põt:& ſi abeſſe põt,inſeparabile non eſt: ergo vel diffinitio vel diuiſio mala eſt &c. Huic inquã obiectioni reſpondet Porphyrius nõ aliter q̃ dicẽdo, ꝙ põt ſubintelligi coruus albus & ætiops cãdore nitẽs, præter ſubiecti corruptionẽ,ac ſi dixiſſet,ꝙ licet accidẽs aliquod ſit inſeparabile ſecũ dũ rẽ, põt tn̄ abeſſe ſcđm intellectũ. Et inſinuauit per hoc formalẽ reſpõſionẽ.ſ. ꝙ difformiter accipitur eſſe in diffinitione & in diuiſione:cùm em̃ diuiditur accidẽs in ſeparabile, & in inſeparabile, eſt ſermo de ſepabilitate & inſeparabilitate ſcđm rẽ,vel qa oĩno ſit inſeparabile,vel qa valde difficile ſit ſeparabile: vtroq; em̃ modo inſeparabile dicit̃,ſicut & inuiſibile dicit̃ vel qđ oĩno nõ põt videri,vel qđ difficile videri poſsit. Cũ verò in diffinitione accidẽtis dicit̃ adeſt & abeſt, intelligitur de eſſe & abeſſe ſcđm intellectũ: & ideo licet coruus nõ poſsit ſcđm rẽ fieri de nigro alb⁹, põt ſubintelligi alb⁹, qa rationi diffinitiuę corui nõ repugnat albi denominatio,& ſic patet ꝙ gloſa ſupra poſita ex textu ſumpra eſt, & ꝙ ex illo ſenſu difficultas hæc ſoluta eſt. Et fortè ꝓpter inaduertẽtiã illi⁹ ſenſus reprehẽſus eſt ab Arabibus Porphyrius,dicẽtibus eũ in æquiuocationẽ lapſum, dũ de inſeparabilitate accidentis diſputãs, ad ſeparabilitatẽ ſcđm intellectũ cõfugit, qm̃ æquiuocè dicit̃ eſſe, de eſſe ſcđm rẽ: & eſſe ſcđm intellectũ, ꝓcedit em̃ hæc obiectio ex malo intellectu diffinitionis accidẽtis, quia creditũ eſt, ꝙ ibi eſſet ſermo de adeſſe & abeſſe ſcđm rẽ: ſoluitur ergo primũ dubiũ ex diffinitione modo ſupradicto expoſita &c. Sed aduerte hic duo. Primũ eſt, ꝙ nullũ incõueniens eſt accepiſſe difformiter eſſe in diffinitione & in diuiſione: quin poti⁹ neceſſariũ eſt ſic feciſſe, qm̃ ſi vniformiter eẽ acceptũ fuiſſet, vel diffinitio, vel diuiſio mala fuiſſet. Si em̃ inſeparabile eſt ſcđm rẽ, abeſſe nõ põt ſcđm rẽ:& ſi abeſſe nõ põt ſcđm intellectũ, inſeparabile erit ſcđm intellectũ, diffor miter aũt accipiẽdo oĩa cõſona inueniunt̃, vt ex dictis patet. Secũdũ notãdũ propter importunitates arguẽtiũ eſt, ꝙ ſubiectũ intelligi ſine albedine, aut nigredine, vel quocũq; alio prædicato poteſt intelligi dupliciter. Vno modo ſcđm primã operationẽ intellectus. Alio modo ſcđm ſecundã operationẽ intellectus, intelligi ſubiectũ ſine tali prædicato per primã operationẽ intellectus, nihil aliud eſt q̃ ipſum ſubiectũ intelligi, prædicato nõ intellecto, ſicut color pomi videť nõ viſo eius odore,& ſic nõ accipit̃ hic cũ dicit̃, ꝙ coruus põt intelligi abſq; nigredine, ſic nãq; ſubiectũ põt intelligi nõ ſolũ ſine accidẽte, ſed etiã ſine propriè, ꝓprio, vt patet qñ diffinitur hõ: ſufficit em̃ tũc intelligere genus & differẽtiã eius, & nõ oportet intellige re propriã. Intelligi aũt ſubiectũ ſine tali prædicato per ſecũdã operationẽ intellectus, eſt formari propoſitionẽ negatiuã illius prędicati de illo ſubiecto,verbi gratia dicẽdo, coruus nõ eſt niger, & hoc modo accipitur hic, cũ dicitur, ꝙ ſubiectum poteſt intelligi ſine accidẽte inſeparabili, & cum eius oppoſito, quia.ſ. poteſt formari enũtiatio negatiua vera, in qua accidẽs inſeparabile negatur à ſubiecto, vt dicẽdo coruus nõ eſt niger, & poteſt formari affirmatiua vera, in qua oppoſitũ accidẽtis inſeparabilis prædicatur de ſubiecto, vt dicendo coruus eſt albus, aut coruus nõ eſt niger. Nec inuadet te dubiũ qũo iſtæ propoſitiones ſint veręe,& tamẽ in rerũ natura nullus inuenitur coruus albus aut nõ niger, ſi memor eris eorũ, quæ diximus gloſando diffinitionẽ accidẽtis: ex dictis ſiquidem habetur, ꝙ dupliciter cõtingit dicere aliquã propoſitionẽ eſſe verã.ſ.ſimpliciter, vel ſic.i. cũ alia additione, & cõſtat ꝙ iſta nõ eſt ſimpliciter vera, coruus nõ eſt niger, quia ab eo ꝙ res eſt vel nõ eſt, oratio dicitur vera vel falſa ſimpliciter. Eſt tamẽ vera ſic.i. præter ſubiecti corruptionẽ.i. nõ prohibetur eſſe vera ex ſubiecti corruptione, nõ em̃ ideo eſt falſa iſta,coru⁹ nõ eſt niger,qa negatio nigredinis inferat negationẽ naturæ coruinæ,ſed aliunde, puta quia cuilibet coruo cõiũcta eſt ſcđm rẽ nigredo. vnde nõ intendũt Peripatetici dicere,coruũ verè intelligi nigrũ & nõ nigrum ſimpliciter,ſed cũ iſta clauſula prẽter ſubiecti corruptionẽ, ac per hoc, vt dictũ eſt,valde ſubtiliter naturam accidentis diffinierunt, tradendo accidẽs eſſe id quod verè affirmatur,& negatur de aliquo prẽter illius corruptionẽ.i. accidens eſt cuius

nec affirmatiua compoſitio, nec negatiua diuiſio, ſi ponatur vera, cũ ſubiecti deſtructione exercetur, quod nulli alij prædicabili conuenit, vt patet inducendo, propter quod ſignanter Porphyrius non dixit poſſe ſubintelligi coruum album ſimpliciter, ſed addidit, præter ſubiecti corruptionem, intellectione ſiquidem complexa & vera, de qua loquebaꝫ, nõ intelligiꝫ coruus albus abſolutè, qm̃ albus nõ eſt, ſed ſic, ideſt abſq; hoc ꝙ ſequaꝫ ſubiecti negatio, ſeu abſq; repugnãtia intellectuũ.

Mors & combuſtio & quæcunq; ab his denominatiua non accidentia, ſed inter repugnantia prædicata annumerantur, & iure ab accidentis ratione hic tradita excluduntur.

SEcũdum aũt dubiũ principale eſt hoc, mors & combuſtio, ſiue denominatiua ab his ſumpta ſunt accidẽtia, & tamẽ nõ adſunt præter ſubiecti corruptionẽ, ergo diffinitio mala. Soluitur nanq; hoc dubiũ ex intellectu diffinitionis accidẽtis ſupradicto duabus vijs, ex quid nominis. ſ. accidẽtis & ex illa particula, præter ſubiecti corruptionem. Ex quid nominis accidẽtis quidẽ, quoniã huiuſmodi denominatiua nõ ſunt prædicata accidẽtalia reſpectu eorũ, quæ morti vel cõbuſtioni ſubiacẽt, ſed ſunt prędicata oppoſita ſubiectis, vt declarabiꝫ. Ex illa verò particula. ſ. præter ſubiecti corruptionẽ, quia hic nõ eſt ſermo de quocũq; ſubiecto, ſed de ſubiecto prędicationis, nec de quacũq; eius corruptione, ſed ea, qua ratio eius nõ põt ſtare cũ prędicato, iſta aũt denominatiua à morte & cõbuſtione & hmõi deriuata talia ſunt, ꝙ ſubiecta illa, puta hoiem vel bouẽ, de quibus in ꝓpoſitionibus prædicantur, deſtruũt: ita ꝙ diffinitio eorũ nõ eſt cõpoſsibilis diffinitioni talium ſubiectorũ, nec è cõuerſo: & cõſequenter prædicata hæc non ſunt accidẽtalia, ſed remota. Ad cuius euidẽtiã eſt ſciẽdũ, ꝙ ꝓpoſitionũ triplex eſt materia. ſ. neceſſaria, cõtingens, & remota. In materia neceſſaria ſunt oẽs ꝓpoſitiones, in ꝙbus genus, ſpẽs, differẽtia, diffinitio, & propriũ prædicãtur de ſuis ſubiectis. In materia aũt cõtingẽti ſunt illæ, in quibus accidẽs prædicatur de eo cuius eſt accidẽs. In materia verò remota ſunt, in quibus repugnãtia alicui enũciãtur de illo. Ad videndũ aũt, quæ ſint prædicata neceſſaria, & quæ cõtingẽtia, & quæ remota nõ oportet vagari, ſed ſufficit rationes terminorũ intueri: ex ipſorũ em̃ rationibus cõſurgit cõnexio & modus cõnexionis, & repugnãtia inter ſe, ad hoc qđ adunenť in vno. Cõſtat aũt ex rationibus mortui & hoĩs, vel cuiuſq; alterius rei viuę, qđ impoſsibile eſt eorũ rationes in vnũ tertiũ ſimul cõuenire: qm̃ ſi aliquid hõ eſt, corpus animatũ eſt: & ſi corpus animatũ eſt, iã mortuũ nõ eſt, & è cõuerſo, ſi aliquid mortuũ eſt, corpus animatũ nõ eſt, & ſi corpus animatũ nõ eſt, hõ nõ eſt: & ſimilis ratio eſt de cõbuſto & domo, vt patet: & cõſequẽter denominatiua à morte, & huiuſmodi ſumpta nõ ſunt accidentalia prædicata, ſed repugnãtia. Et ſi cõtra hoc inſtetur, quia lex propoſitionum in materia remota hęc eſt, ꝙ affirmatiua ſemper eſt falſa, & negatiua vera: in hmõi autem & affirmatiua, & negatiua eſt vera, ſunt em̃ ambæ iſtæ verę, homo eſt mortuus, & homo non eſt mortuus. Reſpõdendũ eſt, ꝙ illa regula intelligitur ſeruata idẽtitate ſubiecti, nõ ſcđm vocẽ, ſed ſecũdũ rẽ: cuius oppoſitũ in oppoſito accidit: quoniã ly mortuus, in affirmatiua propoſitione non denominat hominẽ, ſed ratione ampliať vis quã habet, quia eſt participiũ præteriti tẽporis verificatur de eo qui fuit homo: & in negatiua verificatur de eo qui eſt hõ: ampliat em̃ ad eos, qui ſunt, vel fuerũt homines. (Et ſi vlterius inquiratur) eo modo, quo veræ ſunt huiuſmodi affirmationes quid prædicãt, accidẽtale prædicatũ an propriũ. Dicendũ eſt, ꝙ prędicationes huiuſmodi in ſenſu vero ſunt per ſe pertinẽtes ad quartũ & ſecundũ modũ perfeitatis reductiuæ, ideo prædicant propriũ & nõ accidens, ꝙ aũt hmõi propoſitiones in ſenſu vero ſint per ſe patet ex ipſo ſenſu: cũ em̃ dicitur homo eſt mortuus, ſubiectũ, pro quo verificatur, eſt hoc, quod dico, olim homo, ſeu hõ præteritus, eſt mortuus. Cõſtat aũt ꝙ fuiſſe hominẽ ratio eſt ꝙ mortuus ſit, qm̃ ex præteritione vitæ cauſať mors. Nec obſtat, ꝙ ſubiectũ talis propoſitionis, eſt totũ diſiũctũ. ſ. qm̃ eſt vel fuit homo: de quo nõ prædicatur per ſe mortuũ eſſe, hoc inquã nõ obſtat: qm̃ nõ ſimpliciter diximus eã eſſe per ſe, ſed diximus eã in ſenſu vero. i. cõparãdo prædicatũ ad illã partẽ ſubiecti ratione cuius verificatur propoſitio: ſunt ergo denominatiua à morte & cõbuſtione & huiuſmodi ſumpta reſpectu eorũ, quæ viuẽtia ſunt &c. nõ prædicata accidentalia, ſed repugnãtia abſolutè loquẽdo. Nec diminutus fuit, propterea Porphyrius nõ ponẽs ſextum prædicabile. ſ. repugnãs. tũ quia prędicabilia, quę vera affirmatione enũtiari poſſunt, tradebat: tũ quia oppoſitorũ eadẽ eſt diſciplina, repugnãtia aũt alicui ſunt oppoſita vel generi, vel differẽtiæ, vel ſpeciei, vel proprio eius: & propterea ſat fuit de illis dediſſe cognitionem: pręſertim quia priuatio per habitum, & malum per boni rationem cognoſcitur naturaliter. Et ſic patet ſolutam dubitationẽ hanc eſſe ex ipſa accidẽtis expoſitione.

Propoſitiões ſunt in triplici materia ꝺ qua in libro Perihermę.

Ne me putes tu Thomiſta immemorẽ doctrinæ Sãcti Thomæ in Secũdo cõtra Gẽtiles. cap. 81. dixiſſe, ꝙ in iſta diffinitione ly ſubiecti, ſumiť nõ ꝓ quocũq; ſubiecto, ſed ſubiecto ꝓpoſitionis. Noui. n. ꝙ ipſe ibidẽ gloſat ꝙ accidẽs eſt qđ adeſt & abeſt prẽter corruptionem ſubiecti. i. cõpoſiti ex materia & forma, & quod ſubdit per ſubiectũ nõ poſſe intelligi materiã primã, quæ principiũ ſubiecti cõpoſiti eſt. Sed mens eius cõtraria noſtris dictis nõ eſt, quia nõ intẽdit ibi gloſare hãc diffinitionẽ ad literã, ſed qm̃ arguẽdo diffinitio hæc applicata eſt ad realẽ vnionẽ formæ in ſuo ſuſceptiuo, propter proportionalẽ ſimilitudinẽ, quæ eſt inter prædicationẽ prædicati accidẽtalis de ſubiecto, & vnionẽ formæ accidentalis cum ſubiecto, ideo reſpõdẽdo, acceptata applicatione iſtiꝰ diffinitionis ad formam accidentalem, gloſat modo ſupradicto, & cauſam aſsignat, vt patet ibi. Vnde gloſa ſua optima eſt applicata hac diffinitione ad diſcernendas formas, quæ accidentaliter vniũtur, & noſtra, immo ſua, quę diffinitionem ipſam ſimpliciter reſpicit, vera nihilominus eſt, &c.

2. contra Gẽt. cap. 81.

Diffinitur etiam ſic quoq;. Accidens eſt quod contingit eidem ineſſe & non ineſſe. Et quod neq; genus neq; ſpecies, neq; differentia neq; proprium: ſemper autem eſt in ſubiecto ſubſiſtens.

Meritò autẽ post principales substãtias sola aliorũ oĩm species & gña dicũtur esse secundæ substãtiæ. Eorũ enim, quæ prædicantur primas substãtias sola hæc indicãt: aliquẽ enim hoĩem siquis assignauerit qd est, si speciẽ protulerit cõuenientius assignabit, q̃ si genus & manifestius faciet assignãdo hoĩem q̃ animal. Aliorũ verò quicqd assignauerit quilibet, assignabit extraneè: velut albũ, aut currit, aut quodcũque taliũ reddens. Ergo meritò hæ solæ aliorũ secũdæ substãtiæ dicũtur. Amplius primæ substantiæ, eo ꝙ alijs oĩbus subijciãtur, vel in ipsis sunt, idcirco proprijssimè substantiæ dicuntur. Sicut aũt primæ substãtiæ ad omnia alia se habẽt, ita primarũ substantiarum genera & spẽs ad omnia reliqua se habent: de his enim omnia reliqua prædicantur: aliquẽ enim hoĩem dices Grammaticum esse: ergo & animal & hoĩem Grammaticum dices: similiter autem & in alijs.

Hæc est quarta & vltima pars huius primæ, in qua intendẽs reddere rõnem eius, quod in principio huius capituli dixerat. s. ꝙ secũdæ substantiæ sunt spẽs & gña, in quibus sunt primę, duas rõnes ad hoc adducit. Quarũ prima talis est: ea sola sunt secundæ substãtiæ, quæ indicãt quid sunt primæ: sed sola gña & spẽs indicant quid sunt primæ substantiæ, licet diuersimodè, qa spẽs familiarius indicat q̃ genus, vt dictũ est: ergo sola gña & spẽs sunt secundæ substantiæ: maior ex se euidens relinquitur, quia solum id quod pertinet ad naturã primę substantiæ est substantia: cætera enim accidẽtia. Minor verò declaratur in singulis prędicamẽtis, quo ad ipsam exponentẽ affirmatiuã. s. ꝙ spẽs & gña hmõi indicant quid primarũ substantiarũ, qm̃ interrogationi, quid sit aliquis homo, conuenienter assignatur responsio proferẽs tam spẽm q̃ genus: manifestius tñ dicens hoĩem q̃ aĩal: & quo ad alteram exponentẽ negatiuã. s. oĩa alia à speciebus & generibus non indicãt quid primarũ substantiarũ: qm̃ assignationes & rñsiones extraneę à qõne quid, non indicant quid: clarum est aũt ꝙ quærenti quid est aliquis hõ extranea respõsio est dicẽs, ꝙ est albus, aut currens: hæc em̃ qualitates & dispositiones sortis ostendunt, & non indicant eius substantiam. Secũda aũt rõ posita ibi. (Amplius principales substãtiæ) talis est, sicut se habent primæ substantiæ ad oĩa alia, ita se habẽt spẽs & gña substantiarũ ad reliqua oĩa. Sed primæ substãtiæ ex eo ꝙ oĩbus alijs subiacent, ꝓpriè dicunt substãtiæ: ergo gña & spẽs dicendæ sunt secundæ substãtiæ, ex eo ꝙ oĩbus reliquis subiacẽt, quod declaratur, qa oĩa reliqua de secũdis substãtijs prædicantur: quod declarat, qa accidẽtia, quæ reliqua sunt, sicut prædicant de primis substantijs, ita de secundis. Si em̃ aliqs hõ est Grãmaticus, sequit, ergo hõ est Grãmaticus, ergo aĩal est Grãmaticũ &c. Notandum est, ꝙ qa Arist. adhuc non distinxit differentias substantiarũ ab ipsis substantijs, & differẽtiæ ipsæ scd̃m veritatem non sunt aliæ res, à rebus quarũ sunt dr̃iæ, & etiã eo mõ quo distinguũtur ab eis, ad idẽ genꝰ reducunt, in quo reponunt res, quarũ sunt dr̃iæ, ideo per ly oĩa gñibus & speciebus primarũ substantiarũ, non intellexit nisi accidentia, quæ cõdistincta sunt superius contra substãtias, & verè alia sunt ab eis, & ad idẽ genus non reducunt. Et propter hoc soluit obiectio cõtra primã rõnem quo oĩa alia à generibus & specieb⁹ extraneè assignent primas substantias, cũ dr̃iæ substantiarum intrent quidditates earum: iam em̃ patet, ꝙ differentiæ non cõtinent sub ly oĩa alia &c.

Cõmune est autẽ omni substãtiæ in subiecto non esse: prima em̃ substãtia neq; de subiecto dicitur, neq; in subiecto est. Secũdarũ verò substantiarũ constat quidẽ etiã sic, ꝙ nulla est in subiecto: etenim homo de subiecto aliquo hoĩe dicitur, in subiecto autẽ nullo est: neq; enim in aliquo homine homo est: similiter animal de subiecto quidem dicitur aliquo homine, nõ est autem animal in aliquo homine. Amplius eorum, quæ sunt in subiecto, nomen quidem de subiecto aliquando nihil prohibet prædicari, rationem verò impossibile est prædicari, secundarum verò substantiarũ de subiecto ratio prædicabitur & nomen, rationem enim hominis & animalis de aliquo homine prædicabis, ergo non erit horum substantia, quæ sunt in subiecto.

Hæc est secunda pars principalis huius capituli, in qua intendens tradere proprietates substantiæ, iuxta numerũ proprietatum, sex facturus est. Circa primã autẽ tria facit: primò eam ponit dicens, ꝙ cõe est oĩ substantiæ in subiecto non esse: & probat dupliciter. Primò inductiuè, qm̃ neque primæ substãtiæ sunt in subiecto, vt patet ex diffinitione eius assignata, qua dictũ est, ꝙ neq; dicit de subiecto, neq; est in subiecto: neq; secũdæ substantiæ sunt in subiecto siue species sint, vt homo, siue gña, vt aĩal: hæc em̃ & si de subiecto dicant̃ aliquo hoĩe, in nullo tñ subiecto sunt: si em̃ essent in subiecto, subiectũ illud esset aliquis homo: nũc autẽ ista non sunt in aliquo hoĩe, vt in subiecto sunt accidentia: manifestè em̃ liquet, ꝙ neq; homo, neque animal est accidens alicuius hoĩs. Deinde probat ratione speciali quo ad secundas substantias sic: ea, quæ sunt in subiecto, prædicari possunt de primis substantijs scd̃m nomen & non scd̃m rõnem, vt patet ex dictis, secundæ substantiæ prædicant̃ de primis scd̃m nomẽ & scd̃m rõnẽ: ergo secũdæ substãtię nõ sunt de numero eorũ, q̃ sunt in subiecto: oĩa clara sunt ex textu & suprà dictis, vbi declaratũ est quid importet esse in subiecto: eius em̃ negatio cõuenire nũc dr̃ omni substãtiæ &c.

In hoc eo dẽ cap.

Non est aũt propriũ substantiæ hoc: sed & dr̃ia eorum est, quæ in subiecto nõ sunt: bipes em̃ & gressibile de subiecto quidẽ hoĩe dicitur, in subiecto aũt nullo est: non em̃ in hoĩe est bipes, neq; gressibile. Ratio quoq; dr̃iæ de illo dicitur, de quo ipsa differentia prædicatur: vt si gressibile de hoĩe dicitur, & ratio gressibilis de homine prædicabitur: est enim homo gressibilis.

Hic secũdò declarat quare cõe dixerit non propriũ substãtiæ in subiecto non esse, & dicit ꝙ hoc s. non esse in subiecto, non est propriũ. s. quarto modo, ꝙ cõueniat semper, oĩ, & soli substãtiæ: qm̃ conuenit etiã differentijs substantiarũ in subiecto non esse: & probat hoc vtens medio rationis nũc dictæ sic, ea, quæ sunt in subiecto, dicunt̃ de substãtia scd̃m nomẽ q̃q;, sed nunq̃ scd̃m rõnẽ: differẽtię substantiarũ dicunt̃ de substantijs scd̃m nomẽ & scd̃m rõnẽ: ergo differẽtię substantiarũ nõ sunt de numero eorum, quæ sunt in subiecto. Declarat̃ minor exemplariter, accipiẽdo gressibile pro differẽtia cõtractiua aĩalis ad hoĩem: gressibilis nãq; vocatur homo, & eius ratio hoĩs rõnem conficit. Nec obstat si dr̃ia diffinitionẽ nõ habet, sicut nec generi gñralissimo hoc obstat: qm̃ ratio cõius qd sonat q̃ diffinitio licet (quia in habẽtibus diffinitionẽ ratio est diffinitio) q̃re synonymis vtamur, importat siquidẽ ratio formalẽ & distinctũ cõceptũ rei, quæcunq; sit illa, siue diffinibilis, siue nõ.

Non nos verò conturbent substantiarũ partes, q̃ ita sunt in toto, quasi in subiecto sint: ne fortè cogamur cõfiteri nõ eas esse substantias: nõ em̃ ita ea, quæ sunt ineessent alicui in subiecto dicebant̃, quasi vt partes.

Hic tertiò excludit quandam instantiam quæ contra assignatã omni substantiæ cõmunem proprietatẽ fieri posset, & est talis: partes substantiarum: puta caput manus &c. sunt in subiecto: probatur: quoniam sunt in toto. s. in prima substantia quæ subiectum est, & sustentant eas: ergo si cõuenit omni substantiæ in subiecto nõ esse: sequit̃ ꝙ partes substantiarum nõ sint substantiæ, quod est manifestè falsum: substantia enim non nisi ex substãtijs constare potest. Hanc obiectionẽ soluit ex diffinitione in anteprædicamentis assignata illius termini (esse in subiecto) & dicit illa, quę sunt in aliquo vt in subiecto non sunt in illo vt partes eius: qm̃ cum diffiniebatur (esse in subiecto) dicebatur ꝙ in subiecto esse est esse in aliquo, nõ sicut partem: ex ipsa ergo vocabulorum ratione: soluitur instantia: qm̃ aliud est esse in aliquo sicut partes & aliud esse ĩ aliquo vt in subiecto: hic em̃ modus essendi in: excludit illum, & è conuerso &c.

Diuisiõe secunda.

Ineest autẽ substãtijs & differẽtijs oĩa vniuocè prædicari. Oĩa em̃ quæ ab his prædicata sunt, aut de indiuiduis prædicant̃, aut de speciebus: à prima nanq; substantia nulla est prædicatio: de nullo em̃ subiecto dicitur. Secundarũ verò substantiarũ species quidem de indiuiduo prædicat̃: genus autem & de speciebus & de indiuiduo: similiter autem & differẽtię & de speciebus & de indiuiduis prędicant̃. Rationẽ etiã suscipiunt primæ substãtiæ spẽcierum & generum, & species generis: quæcunq; enim de prædicato dicuntur eadẽ & de subiecto dicentur. Similiter aũt & differentiarũ rationem suscipiũt species & indiuidua: vniuoca aũt erant quorũ & nomen cõmune est & ratio eadem. Quare omnia quæ à substãtijs & differentijs sunt vniuocè dicuntur.

Diuisiõe secunda.

Hic ponitur secunda ꝓprietas substantiæ, non omnis, sed secundæ: non solius, sed etiam differentiarum eius: & dicitur, ꝙ ineest substantijs & earũ differentijs, ꝙ omnia. s. prædicata inuenta in eis vniuocè prædicentur. Vbi aduertẽdum est, ꝙ ista proprietas, scilicet vniuocè prædicari (licet vt videbitur non inueniatur nisi in secundis substantijs & earum differentijs) ab Aristotele tamen non est hic attributa substantijs secundis & differentijs, sed attributa est substantijs in cõi & differentijs hoc modo, quòd omnia, quæ inueniuntur in earum latitudine prædicata, oportet esse prædicata vniuoca: vnde subiectum istius proprietatis, propriè loquendo, est hoc quod dico: omne prædicatum substantiæ, seu in substantia inuentum: erit autem hoc manifestius, cùm ad seriem textus veniemus: ex ipsa enim clarè hic sensus habetur. Aduertendum quoq; est, ꝙ Aristote. ponit proprietatem prædicati substantiæ, prędicari vniuocè, non de hoc vel illo, sed simpliciter: vel quia sola prædicata substantiæ vniuocè dicũtur de eo

Exẽplis facilꝰ discimꝰ capi. 39. 1. Prio.

Proprietates maximè indicãt rei essentiã ca. 1. libr. 1. de anim.

quod eſt ſimpl'r, & primũ ſubiectũ oĩum. i. prima ſubſtãtia, vel quia ſola prædicatio vniuoca cõuenit prædicato ſubſtãtiæ: qm̃ dicunt tm̃ de indiuiduis & ſpẽbus ſubſtãtiæ: de quibus (vt patet ĩ textu) vniuocè dicunt: prædicatis ſiquidẽ accidẽtiũ, etſi cõueniat prædicatio vniuoca, non tm̃ ſola, ſed etiã denoĩatiua: albũ em̃ dr̃ de hoĩe non ſcd̃m rõnem, vt dictũ eſt. His prælibatis ſcito, q̃ Ariſt. declaraturus ꝓpoſitũ ſic procedit. Primò declarat, quæ ſint ea, quæ ſunt p̃dicata ſubſtãtiæ, & hoc vt inſinuet ꝓ q̃bus diſtribuit ly oĩa, qm̃ abſolutè ꝓpoſuit dicẽs, q̃ ineſt ſubſtãtijs & differẽtijs ex his oĩa vniuocè prædicari. Deinde adducet rõnem ad propoſitũ probandũ ibi. (Secundarũ verò ſubſtãtiarũ.) Et qm̃ prædicatũ relatiuè dr̃ ad ſubiectum, declarat quæ ſint prædicata ſubſtantiæ ex ſubiectis dicens, q̃ oĩa, quę à ſubſtãtijs & differẽtijs prę dicata efficiuntur, aut dicunt de indiuiduis, aut de ſpeciebus: & ꝓbat hoc, quia ſi eſſet aliquod aliud prædicatũ ſubſtantiæ, illũd eſſet ipſa ſubſtãtia prima: hæc em̃ eſt, quæ neq; de indiuiduis, neque de ſpeciebus dr̃: ſed à prima ſubſtãtia nulla eſt p̃dicatio: qm̃ de nullo dr̃ ſubiecto: ergo ſolùm ea, quę de indiuiduis & ſpeciebus prædicant, prædicata ſubſtantiæ ſunt: hæc aũt ſunt ſecundæ ſubſtãtiæ & differẽtiæ earum: vnde ſi probatũ fuerit, q̃ oẽs ſecundæ ſubſtantiæ & earum differentiæ, prædicantur vniuocè, erit ſufficiẽter declaratũ intentũ. Sed anteq̃ vltra procedatur tria notanda ſunt. Primò notandũ, q̃ Ariſt. dixit oẽ prædicatũ ſubſtantiæ dici aut de ſpẽbus, vt genus & differentia, aut ſaltem de indiuiduis in numero plurali, vt ſpecies (non quia opinatus fuerit oẽm ſpẽm oportere habere plura indiuidua in eſſe naturali: qm̃ hoc patet eſſe falſum de cœleſtibus ſpẽbus, ſed qm̃ opus eſt omni ſpẽi non repugnare prædicari de pluribus, ſaltẽ ſcd̃m eſſe quod habet in intellectu) neceſſe eſt em̃ vt vniuerſalis rõnẽ habeat, & cõſequẽter q̃ multa ſub ſe cõtineat. Secundò notandum eſt, q̃ ſignificanter Ariſt. probans q̃ à prima ſubſtãtia nulla ſit prædicatio non dixit, q̃a non dr̃ de ſubiecto, ſed dixit quia de nullo dr̃ ſubiecto: vt ꝑ ly nullo excluderet & ſubiectũ inferius, & ſubiectũ inhæſionis: prædicatio nanq; ex natura ipſarum rerũ non ſolũ conſurgit ex habitudine ſuperioris ad inferius, ſed etiã accidẽtis ad ſubiectũ: & ꝓpterea ad probandũ q̃ aliquid nullo modo prędiceť, nõ ſufficit dicere q̃ caret inferiori, ſed etiam oportet addere q̃ caret ſubiecto, cui inſit. Accidẽs em̃ indiuiduale, puta hoc albũ prædicať de Socrate, & tm̃ nõ dr̃ de ſubiecto inferiori: à prima autem ſubſtãtia, qm̃ oĩ ſubiecto caret, nulla oĩno eſt prædicatio. Tertiò notandũ eſt, q̃ à prima ſubſtãtia nullã fieri prædicationẽ põt intelligi dupl'r. Vno mõ ſcd̃m ſe, ſeu ex ſe, & ſic eſt verum. Alio mõ ex intellectu, & ſic eſt falſum. Dico aũt prædicari ex ſe, aut ex intellectu, nõ q̃ opinarim aliq̃d prædicari abſq; intellectu: qm̃ prædicatio ipſa opus eſt intellectus, & cõſequẽter abſq; ipſo fieri nequit: ſed quia aliq̃d eſt, quod ex ſolo intellectu cõponente habet q̃ prædiceť, & hoc dixi prædicari ex intellectu, & aliq̃d eſt, quod ex natura ſua habet qđ prædicati rõnẽ induere debeat in intellectu cõponente &c. Quæ aũt ſint iſta, & quæ illa ex natura prædicatiõis ſumendũ eſt. Prædicatio affirmatiua vera, de qua eſt ſermo, exigit tria. ſ. aliquã diſtinctionẽ, & aliquã identitatẽ extremorũ, & alterũ extremum reſpicere alterũ vt formale materiale, diſtinctionẽ ſiq̃dẽ exigi fateri cogit ipſa pluralitas prædicati & ſubiecti: identitatem verò ipſa cõpoſitio prædicati cùm ſubiecto per copulã verbalẽ denotata: habitudinẽ autẽ formæ ad materiã regula illa ſuadet, quæ dicit, q̃ prædicata tenent formaľr, ſubiecta aũt materiaľr. Hæc aũt, etſi quodãmodo in oĩbus inueniant veris & affirmatiuis enũtiationibus (diſſimiliter tm̃.) In quibuſdã em̃ inueniunt ex ipſis extremorũ ſignificatis, etiã ſi intellectus propoſitionem non formaret: vt patet in iſtis, homo eſt albus, Sortes eſt hõ &c. manifeſtè em̃ patet, q̃ & diſtinctio & idẽtitas q̃dã eſt ĩter extrema iſta extra ꝓpõnes: & q̃ alterũ eorũ vt alteri⁹ forma eſt: tam em̃ accidẽs q̃ ſuperi⁹ formæ rõnẽ hẽt. In quibuſdã aũt nõ inueniunt hæc ex meritis terminorũ, ſed tantũmodo ex ipſa intellectus ꝓpoſitiõe: vt patet in iſta, fortes eſt fortes: extrema em̃ hic nullã extra ꝓpoſitionẽ diuerſitatẽ habẽt, ſed intellectus vſus vno & eodẽ termino bis extremũ vtrunq; confecit: & ſimiliter Sortes non habet in ſe, vnde Sortis formale, aut cuiuſq; alterius ſit, ſed habet potius vñ oĩum materia & ſubiectũ ſit. Vñ ille terminus eſt, à quo ſcd̃m ſe põt fieri prædicatio, qui ex ſe habet habitudinẽ ad aliũ, vt formale ad materiale. Ab illo verò ex intellectu põt ſumi prædicatio, qui ex ſe non habet q̃ aliũ reſpiciat vt forma materiã. Nec eſt opus alias cõditiões repetere: qm̃ implicitè in hac continent: oportet nãq; ſi aliq̃d ex ſe eſt alterius formale eſſe aliquo modo diſtinctũ: qm̃ rõnes formę & materię valde oppoſitæ ſunt, vt Cõmentator dicit in libro de Aĩa, & eſſe aliquo mõ idẽ, alioquin nõ eſſet illi⁹ forma le. Quia ergo prima ſubſtãtia ex ſe nõ habet q̃ alteri⁹ formale ſit &c. licet ex intellectu hæc quodã modo participet, ideo abſolutè Ariſto. dixit, q̃ ab ea nulla eſt p̃dicatio. Nec oportuit cũ diſtinctiõe loqui, qm̃ illud eſt de vnaquaq; re verũ iudiciũ abſolutè, qđ ex ꝓprijs ipſi⁹ rei certitudinẽ ſumit. Ad ſeriẽ ergo textus redeũdo, qm̃ ꝓduxerat narrationẽ ſuã vſq; ad hoc, q̃ omne prædicatũ ſubſtantiæ eſt ſecũda ſubſtantia, vel differẽtia ſubſtãtiæ: oſtẽdit nunc cõſequẽter, q̃ tam ſecũdæ ſubſtãtiæ q̃ earum differentiæ prædicantur vniuocè, tali rõne: oĩa, quæ prædicantur ſecundũ nomen & ſecundũ rõnẽ, de indiuiduis ſubſtãtiæ &c. prædicant vniuocè: ſecũdæ ſubſtãtiæ & earũ differẽtiæ prædicant ſcd̃m nomẽ & rõnẽ. ergo &c. huius autẽ rationis primò ponit minorẽ explicitè continentẽ vtraſq; ſecundas ſubſtantias, ſpecies. ſ. genera, & etiã differentias: & primò q̃ prædicentur ſecundũ nomẽ, vt apertè

Vide. 1. Pri. c. 28.

A prima ſubſtãtia nulla eſt artificialis p̃dicatio, qua aliq̃d imãifeſtũ ſit notũ.

vt apertè patet: deinde q̃ prædicent ſecundũ rõnem, & totũ de ſe liquet: vltimò ponit non maiorem, ſed eius probationẽ, quę eſt diffinitio vniuocorum dicẽs. Vniuoca aũt ſunt &c. & eſt manifeſta probatio à diffinitione ad diffinitũ. Vbi clara luce apparet, q̃ ſimpliciter vniuoca Ariſtoteles vocat vniuoca eſſentialiter, & q̃ idẽ eſt apud eũ prædicari noĩe & rõne, & prędicari vniuocè: aliter prędicari vniuocè etiã de primis ſubſtãtijs cõueniret etiã accidentibus: & dicendũ fuiſſet ab Ariſtot. q̃ hoc non eſt prædicatorũ ſubſtantiæ propriũ, ſed cõuenit etiã alijs: præſertim quia ſuperius dixerat q̃ accidentia noĩe & non rõne de ſubſtantijs prædicantur. Verùm, qm̃ hic Ariſto. repetens diffinitionẽ vniuocorũ non repetit totam, ſed dimiſit ly ſubſtãtiæ, ſup qua particula ſuperius fundauim⁹ ſenſum intentũ: modo ad amplitudinẽ & claritatẽ doctrinæ, aliũde & cõius & breuius idẽ manifeſtať, ex Alberti documẽtis: p̃dicari rõne vel ſcd̃m rõnẽ, põt accipi dupliciter: vno mõ materiaľr, alio modo formaľr: prędicari ſcd̃m rõnẽ materiaľr loquẽdo, eſt illud, qđ ſignificat ꝑ rõnẽ p̃dicari, p̃dicari verò ſcd̃m rõnẽ formaľr loquẽdo, eſt illud, qđ ſignatur ꝑ rõnẽ prædicari ꝑ modũ rõnis. i. eo modo, quo rẽ prędicať de eo cui⁹ eſt ratio, ſiue totaliter, ſiue partialiter. Vnde primò mõ albũ prædicatur de Socrate & Platone ſcd̃m nomen & rõnẽ: qm̃ non ſola vox albi dr̃ de eis, ſed etiã diſgregatiuum viſus. Secũdò aũt modo albũ non dr̃ de hoĩe ſcd̃m rõnẽ: qm̃ diſgregatiuũ viſus non dr̃ de hoĩe vt ei⁹ rõ, aut pars rõnis. Et qm̃ ſermones tãti Philoſophi formaľr ſunt ſumendi: ideo ſimpl'r loquẽdo illud tm̃ prædicatur rõne, cuius ratio eſt ſubiecti rõ. Et conſequẽter, cũ in diffinitiõe vniuocorũ dr̃ q̃ ſunt illa, quorũ nomẽ eſt cõe & ratio eadem intelligendum eſt formaľr rõ inquantũ ratio ſeu per modum rationis: & ſic cõtinet etiam vniuoca eſſentialiter tm̃, & in idẽ redit cũ ſupradictis: ſed hoc erat addendum ad plenitudinem doctrinæ.

Præ dicari ſecũdũ rõnem bifariam.

Omnis autem ſubſtantia videtur hoc aliquid ſignificare. In primis igitur ſubſtantijs indubitabile & verum eſt, q̃ hoc aliq̃d ſignificant: indiuiduum enim vnum numero eſt quod ſignificatur. In ſecundis verò ſubſtantijs videtur quidem ſimiliter appellationis figura hoc aliquid ſignificare, quãdo quis dixerit hominem, vel animal, non tamen verum eſt, ſed magis quale aliquid ſignificãt: neq; enim vnum eſt quod ſubiectum eſt, quemadmodum prima ſubſtantia: ſed de multis homo dicitur & animal. Non autem ſimpliciter quale quid ſignificat, quemadmodum album (nihil em̃ aliud album ſignificat quàm qualitatem.) Genus autem & ſpecies circa ſubſtantiam

Attributũ ſubſtãtiæ.

r. ď Aĩa. Tex. 6.

qualitatem determinant: qualẽ enim quãdam ſubſtantiã ſignificant: plus aũt in gñe q̃ in ſpecie determinatio fit: dicens enim animal plus complectitur q̃ qui hominẽ.

Hic ponit tertia ꝓprietas ſubſtantiæ, circa quã ſic ꝓcedit: primò narrat, qd prima facie videat dicendum, dicẽs, q̃ vr̃ oĩs ſubſtantia ſignificare hoc aliq̃d, & declarat cãm huius apparentiæ inducẽdo vtrãq;, ſubſtãtiã. ſ. primã & ſecundã, & ait, q̃ ĩ primis ſubſtãtijs hoc adeo apparet, quod eſt indubitabile & verũ, vt indubitabile referať ad clarã apparẽtiã, & verũ ad exiſtentiã: dubitatio em̃ cõſurgit ex aliqua occultatione, & veritas ab eo qđ res eſt, vt infra diceť: & ſubdit cãm indubitabilitatis huius & veritatis: q̃a. ſ. quod ſigñatur noĩe primæ ſubſtãtiæ, eſt indiuiduũ & vnũ numero, vt ſic formetur rõ: omne ſignificãs indiuiduũ & vnũ numero ſigñat hoc aliquid: prima ſubſtãtia ſigñat indiuiduũ & vnũ numero: ergo prima ſubſtãtia ſignificat hoc aliquid: in ſecũdis verò ſubſtantijs cauſa apparentiæ huius ꝓprietatis eſt appellationis figura. i. ſimilitudo cũ noĩe primæ ſubſtãtiæ, quæ ſi militudo cõſiſtit in hoc: q̃ ſicut nomẽ primæ ſubſtãtiæ ſolitariè, platũ ſuũ ſigñatũ ꝑ ſe exiſtens, & ab alijs ſeparatum indicat, ita qm̃ abſolutè dr̃ homo, aut aĩal propriũ ſigñatũ per ſe exiſtens, & ab alijs ſeparatũ inſinuare vr̃: & magis oſtẽdit cooperatio ſecundarũ ſubſtantiarũ loco primarũ, cũ volentes de ſubſtãtialibus hoĩm ſingulariũ loqui, attribuimus ea homini tanq̃ cuidam rei ſeorſum ab his, vt diffinitionũ, & demõſtrationũ exercitium oſtendere vr̃. Deinde cum ſubdit. (Non tm̃ verũ eſt) declarat ſupradictæ apparẽtiæ inuentæ in ſecũdis ſubſtãtijs nõ ſubeſſe veritatẽ rei & dicit, nõ eſſe verũ ſecundas ſubſtãtias ſigñare hoc aliquid, licet videať ſic: ſed ſignificãt quale aliq̃d: & ꝓbat vtrũq;: & primò partẽ negatiuã. ſ. q̃ ſcd̃a ſubſtantia nõ ſigñat hoc aliquid, vtendo eodẽ medio negatiuè, & bene (qm̃ ſi affirmatio eſt cã affirmationis negatio erit cã negatiõis) & dicit, neq; em̃ vnũ eſt quod ſubiectũ eſt. ſ. ſignificationi ſcd̃æ ſubſtãtiæ. i. ſignificatũ ꝑ illã: quẽadmodũ prima ſubſtãtia. Addidit aũt hãc particulã, qm̃ ſignificatũ ꝑ ſecundã ſubſtantiã cõtingit eſſe nedũ vnũ, ſed vnũ etiã indiuiſibile formaliter, vt patet de ſpẽ ſpecialiſſima: ſignificans aũt hoc aliq̃d: oportet q̃ ſignificet vnum numero: & hoc circũloquit' ly quẽadmodũ prima ſubſtãtia: vt formeť ſic ratio, omne ſignificãs hoc ſignificat vnũ numero: ſecũda ſubſtantia non ſignificat vnũ numero: ergo &c. Secũdò ꝓbat partẽ affirmatiuam, q̃. ſ. ſignificet quale aliquid, ſubdens: ſed de pluribus homo dr̃, & animal: vt formetur ſic ratio, ſubſtãtia ſignificans id, quod dr̃ de pluribus ſignificat quale aliquid: ſecũda ſubſtãtia eſt hmõi. ergo &c. Deinde cũ ſubdit. (Non aũt ſimpliciter) declarat quo ſenſu dixerit, ſubſtantiã ſecũdam ſignificare quale quid: quale enim dicitur dupliciter, vno modo ſimpl'r: & ſic

r. Poſte. t. cõ. 30.

& sic est speciale prædicamentũ quod ideo simpliciter quale dr̃, quia scd̃m essentiã qualitas est, & iuxta hũc sensum non est dictũ, ꝙ secũda substãtia significet quale qd, qa non signãt quale qd, quẽadmodũ albũ signãt quale simpliciter, qm̃ albũ nihil aliud significat q̃ qualitatẽ. i. qm̃ significatũ albi nihil aliud est scd̃m essentiã q̃ qualitas, quæ est passio substãtiũ: genus aũt & spẽs. i. scd̃æ substãtiæ, circa substantiã qualitatẽ determinant, qm̃ significant nõ quale absolutè, sed qualẽ quandã substantiã. Et hic est secũdus modus, quo dicit quale. ſ. scd̃m quid, seu cum additione: secundę ergo substãtiæ non significãt quale simpliciter, sed quale substantiæ. Et qm̃ dixerat indistinctè ꝙ genera & species qualitatẽ circa substantiã determinant: & hoc non cõuenit eis vniformiter: ideo subdit declarando hãc difformitatẽ, ꝙ in gñe fit plus extensiuè determinatio q̃ in specie: qm̃ plura cõplectit q̃ homo: hæc est series literæ superficietenꝰ tactæ. Ad interiorẽ aũt sensum procedẽdo, oportet terminos declarare. Hoc aliquid, cõpositũ, eũ sit ex ly hoc, importat quoddã demonstrabile: tale autẽ oportet esse aliquod particulare: vniuersalia em̃ nõ pñt sensu, aut digito, aut quouis modo mõstrari: & ly aliquid, importat substãtiam: sicut em̃ aliquantũ notat quãtitatẽ, & aliquale qualitatẽ, ita aliqd substãtiã. Vnde hoc aliqd nihil aliud est q̃ substantia particularis seu demõstrabilis: & qm̃ omne nomẽ primæ substantiæ significat substantiã aliquã particularẽ, vt sortẽ, Platonẽ hũc lapidẽ, hũc ignẽ &c. ideo indubiè verũ est, oĩ primæ substãtiæ cõuenit significare hoc aliqd. Sed occurrit hic dubitatiuncula circa rationẽ ad hoc adductã in textu: qa. ſ. indiuiduũ & vnũ numero est qd̃ significatur: qm̃ id quod signãt ly hoc albũ, seu ly hæc albedo, aut hæc linea, est indiuiduũ & vnum numero: & tñ nõ est hoc aliquid: & sic maior rõnis formatæ superius ruere vĩ. Ad hoc dr̃, ꝙ quia semper subintelligit in sermonibus materia subiecta, de qua est sermo: & superflua cẽset eius replicatio: ideo nũc, cũ de substãtia sermo sit, subintelligit substãtia: & est sensus, ꝙ id, qd̃ significat nomine primæ substãtiæ: est substãtia indiuidua, & vna numero: & ꝓpterea est hoc aliqd. Addidit aũ tẽ post ly indiuiduũ (ly vnum numero) aut quia differũt rõne: qm̃ indiuiduũ dr̃ ex priuatiõe diuisibilitatis in inferiora: vnũ aũt numero per positionẽ vnitatis materialis. Aut quia indiuiduũ cõe nomẽ est etiã spẽi specialissimæ, quæ atoma. i. indiuisibilis dr̃: & per ly vnũ numero cõtrahit ad particulare: spẽs em̃ atoma vt homo, vnũ numero non est, sed sortes est & indiuiduum & vnũ numero.

Hoc aliqd, significat substãtiã particularẽ.

Quale aliquid, seu, quod idem est, quale quid multipliciter exponitur. Ab Auic. siquidẽ, & Alberto. cõpositũ dicitur ex quali, de quo dixit Porphyrius, ꝙ dr̃ia prædicatur in quale: & qd, de quo etiã idẽ dixit, ꝙ tam genus q̃ species prædicat in quid: ita ꝙ secundæ substantiæ significant quale quid: quia importãt quidditatẽ importatã per genus, & qualitatẽ importatã per dr̃iam. v.g. homo significat quale quid, qa significat animal rõnale: animal enim est quid, & rationale est quale: & similiter est in alijs secũdis substantijs. Et si instet contra quia scd̃m hoc genus generalissimũ substantiæ non est secunda substãtia: qm̃ non significat quale quid, sed quid tantũ, qm̃ genus generalissimũ nullã dr̃iam includit. Respõdent ꝙ genera lissimũ, & si nõ dicat quale in actu, dicit tñ quale in potẽtia. Vnde propriè loquẽdo deberet dici de ipso ꝙ significat quid qualificabile. Et si aliter instetur, ꝙ scd̃m hãc doctrinam, significare quale quid non erit propriũ secundarũ substantiarum, sed cõe etiã alijs. Tum qa hoc cõuenit oĩbus speciebus cæterorũ prædicamentorũ: oẽs em̃ spẽs cõponuntur ex genere & differentia: & consequenter ex quid & quali tali modo sumptis: albedo em̃ significando colorẽ disgregatiuũ significabit qd ratione coloris, & quale rõne disgregatiui. Tum quia prima substãtia etiam significabit quale qd: qm̃ actu & intellectu includit in se generis quid: & differentię quale, sortes enim significat animal rationale hoc: & sic significare hoc aliquid, & quale quid non opponunt. Respondetur, & ad primã instantiam dr̃, ꝙ quia in alijs prædicamentis non inuenit quid scd̃m rem, sed tantũ scd̃m modum: ideo simpliciter loquendo, sola secũda substantia significat quale quid. Sed ista responsio recedit à fundamentis proprijs: secundũ enim hãc respõsionem, quale quid nõ est compositum ex quid, de quo dictũ est: ꝙ genus dicitur in quid, sed ex quid scd̃m rẽ. i. substantia. Et præterea, si ea rõne quale quid non significat ab aliorũ prædicamentorũ speciebus, qa in eis nõ inuenit qd simpl̃r, pari rõne, nec spẽs prędicamenti substãtiæ significabunt quale quid: qm̃ in prædicamento substãtiæ nõ inuenit quale simpliciter, sed scd̃m modũ tãtũ. Ad horũ primũ dr̃, ꝙ responsio super ꝓpria fundamẽta ædificata est: qm̃ quid scd̃m modũ, deriuatur ad qd scd̃m rẽ: vnde oĩa quæ prædicant in quid, inquantũ hmõi, participãt modũ substãtię: & propterea dicendo, ꝙ quale quid cõpositũ est à quid secundũ ꝙ genus prædicatur in quid, non excluſum est quin sit cõpositũ à qd scd̃m rẽ, imò implicitè hoc dictũ, qm̃ quod sumitur à secundario, sumit etiã à principali. Quale qd ergo est cõpositũ ex qd, & scd̃m modũ & scd̃m rẽ: ex quali aũt scd̃m modũ tm̃. Ad id aũt, qd̃ cõtra hoc obijcit secũdo loco dr̃, ꝙ in textu expresse declarat: ꝙ hic nõ sumitur quale simpliciter: & ideò nõ est æqua ratio de qd & quali: quia qd æmpliciter relictum est: quale autẽ declaratũ est non sumi simpliciter: dixit enim Aristo. ꝙ secunda substantia non significat quale qnemadmodum albũ quod significat id quod nihil aliud est quàm qualitas.

Vide cõtrariũ ca. 3. libr. 1. Topi.

Nil aliud est, q̃ quale : legit cod. Græcus,

Ad secundã verò instantiã principalẽ dr̃, ꝙ propriũ est secundarũ substantiarũ signãre quale qd purè, primæ aũt substãtiæ significant quale qd cõiunctũ cũ cõditionibus indiuidualibꝰ: & sic saluat oppositio inter quale quid & hoc aliquid. Hanc expositionem & si ob reuerentiã talium virorum defenderim: non tñ sequor, quia nec mentem, nec textũ Arist. penetrare videtur: vt ex sequẽti expositione posita à S. Th. in. 7. & 10. Metaphy. & quo ad aliquid clarius expressã in tractatu de natura generis (sibi attributo) patebit. Sciẽdũ est igitur, quod, cum inter Platonẽ & Aristotelẽ fuerit dissensio de subsistentia specierũ, Platone vltra has, quas cernimus particulares substantias ponente quasdã alias substãtias ꝑ se subsistentes, quas nos species vocamꝰ: dicebat siquidẽ inueniri vltra sortẽ & Platonẽ & cæteros hoies, hoĩem seperatũ ꝑ se subsistentem, & similiter de equis, & leonibus &c. Aristotele verò asserente, ꝙ vltra hos hoies nõ inuenitur homo, & vltra hos equos non inuenit equus &c. Ex hac diuersitate opinionũ de rebus, orta videt diuersitas opinionũ de nominũ significatione, nisi forte à posteriori processus factꝰ fuerit: ex eo nãq; ꝙ apud Platonẽ, homo est res: vna numero per se subsistens in rerũ natura, sequit ꝙ homo significet hoc aliquid: signãre enim hoc aliquid (vt in textu dr̃) est significare aliquod indiuiduũ vnũ numero, nec refert an illud sit materiale, sicut sortes, an immateriale, sicut homo Platonicus. Ex eo autem ꝙ apud Aristotelẽ homo nõ est aliqd in rerũ natura, præter istos hoies, sequit, ꝙ homo non significet hoc aliqd: vñ huius rõnẽ assignãdo dixit, neq; em̃ vnũ est quod subiectũ est. & qm̃ radix ista Metaphysicalis potius est: artifex scientiarũ Aristoteles ex ꝓprijs dialecticã conficiens causam deceptiõis (figurã appellationis) dixit, ex eo ꝙ separatim, platũ ly homo, seu ly aĩal, substantiã quandã & vnã numero significare, sicut cùm dr̃ ly sortes apparet: & apud Platonicos locũ habet hæc apparẽtia: ꝙ etiã homo significet hoc aliqd. Cũ em̃ notia sunt signa intellectuũ (vt in principio Perihermenias dr̃) sicut occasio errãdi Platoni fuit separatio conceptuũ (credidit em̃ ea esse separata scd̃m rẽ, quæ scd̃m cõceptꝰ abstrahunt ab alijs) ita occasio quoq; errãdi fuisse vr̃, similitudo appellatiõis (vt Arist. etiã in. 1. Posteriorũ innuit) loqmur nãq; de hoĩe tanq̃ de vno quodã diffiniẽdo, demõstrando, ꝙ sicut dicimꝰ ꝙ currit, ꝙ morit̃ &c. Contra Platonẽ est sermo iste dicens, ꝙ secunda substãtia nõ signãt hoc aliqd, & similiter sermo affirmatiuus dicens, sed signãt quale qd. Ad cuius euidentiã recolendũ est, ꝙ hic loquimur de substãtia secũda formaliter, & nõ materialiter: tractare nãq; de scda substãtia materialiter nõ est tractare de scda substãtia, sed de quod quid erat esse: quod est fundamẽtũ proximũ secũdæ substãtiæ: hoc aũt est Metaphysici: tractare verò de substãtia secũda formaliter, est ꝓpriè tractare de ipsa: qm̃ vnũquodq; tũc propriè cognoscit, cũ formaliter docetur: secũda aũt substãtia formaliter (vt superius dictum fuit) substantiã indutã intentionem secundã, puta vniuersalitatẽ importat. Vnde & superius Aristoteles posuit proprietatẽ secundæ substantiæ dici de subiecto, quod cõstat esse de genere secundarũ intentionum: & quia logici est tradere intentiones secundas: ideo hoc in loco de substãtia secũda formaliter loquitur Aristoteles. Hoc autẽ stante, sciendũ vlterius est, ꝙ, cũ substãtia fiat secũda per operationẽ intellectꝰ, qua abstrahitur ab hoc & ab illo, & accipiendo quandam vnitatem rõnis, qua est vna in multis, & de multis, à quibus abstracta est: & omne illud, quod fit per actum intellectus circa substantiã, sit accidens: qm̃ accidit ei & ipsam denominat: & quale cõe vocabulũ sit ad omne accidens, vt patet ex diffinitione accidẽtis: qua dr̃ ꝙ prædicatur in quale, cõsequẽs est ꝙ substãtia, cum fit secũda, transit in accidentis & qualitatis ferè naturã: non amittẽdo naturam propriã substantialitatis, sed induendo accidentis seu qualitatis actum: accipit em̃ vt dictum est rõnem vniformis, & sic quale aliquid fit: & ꝓpterea dicitur, ꝙ signãt quale quid: quia qualitatem, id est vniformitatẽ, qua est vna in multis, & de multis, circa substantiã quandã: id est substãtias particulares determinat: & huic sensui promptissimè consentiunt omnia sequentia & antecedentia. Et vt sigillatim videatur ratio in textu probans, ꝙ substantia secunda significet quale quid, expressè hoc sonat: ait enim: qm̃ de pluribꝰ homo dicitur aĩal: vbi clara luce vides, ex dici de multis, probasse in substantia qualitatem. Sensus deinde excluſus, iuxta hãc expositionẽ, maximè excludẽdus erat: ex eo nãq; ꝙ Aristoteles signãtũ scd̃arũ substantiarũ nõ hoc aliquid, sed aliqd quale. i. vniforme per actũ animæ dixerat: & non esse hoc aliquid accidẽtis propriũ esse videat̃, qm̃ substantia aliquid per se subsistens sonat, poterat apparẽter inferri, ergo secundæ substãtiæ apud te significãt qualitatem, & consequenter non sunt reponendę in prædicamẽto substãtiæ: & ideo elegãter excludit hoc dicẽs, ꝙ non significant qualitatẽ simpliciter, quẽadmodum albũ, sed determinãt qualitatem circa substantiam: album enim significat albedinem, quæ est ita qualitas, ꝙ non est substantia, nec substantiæ intrinseca: & sic nihil aliud est q̃ qualitas, secundæ aũt substantiæ significãt qualitatẽ. i. vniformitatẽ substantialẽ ipsarũ primarũ substantiarũ, quæ principaliter & propriè substãtiæ sunt, & ideo non significant qualitatẽ simpl̃r, i. quodcũq; extraneũ à prima substantia, sed ipsarũ primarũ substantiarũ essentialẽ qualitatem determinant: acsi diceret, ꝙ non esse hoc aliquid propriũ nõ est accidentis, sed cõe accidẽti: & prædicatis cõibus, quæ sunt secundæ substãtiæ: & licet habeant hoc cõe substãtiæ secundæ cũ accidentibꝰ, differũt tñ ab eis in hoc: ꝙ secũdæ substãtiæ significant ipsas essentias substãtiarũ cõiter: accidẽtia aũt signãnt naturã extraneã à substãtia. Vltima quoq; verba. ſ. plus aũt in genere q̃ in spẽ determinatio fit: huic soli expõni consona videntur: ex eo em̃ ꝙ tam genus q̃ spẽs qualitatẽ. i. vniformitatẽ circa primas substantias determinant, rectè subiunctũ

Ca. 1. capitel etiã 4. libr. 2.

T. c. 39.

iunctũ eſt, q̃ pl⁹ ſit iſta determinatio vniformitatis ĩ gñe q̃ in ſpẽ: qm̃ genus plura cõplectit. Antecedẽtibus aũt multũ cõſentanea ꝓbat expõ iſta, ex eo q̃ ſic primariè Ariſtotelis intẽtioni ſatisfit: dũ ſic totaliter elidit poſitio Platonica: & adeo vilificant ſpẽs & gña ſubſtãtiæ, quæ nũc vt ſecũdas ſubſtãtias tractam⁹, vt ferè ĩter accidẽtia annumerãda videant: q̃ Plato adeo magnificaſſe viſus eſt.

Secunda ſubſtantia quomodo qualitatem importat, vt conditionem ſine qua non.

SEd eſt hic vnũ dubiũ: quia iuxta hanc expõnẽ ſecunda ſubſtãtia non ſignat quale quid: quia nõ ſignat illam qualitatẽ: tam enim homo q̃ aĩal ſignificat tantũmodo rem naturæ, & non ſignat aggregatũ ex ſubſtantia & illa qualitate. i. vniformitate. Ad hoc dr̃ dupliciter ſecundũ duplicẽ qualitatẽ in iſtis inuentam: in hoĩe ſiquidẽ, aut anima li abſtracto per opus intellect⁹, põt cõſiderari duplex vniformitas. Vna quæ eſt res ſecũdæ intẽtionis quæ fit per actum intellectus, quam ſuprascripta lecturi primò aſpicient. Altera, quæ eſt res primæ intentionis, & eſt fundamentũ illius dictæ: & hæc nihil aliud eſt q̃ eſſentialis indiuiduorũ vniformitas. i. natura ipſa, in qua eſſentialiter indiuidua conformanr̃: eſſentialẽ aũt vniformitatẽ dico naturam ipſam hoĩs vel animalis nõ abſolutè, ſed vt aſſiſtentẽ habet intentionẽ intellectus (vt cõditionẽ ſine qua non) ſicẽm vniformis in multis inuenitur: & propter exactionem huius conditiõis vniformitas ipſa eſſentialis qualitas dicitur: quia ſ. ab opere intellectus quodãmodo fit: qm̃ ſine cõditione illa, quæ per opus intellectus fit actu non inuenitur, ſi ergo ratio in oppoſitũ loquit̃ de qualitate illa accidentali dr̃, q̃ cadit ſub ſignificatione ſecundæ ſubſtãtiæ, non vt res ſignificata, aut eius pars, ſed vt conditio rei ſignificatę nõ ſolum ſine qua nõn, ſed etiam per quã ſubſtantia eſt ſecũda: homo ẽm, & ſi nõ ſignificet niſi humanam eſſentiã, non tñ ſignificatillã, niſi vniuerſalr̃ conceptã: & per hoc habet qđ ſecũda ſubſtãtia ſit, & ſub Logica cõſideratione cadat, vt dictũ eſt: ſic aũt ſignificare illã qualitatẽ accidẽtalẽ. ſ. vt cõditionẽ, ſuffi cit ad verificandũ q̃ ſubſtãtia ſecunda ſignificet quale: & ideo argumẽtũ nihil obſtat. Si aũt volumus loqui de qualitate eſſentiali, ſic negat̃ q̃ ſit ſecunda intẽtio, ſed eſt res naturæ: & cadit ſub ſignificatione ſecundarũ ſubſtantiarũ, vt res ſignãta: & hoc opus eſt, vt ante oculos ſupradicta legẽtis ꝓponatur, ſicut & prima: vt ipſius primæ ſubſtrata: & cõſideret ſemper vt illã primã aſſiſtentẽ habet aliter ꝓpoſito logico nõ ſubeſſet: vtraq; ſiquidẽ harũ reſpõſionũ bona & neceſſaria eſt, & prima tractatui illi de natura gñris cõſona, ſcda verò verbis. S. Tho. in. 7. & 10. Metaphy. innititur & c.

Vide lib. de lõgitudine vit. cap. 1.

Ineſt autem ſubſtãtijs etiã nihil illis eſſe cõtrariũ. Primæ ẽm ſubſtãtiæ quid erit cõtrariũ? vt cuidã homini nihil eſt cõtrariũ: at verò nec homini, nec aĩali aliquid eſt cõtrarium. Non eſt autem hoc ſubſtãtiæ proprium: ſed & etiam multorũ aliorũ, vt quãtitati: bicubito enim nihil eſt contrariũ, at verò nec decem, nec alicui taliũ. Niſi fortè quis multa paucis dicat eſſe contrariũ, vel magnum paruo, determinatorum verò quantorum nullum nulli eſt contrariũ.

Hic ponitur quarta proprietas ſubſtantiæ conueniens oĩ ſubſtantiæ, ſed non ſoli. ſ. carere cõtrario: vbi duo facit, primò ipſam proprietatẽ ponit dicens, q̃ ineſt & ſubſtãtijs nihil eſſe illis cõtrariũ: & inductiuè declarat in primis & ſecũdis ſubſtantijs, vt patet. Secũdò oſtendit hoc non eſſe ita propriũ ſubſtantiæ, q̃ conueniat ſibi ſoli, qm̃ conuenit etiã quãtitati: vbi duo facit, q̃a primò oſtẽdit, q̃ quantitati etiã conuenit non habere contrariũ per hoc q̃ nec ſpẽbus quãtitatis cõtinuę, puta bicubito & tricubito: nec ſpẽbus quãtitatis diſcretę: puta decẽ, octo & alijs & hmõi aliquid cõtrariat̃. Secundò oſtendit hoc nõ eſſe certũ vniuerſalr̃ de quãtitate: q̃. ſ. omne quãtũ careat cõtrario, qm̃ aliqs fortè dicet quo ad quãtitatẽ diſcretã, q̃ multis cõtrarianr̃ pauca: & quo ad quãtitatẽ cõtinuã, q̃ magno cõtrariat̃ paruũ: ſed q̃cq̃d ſit đ hoc, ꝓ nũc nõ eſt curæ: ſufficit ẽm præſenti intentioni, q̃ alicui quantitati hoc cõueniat. Et ꝓpterea hoc certificans Ariſtoteles ſubdit: determinatarũ quantitatũ, ad certã ſui gñis ſpẽm: nullam alteri eſſe contrariã. Vbi inſinuat dupliciter ſumi quantitatem: quædã enim importãt quãtitatẽ certã, vt bicubitum, tricubitum, decẽm, centũ, mille & c. Quædã autem important quantitatẽ incertã, ſeu indeterminatam, vt magnum paruũ, multũ & paucum: à dicentibus enim aliquid horũ intelligitur quidẽ aliquã quantitatẽ eſſe, ſed non determinatur quãta ſit & c. certas ergo & determinatas quantitates conſtat non habere contrariũ: inquit Ariſtote. quicquid de indeterminatis dici contingat.

Subſtantiæ nudæ acceptæ nulla eſt ſubſtantia contraria, niſi ratione qualitatum.

HOc in loco ſunt duæ dubitationes, prima eſt an ſubſtantia habeat contrariũ: ſecunda, an magno ſit cõtrariũ paruũ. Sed qm̃ hæc in ſequẽti capſo ab ipſo tractabitur Ariſto. & prima Logici negotij limites exit, ſæpeq; tractat̃ in Phyſicis & Metaphyſicis, vtraq; omittẽda eſt, nouitiũ tñ terminos inſtruendũ vt decet cenſeo: ſubſtãtiæ noĩe hoc in loco non oĩs res, quæ accidẽs nõ eſt intelligit̃, ſed prima tm̃: & ſecũda ſubſtãtia: quod ex eo patet, q̃ Ariſt. probãs vſum inductiuè, harũ tantũ meminit: & nullã aliã ſuperiùs ſubſtantiã poſuit. Vnde huic ꝓpoſito nõ obſtat ſi formæ ſubſtãtiales, aut differẽtiæ ſint cõtrariæ: licet nihil horũ ſit ſubſtãtia. Rurſus tã prima q̃ ſecũda põt dupliciter ſumi. Vno mõ ſecundũ ſeipſam, alio mõ ſecundum ſua accidẽtia: ſi cõſideret ſubſtãtia vt veſtita eſt accidentia ſua, puta calorẽ vel frigus & c. & ſic non ſumit̃ hic: ſic enim vna ſubſtãtia eſt cõtraria alteri rõne ſuarum qualitatũ: & ſecundũ hoc in ſecũdo de gñatione dr̃, q̃ ignis eſt cõtrarius aquæ. Subſtãtia aũt in ſua nuditate cõſiderata ab intellectu (licet nunq̃ nuda inueniatur in rerũ natura) omni caret cõtrario: & ſic ſumitur hic, contrarietas autẽ, à qua cõtrarij nomen deriuatur, dupliciter ſumi põt. Vno modo cõiter, & ſic diffinit̃ in. 10. Metaphy. q̃ eſt perfecta differentia: & ſic non ſumit̃ hic, qm̃ hæc inuenitur in omni genere, vt ibidẽ dicitur, & in. 1. Phyſic. Alio modo ſumitur ꝓpriè: & ſic nihil aliud eſt q̃ maxima diſtantia ſub vno gñre eorũ, quæ nata ſunt ab eodẽ ſuſceptibili ſe cõtinuè expellere: qualis eſt inter calidũ & frigidũ, album & nigrũ: & de hac eſt hic ſermo, cum dr̃, ſubſtãtiæ nihil eẽ cõtrariũ: duæ eñ ſubſtãtiæ, & ſi ĩ eo dẽ gñe maximè diſtãtes ſint, puta homo & imperfectiſſimũ cõchyliũ in gñe aĩalis, non tñ circa vnũ aliqđ nata ſunt ſuſcipi, qm̃ in nullo ſuſcipi pñt: cõe eſt eñ oĩ ſubſtãtiæ in ſubiecto nõ eſſe, & cõſequẽter oẽs aliæ cõditiões deſunt. Vocaui aũt contraria primo mõ cõiter, & ſcdo ꝓpriè: qm̃ noĩbus eſt vtẽdũ vt plures. * Siquis eñ rectè cõſideret cõtrarietatẽ eſſe terminũ Metaphyſicalẽ, primo modo proprijſsimè cõtrarietas apparebit: vñ & mihi magis placet illam vocare cõtrarietatẽ Metaphyſicã, hãc verò Phyſicam: rõnabiliter tñ loquentiũ vſus obtinuit, vt Phyſica cõtrarietas vocaret̃ ſimplr̃ cõtrarietas, & nõ alia, quia ipſum cõtrarij nomẽ ab ipſo contra aliud proceſſu ſumptũ vr̃ & c.

*Vtinqt Met. c. 6. lib. 1. Topi.

Quia ſpecies in indiuiſibili cõſiſtunt 8. Meta. cad. 3.

Videtur autẽ ſubſtãtia non ſuſcipere magis & minus. Dico aũt, nõ q̃ ſubſtantia nõ ſit magis & minus à ſubſtantia: hoc eñ dictũ eſt, q̃ eſt, ſed q̃ vnaquæq; ſubſtãtia hoc ipſum quod eſt, non dicitur magis & minus: vt ſi eſt eadẽ ſubſtantia homo, nõ erit magis, & minus homo: neq; ipſe à ſeipſo, neq; alter altero: non eſt enim alter altero magis homo: ſicut eſt album alterũ altero magis & minus albũ: & bonũ alterũ altero magis, & minus bonũ: ſed & ipſum ſeipſo magis & minus dicitur: vt corpus cũ ſit album, magis nunc albũ eſſe dicitur q̃ prius: & cũ calidũ ſit, magis & minus calidũ dicitur: ſubſtãtia verò nõ dr̃ magis neq; min⁹: nihil eñ homo magis nũc homo q̃ prius: nec aliorũ q̃cq̃, quę ſubſtãtię ſunt: quapropter non recipit ſubſtãtia magis & minus.

Hic ponitur quinta proprietas ſubſtantiæ conueniens quoq; omni ſubſtãtiæ, ſed non ſoli. ſ. non ſuſcipere magis & minus: & tria facit ꝓpoſita ipſa ꝓprietate: quia primò excludit ſenſum falſum: ſecũdò declarat ſenſum intentũ, ibi. (Sed qm̃ vna quæq;.) tertiò ipſum intentũ ſenſum veritatẽ habere manifeſtat ibi (vt ſi eſt hæc ſubſtantia.) Ad-

A uertendum eſt enim, q̃ quia ſuſcipere magis & minus nihil aliud eſt, vt Logicè loquamur, q̃ prædicari cum ly magis, & ly minus: cũ dicit̃ ſubſtantiam nõ ſuſcipere magis & minus, põt habere duplicem ſenſum. Vnus eſt q̃ ly ſubſtantia nõ prædicet̃ cum magis & minus, & hunc ſenſum ſtatim excludit Ariſto. qm̃ ſuperius dictũ eſt oppoſitũ, qñ declaratũ fuit, q̃ ſpẽs eſt magis ſubſtãtia q̃ genus, & qm̃ dictũ fuit, q̃ prima ſubſtãtia eſt maximè ſubſtantia: vnde dicit, dico aũt hoc. ſ. ſubſtãtiã nõ ſuſcipere magis & minus, nõ q̃ ſubſtãtia vna, puta ſpecies nõ ſit magis & minus ſubſtãtia à ſubſtantia. i. q̃ altera ſubſtãtia, puta genere, quod eſt magis ſubſtãtia: & prima ſubſtãtia, qua eſt min⁹ ſubſtãtia. Secũdus aũt ſenſus eſt, q̃ id, quod dicit̃, ſeu quodãmodo denoĩatur ſubſtãtia, vt hõ, bos, leo, non dicit̃ cum magis & min⁹, & hic eſt ſenſus intentus: vnde ſubdit, ſed qm̃ vnaquæq; ſubſtantia, vt puta hõ, bos, hoc ipſum quod eſt. i. ſecundũ id quod ſuo ꝓprio noĩe ſignãt. (id eñ eſt id quod eſt vnũquodq;, quod eius ꝓprio noĩe denotat̃.) nõ dicit̃ magis & minus: declarando deinde hoc inſinuat dupliciter inueniri & cognoſci ſuſceptionẽ magis & minus: nec eſt poſsibile inueniri tertio modo. Primus ergo modus eſt, qñ idẽ nũc minus, nũc magis tale eſt. Secũdus eſt, qñ alterũ eſt magis aut minus tale altero: oportet enim magis & minus, vel in vno tantũ reſpectu. ſ. ſuijpſius: vel in multis inueniri: & ſi in vno, cũ hoc nõ poſsit eſſe in eodẽ tẽpore, q̃a implicat eſt primus modus, ſi in pluribus eſt ſecũdus. Quod ergo neutro iſtorũ modorũ magis & minus habet, nõ ſuſcipere magis & minus, cõprobatur: vt formet̃ ratio ſic, omne ſuſcipiẽs magis & min⁹ aut ipſum à ſeipſo, aut in altero reſpectu alterius dicitur magis & minus: nulla ſubſtantia eſt huiuſmodi, ergo nulla ſubſtantia ſuſcipit magis & minus: cuius rõnis maiorẽ Ariſtoteles primò ponit inferẽdo eam declarationi minoris dicens: vt ſi hæc ſubſtãtia, puta ſortes, ſit hõ, non eſt ipſe ſortes à ſe ipſo nũc minus, nũc magis hõ: nõ eñ eſt minus homo ſortes puer q̃ iuuenis, licet ſit minor homo, nec alter ab altero: non enim ſortes eſt magis homo Platone: vbi patet & maiori, & aliqualiter minor: deinde inductiuè & exẽplo ab oppoſito declarat minorẽ ſecũdùm vtrãq; partẽ: & primò ſecundam dicens, non enim eſt alter altero magis homo: ſicut albũ eſt altero albo magis albũ. Deinde declarat primã partẽ inchoans ab exẽplo ab oppoſito dicẽs, ſed ipm albũ magis & min⁹ albũ à ſeipſo: corpus eñ prius albũ modo eſt magis albũ ſubſtãtia nõ ſic &c. Cõtra hãc ꝓprietatẽ tres inſtãtiæ ſunt: prima de elemẽtis: qm̃ Auer. (in. 3. Cœli.) dicit ea ſuſcipere magis & minus. Secũda de anima intellectiua: qm̃ S. Tho. (in. 2. ſentẽ.) & in prima ꝑte dicit nõ eẽ q̃ualis pfectiõis ſcdm ſubſtantiã in oĩbus hominibus. Tertia de gñibus ſubſtãtiæ: qm̃ S. Tho. in prima parte. q. 93. ar. 3. ad tertiũ. vr̃ illa excipere ab hac ꝓprietate: & exp̃ſſe dicit, q̃ intelligit̃ de ſpeciebus.

Res naturæ denominata ſubſtãtia nõ dr̃ magis & minus.

Cõ. 67. l. 1. q. 85 arg. 7. 2. ſent. diſt. 32. q. 2. ar. 3. 1. q. 93. a. ad tertium.

Sed

Sed qm̃ diſcutere hæc altioris negotij eſt, ſufficiat nunc attentos reddidiſſe, & inſtructos, q̃ Auer. ſecundũ illam poſitionem ſuſtinendus non eſt: expreſſe ſiquidem Ariſtoteli cõtradicit concludẽti, q̃ neq; homo, neque quicquid aliud dicitur ſubſtantia, ſuſcipit magis & minus, idẽ iudicium de vna & oĩbus faciendo. Animã verò intellectiuam perfectiorẽ ĩ vno q̃ in alio eſſe, huic nõ obſtat propoſito. Tum quia vt dr̃ hoc non ſufficit ad ſuſcipere magis & minus. Tum quia ſubſtãtię noĩe nõ intelligitur hic niſi ſubſtãtia prima vel ſecũda, vt iam dictũ eſt: anima autẽ nec eſt ſubſtãtia prima, nec ſecũda, ſed principiũ vtriuſq;. De generib⁹ autem ſic dicendũ eſt, q̃ ſuſcipere magis & minus, realiter loquẽdo, põt intelligi dupl̃r. Vno modo pro eo q̃ eſt eſſe p̃fectius & imperfectius, & hoc modo oẽ genus cuiuſq; prædicamẽti ſuſcipit magis & minus: qm̃ ſpecies rerũ ſunt ſicut numeri, ita q̃ oportet vnã eſſe perfectiorẽ, & alterã minus perfectã: nõ ideò ſolũ quia dr̃ia cõſtitutiua vnius eſt perfectior dr̃ia cõſtitutiua alteri⁹, ſed quia etiã natura ipſius generis perfectiori mõ ſeruat̃ in nobiliori ſpẽ q̃ in minus nobili, p̃pter quod Auer. in 12. Metaphy. dixit, q̃ genus prædicat̃ per prius & poſterius ſecundũ eſſe: & iuxta hunc ſenſum dixit. S. Tho. quod nõ intelligit̃ ſubſtãtiã non ſuſcipere magis & minus, vt patet ibi. Alio mõ põt intelligi pro eo quod eſt intendi & remitti: ita q̃ rẽ aliq̃ ſuſcipere magis & minus, nihil aliud ſit q̃ intẽdi. i. ſuũ propriũ eſſe profici ſeu augeri: & remitti. i. diminui ſeu minus perfectionis acquirere, & hoc licet dupliciter cõtingat eſſe & cognoſci. ſ. in vno & eodẽ ſucceſſiuè vel in multis (vt dixit Ariſtoteles) ita ſibi vtrũq; modũ vẽdicat q̃ licet de facto alter tm̃ modus inueniret̃ in rerum natura, de poſsibili tñ debet habere vtrunq;: ita q̃ ad hoc q̃ aliqua res ſuſcipiat hoc mõ magis & minus, exigitur & q̃ in pluribus inuentũ in vno perfectius & in altero minus perfectũ eſſe poſsit. Et q̃ in vno & eodẽ ſucceſſiuè perfectiùs fieri poſsit, aliter non poſſet intenſionis & remiſsionis motus ſecundũ illud ſaluari. Et hoc modo ſuſcipere magis & minus non inuenitur in ſubſtãtia neq; in quãtitate, vt hic dicitur: & qm̃ hoc nõ inuenitur niſi q̃a ſpẽs magis participatur ab eodem in vno tẽpore q̃ in alio, vel ab vno indiuiduo magis q̃ ab alio, ideo S. Tho. ibi ſubdit: q̃ cum dicitur ſubſtãtiã non ſuſcipere magis & minus, intelligitur q̃ ſpecies ſubſtãtiæ non nũc magis & poſt minus participatur ab eodem, aut ab vno magis q̃ ab alio. Vt ſic ex primo dicto magis & minus primo modo in ſubſtãtia affirmauerit, ex ſubiunctis verò magis & minus ſecũdo modo ĩ ea negauerit. Et q̃a primo modo largè ſumitur ſuſcipere magis & minus, & ſecundo modo propriè: ideo qñ ſimpliciter profertur, ſicut hoc in loco accidit, ſecũdo mõ intelligẽdum eſt. Et ex hoc etiã patet animã intellectiuam non ſuſcipere magis & min⁹: licet vna ſit alia perfectior. Suſcipienda autem hæc ſunt, ſi reales rerũ

Idẽ Ariſt. li. 3. Metap. 3. Cõmẽ. 2. Magis & minus ſuſcipere.

E p̃prietates intueri voluerimus, q̃is infra Logicę limites, quæ prius diximus amplectenda ſint &c.

Maxime verò ſubſtãtiæ proprium eſſe videtur, q̃ cùm vnum & idem numero ſit, cõtrariorũ ſuſceptiuũ eſſe: quale ĩ alijs quidem nõ habebit quiſquã quod proferatt̃ale: quæcũq; nõ ſunt ſubſtantiæ, q̃, cùm ſit vnum numero, ſuſceptibile cõtrariorũ ſit, velut color, qui eſt vnũ & idẽ numero, nõ dicitur albus & niger: neq; eadẽ actio & vna numero erit praua & ſtudioſa. Similiter aũt & in alijs, quæ ſubſtantiæ non ſunt.

F ſubſtantia enim, cum vnũ & idẽ numero ſit, capax cõtrariorũ eſt, vt homo cũ vnus & idẽ numero ſit aliq̃n quidẽ niger, aliq̃n aũt ſit albus, & calidus & frigidus, & prau⁹ & ſtudioſus: in nullis autẽ alijs aliquid tale videtur. Niſi quis forſitan inſtet, dicẽs orationem & viſum eiuſmodi eſſe: eadẽ enim oratio, & idem viſus verũ vel falſum eſſe videtur: veluti ſi vera ſit oratio, ſedere quẽdam, ſurgẽte eo falſa erit. Similiter autẽ de viſu: ſiquis enim verè putat ſedere aliquẽ, ſurgente eo falſum videtur ei eundẽ habẽ

G te de eo viſum: Sed & ſiquis hoc ſuſcipiat tantũmodo differt: nam ea, quæ in ſubſtantijs ſunt ipſa mutata ſuſceptibilia ſunt contrariorũ: frigidum enim de calido factum mutatum eſt: alteratũ enim factum eſt & nigrum ex albo, & ſtudioſum ex prauo. Similiter autẽ & in alijs vnũquodq; mutationem ſuſcipiens eſt ſuſceptibile contrariorum. Oratio autem & opinio ipſa quidem immobilia oĩno perſeuerantur, cùm verò res mouetur cõtrariũ circa eam fit: oratio nanq; permanet eadẽ eo q̃ ſedet aliquis.

H Cùm verò res remota ſit, aliq̃n quidẽ vera, aliq̃n falſa fit, ſimiliter autẽ & in opinione. Quapropter proprium ſolũmodo ſubſtantiæ eſt, eo q̃ ſecundũ mutationẽ ſuam ſuſceptiua eſt contrariorũ. Siquis autẽ etiã recipiat placitũ & orationẽ dicẽs ſuſceptiua eſſe cõtrariorũ, nõ eſt hoc verum, oratio nanq; & opinio nõ in eo q̃ ipſa aliquid recipiant, cõtrariorũ ſuſceptiua eſſe dicuntur, ſed in eo q̃ circa alterum aliqua paſsio facta ſit. Nam in eo q̃ res eſt vel nõ eſt, in eo etiã oratio vera aut falſa dicitur: non in eo q̃ ipſa

Inſtãtia.

Prima ſolutio.

Altera ſolutio.

Sed occurit hic ſtatim dubiũ: quia iſta differẽtia aſsignata nõ videtur habere veritatẽ: aut em̃ loq̃ris de priuatione & habitu in ordine ad ſubiectũ abſolutè, aut in ordine ad gñrationẽ eorũ in ſubiecto: ſi primo modo, de omni priuatione & habitu verificatur q̃ ſubiectũ nõ æqualiter reſpicit vtrũq; q̃m ad habitũ ordinat̃ per ſe, ſicut perfectibile ad propriã perfectionẽ: ad priuationẽ verò nõ niſi per accidẽs: qa. ſ. habitus nõ eſt perpetuus &c. Si ſecũdo modo, tũc falſum eſt qđ dicitur, quia ſequeretur q̃ nullus poſſet eſſe cæcus niſi prius generatus fuiſſet in eo viſus: qđ in cęcis à natiuitate falſum apparet: nõ em̃ tales cæcantur cũ ex vtero exeũt: ſed in materno vtero cæci naſcũtur. Ad hoc dicitur, q̃ loquitur de priuatione & habitu ſecũdo modo .i. ſcđm ordinẽ generationis eorũ: ita q̃ dicimus inter priuationẽ & habitũ eſſe ordinẽ gñationis, adeo vt impoſsibile ſit fieri priuationẽ immediate, ſed neceſsario oporteat eã mediãte habitu fieri. i. mediãte gñatione habitus. Nec ſequit̃ ergo omnis cæcus habuit quãdoq; viſum, ſed ſequitur, ergo omnis cęcus habuit generationẽ terminabilẽ ad viſum: quæ & terminata eẽt niſi impedimẽtũ affuiſſet. Impoſsibile eſt ſiquidẽ, aliqđ eſſe prius cęcũ, aut ſurdũ quàm actio generãtis factiua viſus, aut auditus, dũ facit impediatur, ita q̃ ex corruptione generationis viſus cæcitas fit: eſt ergo inter habitũ & priuationẽ ordo generationis vel in ſuis generationibus: & hoc eſt ſimpliciter neceſsariũ: ita q̃ illa priuatio dicitur fieri nõ niſi mediãte habitu: cuius factio factionẽ habitus præſupponit: immo in ipſius habitus factionis, aut cõſeruationis impedimẽto ſeu corruptione per ſe cõſiſtit. Et quia hoc nõ cõuenit alijs priuationibus (de quibus diximus Ariſtotelẽ modo nõ loqui.) ideo patet aſsignatã differẽtiã & expoſitionẽ illius particulę ordine, optimã eſſe. Exẽplariter aũt liquet inter priuationẽ & habitũ vniuerſaliter nõ eſſe talem generationis ordinem: tenebra enim nõ fit neceſsario luce pręſuppoſita, aut eius generationis impedimento: ſed ſola lucentis abſentia à diaphano: ignorantia ſimiliter nobiſcũ naſcitur abſq; cuiuſcũq; actiõis impeditione, vt patet &c.

Priuari autem tũc dicimus vnumquodq; ſuſceptibilium habitus quando in quo natum eſt, ineſſe, vel quod natum eſt habere nullo modo inſit. Edẽtulum enim dicimus nõ quod non habet dentes, & cęcũ, non quod nõ habet viſum: ſed quod nõ habet quãdo natum eſt habere: quædam em̃ generatione, neq; dentes, neq; viſum habent, ſed non dicũtur edentula, neq; cæca.

Secũd ŏ deſcribit quid ſit priuari dicens q̃ priuari eſt ſuſceptibile habitus nullo modo habere illũ: vbi tres cõditiones req̃ri dixit ad priuari. Prima eſt, q̃ illud qđ dicit̃ priuari ſit aptũ natũ ſuſcipe habitũ: ꝓpter qđ lapis nõ eſt priuatus viſu. Secũda eſt q̃ nõ habeat illũ habitũ: aliter priuatũ nõ eſſet. Tertia eſt q̃ nullo mõ habeat illũ .i. q̃ nõ habeat illũ eo modo, quo natũ eſt habere: ſiue iſta modificatio attẽdatur ſcđm tẽpus: vt patet in catulo, qui nõ eſt priuatus viſu ex hoc q̃ ante nonũ diẽ nõ videt: qa licet careat eo qđ eſt aptus natus habere: nõ tñ caret illo quando natus eſt habere: ſiue ſcđm locũ: vt patet de aere exiſtẽte in cauernis, qui nõ dicitur priuatus luce vnde ibi nõ eſt nox: ſiue ſcđm partẽ, vt patet de hoĩe, qui nõ dicitur priuatus viſu ex eo q̃ nõ videt ſcđm aures, aut partẽ poſteriorẽ capitis: ſiue ſcđm q̃titatẽ, vt patet de hoĩe, qui nõ dicitur aliqualiter cæcus ex eo q̃ non videt ita acutè ſicut aquila: & breuiter ſcđm quãcũq; circũſtãtiam attẽdat̃ modificatio ſeu determinatio iſta, ſemper verificat̃ q̃ priuari nõ dicit̃ niſi ſcđm illã circũſtãtiã ſibi deficiat: & quia oĩs circũſtãtia modificat rẽ cuius eſt circũſtãtia: ideo cõi vocabulo oẽs cõprehẽdẽs dixit Ariſt. (nullo mõ hẽt) ac ſi dixiſſet i. nõ hẽt ſcđm illã circũſtãtiã, qua natũ eſt habere: & declarauit ſtatim hoc quo ad circũſtãtiã tẽporis, quã importat ly (quãdo) & declaratio eius nõ eget expõne: niſi q̃ nouitijs dicẽdũ eſt, q̃ per gñrationes intẽdit res genitas ſcđm id qđ habẽt ex gñrationibus, ſic nãq; gñratio catuli eſt ſine viſu & hoĩs ſine dẽtibus. Aduerte hic, q̃ ſi ſenſus prædictus ex Ariſtotelis deſcriptione verbaliter ſumi debet, negatio importata in ly nullo, ſupra verbum cadere immediatè debet, vt dicatur nullo modo habet. i. non habet aliquo modo. i. illo modo, quo natũ eſt habere &c. Quæritur aũt hic, cur Ariſto. deſcripta priuatione ſeorſum deſcripſerit priuari: & tamẽ cũ deſcripſit relatiuè aut contrariè oppoſita, nõ deſcripſit poſtmodũ referri, aut contrariari: vnde diſparitas hæc? Ad hoc dicitur q̃ diſparitas iſta orta eſt ex ſingulari cõditione, quã addit priuari ſupra rẽ, quæ eſt priuatio: quã non addit referri ſupra relationẽ, nec cõtrarium eſſe ſupra rẽ cõtrariã. In alijs nanq; à priuatione ad hoc q̃ ſubiectũ denominetur tale ſufficit q̃ res illa habeatur, ad hoc em̃ q̃ aliquis à paternitate pater dicat̃, ſufficit, q̃ paternitatẽ actu habeat: & ſimiĺr ad hoc q̃ aliqđ ſit calidũ ſufficit, q̃ habeat caliditatẽ. In priuatione verò non ſufficit q̃ habeat̃ à ſubiecto apto nato res illa quę formal̃r eſt priuatio. i. negatio habit⁹, ſed oportet apponere circũſtãtias. ſ. q̃n, vel vbi &c. nõ em̃ à negatione viſus res apta nata videre dicit̃ cęca, niſi apponatur, q̃ negatio illa habeatur quãdo debeat haberi habitus: vnde Ariſto. nihil aliud in priuari deſcriptione expreſsit niſi conditionem hanc ſingularem: vt patet in textu.

In hoc c.

Priuari verò & hr̃e habitũ nõ eſt habit⁹, & priuatio: habitus em̃ eſt viſus, priuatio verò cæcitas: hr̃e viſum non eſt viſus, nec cæcũ eſſe cæcitas: priuatio em̃ quædã eſt cæcitas, cæcũ verò eẽ priuari, nõ priuatio eſt. Nã ſi idẽ eẽt cæcitas & cæcũ eẽ, vtraq; de eodẽ p̃dicarent̃, nũc verò minimè, ſed cęc⁹ dicit̃ hõ, cæcitas vero nullo mõ dicit̃.

Tertiò oſtẽdit nõ eſſe idẽ, ſed inter ſe diſtingui hęc duo quæ deſcripſit. ſ. priuationẽ & priuari: & ſimiĺr habitũ & hr̃e habitũ, & adducit rõnẽ talẽ ad hoc, cæcũ eſſe nõ eſt cæcitas, & ſimiĺr habere viſum nõ eſt viſus: ergo priuari nõ eſt priuatio, & hr̃e habitũ nõ eſt habitus: declarat cõſequentiã ex terminis, qa cõſtat q̃ cæcũ eſſe eſt priuari, & cæcitas priuatio: & ſimiĺr viſus eſt habitus, & hr̃e viſum eſt hr̃e habitũ. Antecedẽs verò probat ſic, ſi cæcũ eſſe eſſet idẽ qđ cæcitas, prædicarẽtur de eodẽ, ſed nõ prædicãtur de eodẽ, quia eſſe cęcũ prædicatur de hoĩe, cæcitas aũt nõ: ergo à deſtructione cõſequẽtis ſequitur q̃ cæcũ eſſe nõ ſit cæcitas, qđ eſt oppoſitũ antecedẽtis: & rõ adeo clarè in litera patet, vt non ſit op⁹ applicatione.

Dubiũ tñ circa hoc occurrit tale, aut Ariſt. intẽdit cõcludere q̃ priuari, & priuatio diſtinguuntur ſicut denoĩatiuũ & denominãs, aut ita q̃ vnũ nõ ſit ſcđm rẽ omnino idẽ qđ alterũ, eo modo, quo inter entia rõnis põt dici diſtinctio ſcđm rẽ. i. q̃ vnũ nõ eſt aliud: ſi primũ intẽdit, ſuperflua videtur ſollicitudo iſta: iã em̃ in Antepredicamẽtis declarauerat, qũo denominatiua differãt ab his, à quibus dicũtur. Si verò ſecũdũ intendit, fallacia cõſequẽtis in ꝓceſſu eius eſt, ꝓcedit em̃ ex hac maxima, quæcũq; ſunt idẽ prædicãtur de eodẽ, in virtute nãq; huius categoricæ, tenet illa ſua cõditionalis, ſi cæcitas & cæcũ eſſe eſſent idẽ prædicarẽtur de eodẽ. Cõſtat aũt q̃ ex illa maxima nõ põt cõcludi determinatè talis vel talis diſtinctio, ſed aliqua diſtinctio, quæ põt etiã eſſe diſtinctio ſcđm modũ ſignificãdi tãtũ, varietas nãq; modi ſignificandi ſufficit ad hoc q̃ aliquid prædicetur de aliquo & nõ prædicetur de eodẽ, vt patet de albedine & albo: albũ em̃ de ſorte prędicatur, albedo autẽ nõ, & vt dictũ fuit ſolo caſu differunt. Ad hoc dicitur, q̃ Ariſtoteles intẽdit cõcludere priuationẽ & priuari, nõ eſſe omnino idẽ ſecũdũ rem, ideſt rem ſignificatam per priuari, nõ eſſe omnino idẽ cũ re ſignificata per priuationẽ: vnde nõ diſtinguit inter cæcũ & cæcitatẽ: diſtinctio ſiquidẽ iſta ex denominatiuorũ ratione ſufficiẽter nota eſt; ſed diſtinguit inter cæcũ eſſe & cæcitatẽ, & ſimiliter nõ diſtinguit viſum à videtẽ, ſed viſum à videtem eſſe, vt expreſſe patet in textu. Cõſtat autẽ q̃ licet albedo & albũ differãt ſolo caſu, albedo tamẽ & albũ differũt ſcđm rem: eſſe nãq; albũ nõ eſt ipſa albedo, licet ipſam exigat, ita in propoſito eſſe cæcũ aliud à cæcitate eſt, & habere viſum aliud à viſu eſt. Nec eſt in proceſſu Ariſto. ſanè intellecto vitiũ, quoniã etſi ex illa maxima ſic vniuerſaliter ſumpta non poſsit iſta ſpecialis diſtinctio cõcludi, ex ipſa tamen de ſignificatis rebus intellecta, ſecluſis modis conciẽdi & ſignificãdi euidenter cõcluditur, aliqualibus ſcđm rem ſignificatã diſtinctio. Si em̃ aliqua duo ſecluſis modis cõcipiendi &c. nõ prædicantur de eodẽ, oportet illa non eſſe omnino idem ante omnẽ modũ cõcipiendi & ſignificandi: ſic autem ſe habent cæcũ eſſe & cæcitas: eſſe nanq; cæcum de homine prædicatur, cæcitas non: quia res illa, quæ eſt cæcitas, aliud quid eſt ab eſſe cæcum, ſeu habere cæcitatem: ſic ergo Ariſtotelis conditionalis ex parte rei ſignificatæ intelligenda eſt, & ſimiliter illa ꝓpoſitio in ꝓpoſito, quæ eſt eius fundamentũ: ſic autem accipiendo intẽtũ abſq; fallacia cõcluditur, vt ex dictis patet &c.

In diffini tione ter tia.

Oppoſita verò etiã hæc videntur eſſe. i. priuari & habitũ habere, tanquã priuatio & habitus: modus em̃ oppoſitionis idem eſt: nam ſicut cæcitas viſui oppoſita eſt, ſic cæcum eſſe & viſum habere, opponũtur.

Quartò dicit, q̃ quãuis priuari & habere habitũ nõ ſint idem cũ priuatione & habitu, eadem tamen ſpecie oppoſitionis opponũtur, ſicut em̃ cæcitas priuatiuè opponitur viſui, ſic cæcum eſſe priuatiuè opponitur ei qđ eſt habere viſum &c.

Nõ eſt autẽ neq; id, quod ſub affirmatione & negatione eſt, affirmatio & negatio, affirmatio nanq; eſt oratio affirmatiua, &

Vide ca. 4. libr. 1. Periher.

negatio oſo negatiua, qđ verò ſub affirma E tione & negatione eſt, nulla eſt oſo: dicũtur aũt hæc eſſe oppoſita ad inuicẽ, tãquã affirmatio & negatio: nã & in his modus oppoſitionis eſt idẽ. Sicut em̃ affirmatio ad negationem opponitur, vt qui ſedet ei, qui nõ ſedet, ſic & res, quæ ſub vtroq; eſt, opponitur. ſ. ſedere aliquẽ ad non ſedere.

Hic quartò determinat de oppoſitione cõtra dictoria, omiſſa deſcriptione eorũ: quia affirmatio & negatio in notitia omniũ ſunt, tali q̃ ſat ſit ad contradictoriè oppoſita recipiẽda: vnde duo de contradictoriè oppoſitis tradit. Primũ eſt diſtinctio eorũ. Secũdum eſt, q̃ cum diſtinctione F iſta vnitas manet oppoſitionis. Quo ad primum dicit, in oppoſitis cõtradictoriè eſſe duo ex parte cuiuſq; extremi, ex parte ſiquidẽ affirmationis eſt affirmatio ipſa, & id, qđ ſub affirmatione iacet, ſicut ſignatũ ĩ ſigno, ex parte quoq; negationis ſunt duo. ſ. negatio ipſa: & id qđ ſub negatione iacet, ſimiliter ſicut ſignatũ in ſigno: verbi gratia, in iſtis cõtradictoriè oppoſitis ſortes ſedet ſortes nõ ſedet, nõ ſolũ ſunt orationes ipſæ affirmatiua. ſ. & negatiua, ſed ſunt earũ vltimo ſigni ficata. ſ. ſortẽ ſedere & ſortẽ nõ ſedere. Sciẽdum eſt hic antequã vltra progrediamur, q̃ nomine affirmationis & ſimiliter negationis, nõ intelligi tur affirmatio ſcripta, vel vocalis, ſed affirmatio ſcđm quodcũq; eſſe ſiue in ſcripto, ſiue in voce, G ſiue in mẽte: nomine autẽ eius, qđ ſub affirmatione vel negatione iacet, intelligitur res extra cõiuncta tali diſpoſitioni, vel ſine illa, puta ſortes habẽs ſeſsionẽ vel ſine ſeſsione. Cùm ergo in oppoſitis contradictoriè ſit cõſiderare ex parte cuiuſq; extremi duo, probat Ariſt. talia non eſſe idẽ tali ratione, affirmatio eſt oratio affirmatiua & ſimiliter negatio eſt oratio negatiua, ea, quæ ſub affirmatione & negatione iacẽt, nõ ſunt ora tiones, ergo id qđ iacet ſub affirmatione nõ eſt affirmatio, neq; id qđ iacet ſub negatione eſt ne
Cap. 4. 1 fine. gatio. Aduerte hic primo, q̃ dictũ Ariſt. ſ. affirma tio eſt oratio affirmatiua, & negatio eſt oratio negatiua, nõ eſt vt diffinitio accipiẽdũ, rudis nã; diffinitio eſſet affirmationis per affirmatiuũ, H & negationis per negatiuũ, ſed accipiẽdum tanquã ſimpliciter verũ, ſicut ſi dicerẽ: q̃ homo eſt animal humanũ: nõ em̃ fuit ſibi curæ hoc in loco res hæc, quia propoſito ſuo ſufficit q̃ tam affirmatio quàm negatio ſit oratio, ſeu enũciatio quæ eſt earũ genus: in hoc enim ſtat vis rationis ſuæ: ex hoc nãq; q̃ affirmatio eſt oratio, & id, qđ ſub affirmatione iacet, nõ eſt oratio: cõcludit, er go id qđ ſub affirmatione iacet nõ eſt affirma tio. (In primo autẽ libro Periherminias) ſubtiliter diffiniuit affirmationẽ & negationẽ, vt patet ibi. Aduerte ſecũdò q̃ quia omnis cõplexio verbalis, in qua cõſiſtit tã affirmatio quàm negatio, fit per actũ animæ, res extra, quæ per affirmatio nẽ, aut negationẽ ſignificatur cõplexa eſſe non põt, eo q̃ actus intellectus nihil ponit in re cognita, ac per hoc nõ poteſt eſſe oratio affirmati ua aut negatiua, ſed eſt res habẽs ſibi coniunctũ illud, qđ de ea affirmatur, vel nõ habẽs illud ſibi cõiunctũ: ſortes em̃ habẽs albedinẽ, aut carẽs albedine nõ eſt cõplexũ quid, ſeu oratio, ſed res cõiuncta ſcđm rẽ alteri rei, aut cõiuncta. Vtrũq; igitur aſſumptorũ ab Ariſtotele verũ eſt: ſequitur ergo in affirmatione & negatione, quę cõtra dictoriè oppoſita dicũtur, alia quædã duo latere de quibus ſubdit cõſequẽter quõ opponantur di cẽs, q̃ cõcedendũ eſt ea, quæ ſub affirmatione & negatione iacẽt, quãuis affirmatio & negatio nõ ſint, oppoſita eſſe ſicut affirmatio & negatio opponũtur. i. opponi cõtradictoriè: nõ em̃ contradictoriè opponũtur ſolæ orationes, puta ſortes ſedet, ſortes nõ ſedet, ſed earum fundamenta in re. ſ. ſedere, nõ ſedere. Ex hoc loco ſumitur q̃ duplicia ſunt contradictoria. ſ. cõplexa & incõplexa, cõplexa ſunt affirmatio & negatio, incõplexa verò ea, quæ ſub affirmatione & negatione iacẽt. i. earũ fundamẽta extra animã &c.

Cõtradictoriorũ duo gña ſunt complexorũ, & incõplexorũ.

Quòd aũt priuatio & habitus nõ ſic opponũtur vt ad aliquid, manifeſtũ eſt: neq; em̃ hoc ipſum qđ eſt oppoſiti: viſus enim nõ eſt cæcitatis viſus, nec alio vllo modo ad ipſum dicitur: ſimiliter autẽ neq; cæcitas dicit̃ viſionis cæcitas, ſed priuatio qđẽ viſionis cęcitas dicit̃, cæcitas verò viſionis nõ dicitur. Amplius ad aliquid oĩa ad con uertẽtia dicũtur: quare & cæcitas ſi eẽt eo rũ, quæ ad aliquid ſunt, vtiq; & cõuertere tur ad illud ad qđ dicitur, ſed nõ conuertitur, neq; em̃ viſus dicitur cæcitatis viſus.

Hæc eſt tertia pars principalis huius capituli, in qua cõparaturus declaratas oppoſitiones inter ſe, ſicq; oſtẽdere intẽdẽs, q̃ nõ coincidũt, ſed ſeparata eſt vnaquęq; oppoſitionũ dictarũ ab al tera, tria facit. Primò priuatiuã oppoſitionẽ ſepa rat à relatiua. Secũdò ſeparat eãdẽ à cõtraria. ibi (Quoniam autẽ neq; vt cõtraria.) Tertiò ſeparat oppoſitionẽ cõtradictoriã à cæteris. ibi (Quæcun q; verò tanquã affirmatio.) Aduertẽdũ eſt hic, q̃ quia ſuperius Ariſt. cõtrariã oppoſitionẽ à relati ua ſeparauit, ideo nũc earũ diſtinctiones nõ me minit, ſed ad priuatiuæ differẽtiã ab vtraq; earũ ſe ſtatim tranſtulit diſtinguẽdã: & vt inchoatum ordinẽ, quo diſtinguẽdo poſteriorẽ oppoſitionẽ à priori procedit obſeruaret, nõ ſeparat priuatã à cõtradictoria, ſicut nec cõtrariã à priuata, nec relatiuã à cõtraria diſtinxit, ſed è cõuerſo: quia cõtraria, quę poſt relatiuã poſita eſt, à relatiua ſe parauerat, ſubſequẽter nũc priuatiuã à relatiua & cõtraria diſtinguit, & ſic cõſequẽter contradictoriam

ctoriã ab omnibus antepoſitis ſeparabit, nec p- A pter hoc neceſſe doctrinę aliquid adẽptũ eſt, ſed ordinatæ breuitati cõſultũ: mutuæ ſiquidẽ ſunt differẽtiæ, quibus ſeparãtur & ſimul declarãtur, qm̃ ex parte vtriuſq; extremi differẽtes cõditiones afferũtur, vt in proceſſu patebit. Ponit ergo primo talẽ cõcluſionẽ. Oppoſita priuatiuè non opponunt̃ relatiuè & ꝓbat eã dupliciter. Primo ſic, relatiuè oppoſitorũ vtrũq; hoc ipſum qđ eſt ſui oppoſiti eſt, ſecũdũ habitudinẽ caſus genitiui vel quomodolibet aliter, priuatiuè oppoſitorũ neutrũ alterius eſt, aut quomodolibet aliter ad alterũ dicitur: ergo priuatiuè oppoſita vt ſic, nõ opponũtur relatiuè. Declaratur minor exẽplari ter, viſus em̃ nõ dicit̃ cæcitatis viſus nec cæcitas vi ſus cæcitas, licet dicat̃ viſus priuatio, ſicut ſuperi⁹ B dictũ eſt q̃ calidũ nõ dicit̃ frigidi calidũ, licet dica tur frigidi cõtrariũ. Scđò ſic, oĩa relatiuè oppoſita dicũtur reciprocata. i. ad cõuertẽtiã, priuatiuè oppoſita nõ dicũtur reciprocata: ergo, declarat̃ minor: quia viſus nõ dicitur cæcitas viſus, qđ tamen eſſet neceſſariũ, ſi cęcitas diceretur relatiuè ad viſum: oportet em̃ vt aſſumptũ eſt, oĩa correlatiua ad cõuertẽtiã dici. Notandum eſt hic, q̃ iſta ſecũda ratio nõ ſolũ adducta eſt propter principale intentũ, ſed ad excludendã apparentiam, quæ in fine primæ rationis remanſit, quan do dictũ eſt, q̃ cæcitas non dicitur viſus cæcitas, ſed viſus priuatio: minus ſiquidẽ clarè dimiſſum videbatur quõ cæcitas nõ eſſet viſus cæcitas, cũ cõſonans videatur prima facie ſermo dicẽs, cæci- C tatẽ eſſe viſus cæcitatẽ, excluſa eſt autẽ apparentia hæc ſufficiẽter ex ſecũda ratione, vt patet &c.

Quòd autem neque vt contraria oppo- D nuntur ea, quæ ſecundum priuationem & habitum dicuntur, ex his manifeſtum eſt. Quorum enim cõtrariorum nihil eſt medium, neceſſe eſt in quibus nata ſunt fieri, aut de quibus prędicantur alterũ ipſorum ineſſe ſemper, eorũ enim nihil erat mediũ quorũ alterum neceſſarium erat ineſſe ſuſceptibili, vt languorẽ & ſanitatem, & impariatq; pari: quorũ verò aliquid eſt mediũ, nunquam neceſſe eſt omni ineſſe alte rum: neq; enim neceſſe omne ſuſceptibile candidum, vel nigrum eſſe, neq; frigidum neq; calidum, horum enim mediũ aliquid nihil prohibet eſſe: eorum autem erat aliquid mediũ, quorũ non erat neceſſarium alterũ ineſſe ſuſceptibili, præter illa ſubiecta, quibus naturaliter vnũ ineſt, vt igni ca lidũ eſſe, & niui candidũ. In his em̃ determinatè neceſſariũ eſt alterũ ineſſe, & non vtrũuis cõtingit: nõ em̃ poſsibile eſt ignẽ frigidũ eſſe: neq; niuẽ nigrã: quare omni quidẽ ſuſceptibili nõ eſt neceſſariũ alterũ eorũ ineſſe, ſed ſolis, quibus natura vnũ in eſt, in his determinatè vnũ, nõ vtrũuis cõtingit. In priuatione verò & habitu nihil horũ, quę dicta ſunt, verũ eſt: neq; em̃ ſem per ſuſceptibili neceſſariũ eſt alterũ ineẽ eorum: quod em̃ nõdũ natũ eſt habere viſum, neq; cęcũ, neq; viſum habens dicitur ideoq; nõ erunt hæc taliũ contrariorum, quorũ nihil eſt mediũ. Sed neq; vt ea, quo rũ eſt mediũ: neceſſariũ em̃ eſt omni ſuſce ptibili alterũ iſtorũ ineſſe: qñ em̃ iam na- B tũ fuerit habere viſionẽ, aut cæcũ, aut habẽs viſionẽ dicetur, & horũ nõ determina tè alterũ, ſed vtrũuis cõtingit. In cõtrarijs autẽ, quibus medium eſt, nũquam neceſſariũ fuit omni ſuſceptibili alterum ineſſe ſed quibuſdam, & his determinatè, vnum. Vnde palam eſt quòd ſecũdum neutrum modum tanquam contraria oppoſita ſunt hæc, quę ſecũdũ priuationem & habitum opponunur.

Hic iam ſeparat priuatiuã oppoſitionẽ à cõtra ria, ponendo ſimiliter vnicam concluſionem. ſ. priuatiuè oppoſita nõ opponũtur cõtrariè, probãdo eam dupliciter, & quoniã prima ratio intẽdit oſtẽdere priuatiuè oppoſita diſtingui ſigillatim à ſingulis modis contrariorũ, ideo circa eam ſic proceditur. Primò replicat diuiſionẽ cõtrario rũ ſubtilius declarãdo eorũ cõditiones, ex quibus intẽdit cõcludere intẽtũ. Cõtrariorũ ergo in quit quædã ſunt immediata, & hæc ſuperius di ximus eſſe ea, quorũ neceſſe eſt alterũ ineſſe eo rũ ſuſceptibili: modo autẽ declarãdo dicimus, q̃ ſunt ea, quorũ alterũ neceſſe eſt ineſſe eorũ ſuſceptibili omni, & ſemper quidẽ numerus & o mnitẽpore oportet qđ ſit par, aut impar. Quæ dã verò ſunt mediata, & hęc diximus eſſe ea, quo rũ nõ eſt neceſſe alterũ eorũ ineſſe, modo autẽ dicimus, q̃ ſunt ea, quorũ nõ eſt neceſſariũ alte rũ eorũ ineſſe omni eorũ ſuſceptibili, quocunq; tẽpore, & ſi alicui ſuſceptibili alterũ neceſſario ĩ eſt, nõ cõtingit vtrunq; illi ineſſe, nõ em̃ eſt ne ceſſe omne corpus eſſe calidũ, aut frigidũ, neq; nũc neq; in futurũ, & illud corpus, qđ neceſſario eſt calidum, ex cuius natura. ſ. neceſſario fluit in eo caliditas, nõ põt effici de calido frigidum, ſed vnũ cõtrariorũ determinate ſuſcipere põt, vt pa tet de igne, qui qm̃ neceſſario eſt calidus nõ po- Cõtrario teſt fieri frigidus. Habemus ergo tres cõditio- rũ tres cõ nes cõtrariorũ, quarũ prima pertinẽs ad imme- ditiones. diata, eſt, q̃ neceſſe eſt alterũ eorũ ineſſe eorum ſuſceptibili omni & ſemper. Secũda pertinẽs ad

cõtraria mediata reſpectu oĩm ſuſceptibiliũ eorũ eſt, q̃ nunquã omni ſuſceptibili eorũ neceſſe eſt alterum eorũ eſſe. Tertia pertinens etiã ad cõtraria mediata, ſed reſpectu ſubiectorũ quib⁹ naturaliter inſunt, eſt q̃d talibus ſubiectis neceſſe eſt alterũ determinatè ineſſe. i. nõ hoc, vel illud, ſed hoc, puta calorẽ, aut albedinẽ. Deinde oſtendit oppoſitas cõditiones inueniri in priuatiuè oppoſitis dicẽs. (In priuatione aũt &c.) vnde per oppoſitũ ad illas tres cõditiones ponit tres cõditiones relatiuè oppoſitorũ. Prima eſt, q̃ nõ ſemper omne ſuſceptibile eorũ habet alterũ eorũ, vt patet de catulo ante nonũ diẽ, qui cũ viſus & cæcitatis ſuſceptibilis ſit, nõdicit̃ pro tunc cæcus, aut vidẽs, & per hoc patet differẽtia cõtrarijs immediatis. Secũda eſt q̃ omni ſuſceptibili eorũ neceſſe eſt alterũ eorum ineſſe, quãuis non ſemper vt dictũ eſt: neceſſe eſt enim omnem catulũ quandoq; fore videntẽ, vel cæcũ: & per hoc patet differẽtia à cõtrarijs mediatis reſpectu omniũ ſubiectorũ eorũ. Tertia eſt q̃d nulli ineſſe eſt ineſſe alterũ eorũ determinatè, ſed omne ſuſceptiuũ vni⁹ eſt ſuſceptiuũ alterius: omne eñ, quod põt videre, poteſt cæcari, & per hoc patet differẽtia à cõtrarijs mediatis reſpectu ſubiectorũ quibus naturaliter inſunt. Demum concludit. (Vnde palam eſt &c.) Eſt autem adeo clarè cõtexta ratio hæc ab Ariſtot. vt nõ ſit opus applicatione dictorum ad textum, id tamen recolendum eſt q̃ vis ratio nis cõſiſtit in hoc, cõtrariè oppoſita habent iſtas tres conditiones. ſ. & cætera priuatiuè oppoſita non habẽt illas, ſed earum oppoſitas: ergo priuatiue oppoſita non ſunt contraria.

Vt ait Plinius cap. 40. li. 8.

Cõtrariũ naturaliter alicui ineſſe q̃d ſit.

CIRCA tertiã cõditionẽ contrariorũ aduerte cũ dicitur alterũ cõtrariorũ ineſſe alicui naturaliter, dupliciter poteſt intelligi. Vno modo vt naturale dicitur à natura, quæ eſt principiũ paſſiuũ, & ſic non intelligitur, q̃m manifeſtè falſum eſt neceſſariò ineſſe illi tale cõtrariũ: mutatio eñ naturalis de cõtrario in cõtrariũ in ſubiecto naturaliter ſuſceptiuo vtriuſq; fit. Alio modo vt naturale dicitur à natura, vt eſt principiũ quaſi actiuũ eo modo, quo ſubiecti naturã paſſio ſequitur & ſic ſumitur: hic naturaliter ſeu à natura ineſſe cõtrariũ alicui ſubiecto, & ſic verificatur q̃ neceſſe eſt illud cõtrariũ determinatè ineſſe tali ſubiecto ſemper: eo q̃ ſemper comitat̃ naturã eius, vt naturalis ꝓprietas ei⁹, vt grauitas corp⁹ graue &c.

CIRCA exẽpla adducta ad eiuſdem cõditionis declarationẽ, dubitatio nõ parua eſſet ſi exẽpla eſſent ponderanda: vnde quia & exempla ſunt & phyſicam trahunt quæſtionem à præſenti negotio extraneam, ideo exemplorum more ſuſcipiantur. Quod & vbiq; etiam in noſtris exẽplis obſeruandũ ducimus etiam ſi vera ſint &c.

CIRCA ſecũdã cõditionẽ priuatiuè oppoſitorũ. ſ. q̃ omni eorũ ſuſceptibili alterũ quãdoq; neceſſe eſt ineſſe notato, q̃ ītelligit̃ phyſico more, ſcilicet niſi tempore ſit ſuſpenſum, neceſſe eſt nanq; catulum omnem videntem, vel cæcũ fore, niſi ante nonum diem moriatur, hoc autẽ non erat in contrarijs mediatis, quia quantũcũ que aliquid colorabile duret, non eſt neceſſe id quandoq; fieri album, aut nigrum &c.

Amplius in cõtrarijs quidẽ cũ ſit ſuſceptibile poſsibile eſt adinuicẽ fieri mutationẽ, niſi alterũ alteri naturaliter ĩſit, vt igni calidũ eſſe: nanq; poſsibile eſt, q̃d ſanũ eſt lãguere, & cãdidũ nigrũ fieri: & ex ſtudioſo prauũ, & ex prauo ſtudioſum poſsibile eſt fieri: prauus eñ ad meliores exercitationes deductus, doctrinã (& ſi ad modicũ aliquid proficiat vt melior ſit:) ſi certè ſem per quãuis modicũ incrementum ſumpſerit, palã eſt, q̃ aut perfectè mutabitur, aut ſatis multum incremẽtum ſumet. Semper eñ bene mobilior ad virtutẽ fit, etiã q̃dcũq; incremẽtum ſumpſerit à principio: ex hoc etiã veriſimile eſt plenius ſumere incremẽtum, & hoc dũ ſemper fit perfectè in cõtrarium habitum reſtituetur: niſi forte tẽpore prohibeat. Verum in priuatione & habitu impoſsibile eſt mutationẽ adinuicẽ fieri: ex habitu eñ in priuationem fit mutatio, à priuatione verò in habitum impoſsibile eſt: neque enim cæcus factus aliquis rurſus vidit, neque cùm fuerit caluus, rurſus comptus eſt factus, neq; cum fuerit edentulus dentes ei iterum orti ſunt.

Vide cõtrariũ li. 5. d̃ Hiſt. ani. ca. 1.

Hæc ſecunda ratio ad eandẽ cõcluſionẽ, & eſt talis, inter cõtraria põt eſſe mutua trãſmutatio ſtãte eodẽ ſuſceptibili, niſi alterũ inſit naturaliter: inter priuatiuè oppoſita non põt eſſe mutua trãſmutatio, ſtãte eodẽ ſuſceptibili, ergo priuatiuè oppoſita nõ ſunt cõtraria. Maior exẽplis multis manifeſtatur, & in cõtrarijs circa corpus, & in cõtrarijs circa animã, vitium. ſ. & virtutem, & eſt ſermo eius valde clarus. Minor quoq; manifeſtatur exẽplis prædeclarãdo ex quo extremo mutatio incipere non poteſt. ſ. ex priuatione, quãuis eñ ex habitu mutari q̃s poſsit in priuationẽ, nõ tamẽ è cõuerſo ex priuatione ad habitũ &c.

Ex hoc loco habes duas propõnes notabiles, ſcilicet q̃ cõtraria nata ſunt fieri circa idẽ: niſi alterum inſit à natura, & q̃ de priuatione ad habitum non eſt regreſſus, & prima quidem propoſitio declarata iam eſt. Secunda autem (ſi terminorum declaratio recolatur) adeo patet, vt inſtantiæ de tenebra & lumine & ſimilibus ceſſent: non enim eſt ſermo iſte de omni priuatione & habitu cõiter, ſed ſtrictè ſumimus priuationem

tionẽ & habitũ (vt ſuperius declarauim⁹) ſcilicet ꝓ priuatione & habitu ordinẽ generatiõis inter ſe habẽtib⁹. Nec eſt ſupficietenus attendendũ, q̃ dixit exiſtẽte ſuſceptibili, ſine nanq; hac clauſula ruit ſcẽa hæc propoſitio: q̃m de priuatione ad habitum põt fieri regreſſus, redeundo rurſus ad primam ſeu remotã materiã, vt habetur ex octauo Methaphyſicæ: tex. com. 14. non autẽ exiſtẽte ſuſceptibili: nõ eñ fieri põt ex mortuo immediatè viuũ ideſtq̃ cadauer illud manẽdo mutet̃ in viuũ hoc autẽ eſt regredi exiſtẽte ſuſceptibili, quãuis poſsit ex mortuo multis medijs trãſmutationib⁹ fieri viuũ, puta ſi corp⁹ illud mortuũ comedatur digeratur, cõuertatur in ſemẽ aut menſtrua & organizetur &c. hoc autẽ eſt regredi redeundo in primã materiã, & quia in tali regreſſu nõ manet illud met ſuſceptibile, quod prius habuit vitã, ſed corrũpitur neceſſariò ꝓ tot trãſmutationes, ideo dixit de priuatione ad habitũ nõ eſſe regreſſum exiſtẽte ſuſceptibili. Nec vageris quærẽdo in textu hãc particulã in ſubſumptiõe aut declaratiõe minoris rõnis factę: q̃m ibi nõ eſt, ſed in maiore appoſitã, ſubintelligendã in minore reliquit, vt nos formauimus, & ex his vt S. Tho. vbi ſupra dicit, apparet cauſa quare de priuatione ad habitũ non põt eſſe naturaliter regreſſus exiſtẽte ſuſceptili: eſt eñ cauſa huius irregreſsibilitatis, naturalis ordo taliũ gñationũ, variatio cuius aut præteritio nõ ſubeſt põtati cauſarũ naturalium: oportet eñ, ſi naturalia agẽtia debẽt producere ex tali materia, puta cadauer viuũ, q̃ per multas gñationes ordinatè ꝓcedatur, ita q̃ ex priore in poſteriorẽ fit immediatè mutatio & nõ ecõuerſo, vt patet de pane, ex quo fit ſanguis, & nõ ecõuerſo & ex ſanguine lac & nõ ecõuerſo, & ſimiſr ex vino fit acetũ, & nõ ecõuerſo, & in ꝓpoſito ex comeſtis carnib⁹ mortuis fit ſanguis, embrio, aĩal &c. tandẽ ex viuo fit mortuũ: & nunquã ecõuerſo, in immediate pri⁹ mutato ĩmediate fieri põt ex poſteriore, ex naturali igitur ordine gñationũ habit⁹ & priuatiõis fit, vt ex habitu poſsit mutatio in priuationẽ fieri, & ex priuatione regredi nõ poſsit ſtante ſuſceptibili, licet (vt dictum eſt) redeundo ad primum regredi poſsit &c.

T. c. 14.

8. Meta. &. 10. A priuatione ad habitum nõ eſt regreſſus.

Quæcũq; verò tanq̃ affirmatio & negatio oppoſita ſunt palam eſt q̃ nullo prædictorum mõ. oppoſita ſunt. In ſolis eñ iſtis neceſſariũ eſt ſemper aliud quidẽ eorũ verũ aliud autẽ falſum eſſe: neq; eñ in cõtrarijs neceſſariũ eſt ſemper alterũ verũ eſſe, alterũ verò falſum, neq; in his, quæ ſunt ad aliquid, neq; in habitu & priuatione: vt ſanitas & lãguor cõtraria ſunt & neutrũ neque verũ, neq; falſum eſt: ſimiliter autẽ duplũ & dimidiũ tanquam relatiua oppoſita ſunt, & nõ eſt eorũ neutrũ, neq; verũ, neq; falſum: ſed neq; ea, quæ ſcẽm priuationẽ & habitũ dicũtur, ſicut viſio & cęcitas. Omnino autẽ eorum, quæ ſcẽm cõplexionẽ nullã dicũtur, nihil neq; verũ, neq; falſum eſt: omnia autẽ, quæ dicta ſunt, ſine cõplexione dicuntur. Sed maximè videbit̃ hoc tale cõtingere in his, quæ ſcẽm cõplexionem contraria dicuntur, ſanum nanq; eſſe Socratẽ ad languere Socratem cõtrarium eſt. Sed neq; in his alterum ſemper verũ, alterum autẽ falſum eſſe contingit. Cùm enim Socrates ſit, erit illud quidem verũ, illud verò falſum: cùm verò non ſit, ambo falſa ſunt. neq; eñ languere, neq; ſanũ eſſe verum eſt, cum non ſit ipſe Socrates omnino. In priuatione verò & habitu cùm non ſit, neutrum verum eſt, cùm verum ſit nõ erit alterum verum, alterum autẽ falſum: habere nanq; viſum Socratem ad id, quod eſt Socratem cæcum eſſe, oppoſitum eſt ſicut priuatio & habitus: & cùm ſit neceſſarium non eſt alterũ verum, vel falſum eſſe: cum enim nõdum ſit natus habere, vtraq; falſa ſunt: & viſum eum habere, & cæcum eſſe. In affirmatione verò & negatiõe ſemper ſiue ſit, ſiue non ſit, aliud quidẽ verum erit, aliud verò falſum: languere nanq; Socratẽ & non lãguere Socratẽ, cum ipſe ſit, palam eſt quia alterum eorum verum, alterum vero falſum eſt, & cũ non ſit ſimiliter; languere enim cum non ſit, falſum eſt non languere aũt verum. Quare in his ſolis ꝓprium erit ſemper alterum eorum verũ, alterum falſum eſſe quæcunqne tanquam affirmatio & negatio oppoſita ſunt.

Hic ſeparaturus oppoſitionem contradictoriam ab alijs, vnica hoc facit ratione, quę talis eſt. Contradictoriè oppoſitorũ neceſſarum eſt ſemper alterum eſſe verum, & alterum falſum, contrariè relatiuè & priuatiuè oppoſitorum non eſt neceſſarium ſemper alterum eſſe verum, & alterum falſum, ergo contradictoriè oppoſita, affirmatio ſcilicet & negatio nec relatiuè nec cõtrariè nec priuatiuè oppoſita ſunt. Maiorem ſtatim ponit tanquam primum principium, idem enim importat quod illud principium, de quolibet eſt affirmatio vel negatio vera vel falſa, & de nullo ambo ſimul. Minorem verò diffuſe ſubiunxit tali ordine, primo ipſam ſubſumit, & præſupponit tacitè talem aliorum oppoſitorum diſtinctionem ſcilicet q̃ poſſunt accipi incom-

plexè & cõplexè, & ſubdit inductionẽ declarantem minorẽ loquẽdo de contrarijs & relatiuè & priuatiuè oppoſitis incomplexe, vt patet. Dein de dicẽs. (Omnino autẽ &c.) probat eandẽ minorẽ ſic limitatam tali ratione, nullũ incomplexũ eſt verũ aut falſum: omnia huiuſmodi oppoſita ſunt incõplexa, ergo nullum eorũ eſt verum aut falſum. Poſt hæc declarat minorem loquẽdo de oppoſitis illis conplexè cùm dicit. (Sed maximè &c.) & primò in contrariè oppoſitis, puta Socratem eſſe ſanum, & Socratẽ eſſe infirmum, & intendit, q̃ licet in iſtis ſit verũ aut falſum, & quandoq; neceſſario vnũ ſit verũ & alterum falſum, nõ tamẽ ſemper, quia ſubiecto nõ exiſtente ambo falſa ſunt: deinde in priuatiuè oppoſitis, puta ſortẽ eſſe videntem & ſortem eſſe cæcum, & intendit ſimiliter q̃ licet in iſtis ſit verum aut falſum, & quandoq; neceſſe ſit alterũ eſſe verũ & alterũ falſum, nõ tamen ſemper, quia & ſubiecto non exiſtente, & ſubiecto exiſtẽte pro aliquo tẽpore, ambo falſa ſunt. Quod in cõtradictoriè oppoſitis impoſsibile eſt inuenire, ſiue enim ſortes ſit ſiue nõ: oportet alterum eſſe verũ & alterũ falſum, & ſic patet tota rõ, quæ ex ſe clara eſt in textu. Ex qua correllariè cõcluditur, quòd propriũ eſt contradictoriorum neceſſario ſemper alterũ eſſe verum, & alterum falſum &c.

De cõtrarijs. Contrariũ autẽ bono quidẽ ex neceſsitate malũ eſt: hoc autẽ palã eſt per ſingulo tũ inductionẽ: vt ſanitati languor, & iuſtitiæ iniuſtitia, & fortitudini timiditas, ſimiliter aũt & in alijs. Malo aũt aliquãdo bonũ quidẽ eſt cõtrariũ, aliquãdo autẽ malũ: egeſtati enim cũ ſit malũ, ſuperabũdantia contraria eſt, cũ etiam ipſa ſit malũ, ſed in paucis hoc tale quilibet inſpiciet: in pluribus verò ſemper malo bonũ cõtrariũ eſt.

Hęc eſt quarta pars principalis huius capituli in qua rediẽs ad cõtrariorũ naturã magis dilucidandã quinq; facit: iuxta quinq; cõditiones, quas eis attribuit, quæ ſuis patebũt locis. Prima conditio, à qua incipit eſt, q̃ bono cõtrariũ eſt neceſſariò malũ, ſed nõ econuerſo, malo emi & bonũ & malũ contingit contrariari. Aduertẽda ſunt hic diligenter duo. Primò quid nominis terminorũ. Scdo ſenſus ꝓprietatis aſsignatæ, ex horum emi minus perſpicaci intuitu, male intellectus videt, & dubijs circundatus textus iſte, cum tamẽ vt clarè patebit, nulla ambiguitas remaneat his intellectis. Bonum dupliciter ſumi poteſt ſcilicet materialiter & formaliter: ſumendo materialiteridẽ eſt dicere bonũ & ens, ſumendo formaliter multum differt, quoniam addit rationem appetibilis, hic ſumitur bonum formaliter (quoniam philoſophi cõſuetudo eſt formaliter loqui.) Rurſus bonũ formaliter dupliciter ſumi põt ſcilicet pręciſè, & ſecundũ totam ſuã formalem latitudinẽ, E ſumere bonũ formaliter pręciſè eſt ſumere bonũ ſub ratione bonitatis in cõmuni, pręcidendo omnẽ ſpecialẽ bonitatis rationem, loqui autẽ de bono formaliter ſecundũ totam ſuã formalẽ latitudinẽ, eſt loqui de ipſo vt extenditur ad per ſe boni in quantum boni differentias, hic eſt ſermo de bono formaliter vt cõprehenditur in ſe ſuã formalẽ latitudinẽ. Nec hoc nouũ videatur aut abſonũ, q̃m vt ex Septimo Metaphyſicæ habetur, pedale nedũ ſumit formaliter pro pręciſa rõne pedalitatis, ſed pro per ſe dřijs pedalis: q̃m, vt ibi dř, omnis pedalis dřia pedalitas quædã eſt, & ſimiliter in propoſito oĩs per ſe dřia boni formaliter ſumpti, bonitas quædã eſt: ac per hoc ſub bono formaliter ſumpto cõprehenditur: eſt aũt latitudo formalis boni, quæ ſit per illã diuiſionẽ boni, qua diuiditur in honeſtũ, & delectabile, & vtile: hęc emi eſt formalis boni diuiſio (vt S. Tho. in prima parte. q. 5. art. vltimo placet) ſicut latitudo entis materialis eſt, quæ attenditur penes diuiſionẽ eius in decẽ prædicamẽta, q̃m hęc diuiſio cõuenit ſibi vt eſt idẽ quod ens, vt ibidẽ à S. Tho. habeť. Malũ quoq; ſumitur formaliter, & non pręciſè, ſed pro tota latitudine ſua formali, quæ attendit penes diuiſionẽ mali in oppoſita prædictorũ in honeſtũ ſcilicet inutile & indelectabile, cõtrariè ſumpta nõ negatiuè. Senſus verò proprietatis aſſignatę eſt, omne cõtrarium bono eſt malũ: non omne autẽ cõtrarium malo eſt bonũ, ſed quandoq; bonũ quãdoq; malũ. Ex hoc autẽ ſenſu patet nec haberi q̃ bono inquãtum bonum ſit aliquod contrarium, nec q̃ omni bono ſit aliquod contrariũ, nec q̃ malo inquantũ malum, nec q̃ omni malo aliquid contrarietur. ſed tantũ habetur q̃ ſi bono cuiq; inquantũ bonũ eſt, aliquid contrarietur, illud oportet eſſe de genere malorum: ſi verò malo aliquod contrariũ dicitur, illud nõ oportet eſſe de genere bonorum. ſed poteſt eſſe de genere bonorum & malorũ, vt manifeſtè patet, tum ex verbis textus, tum ex exemplis, tum ex eo quod ſubdit, q̃ ſcilicet in paucis malis hoc inuenitur ſcilicet q̃ malo cõtrarietur tã bonum quàm malum: illa nanq; pauca ſunt, quæ bonum non habẽt pro altero extremo, ſed mediũ, vt eſt in omnibus ferè moralibus & quibuſdam naturalibus: in his nanq; q̃m bonitas conſiſtit in medio duorũ malorũ, oportet extremo malo cõtrariari, & bonũ & alterũ malum extremũ, vt patet de timiditate, cui contrariatur fortitudo & audacia: & auaritia cui contrariatur liberalitas & prodigalitas, & febri cholericæ cõtrariantur ſanitas & febris phlegmatica &c. in reliqs aũt quorũ bonitas nõ eſt in medio inter duas malitias, quãuis circa mediũ cõſiſtant malo non cõtrariatur malũ, ſed bonũ. Tũ ex eo q̃ ſtantib⁹ dictis omnes ambiguitates tollũtur. Ex prima nãq; diſtinctiõe, ex qua diximus q̃ de bono formaliẽ eſt ſermo præſens, ſoluiť dubiũ qđ fit de calido, cui bonũ cũ ſit, alterũ bonum contrariatur ſ. frigidum, & ſimile eſt de albo & nigro &c. hoc nanq; nõ eſt cõtra documẽtum hic traditũ, quo niã nõ negatur bono materialiter bonum contrariari, ſed bono formaliter: calidũ autem & frigidũ abſolutè, nec bonum nec malum ſonant. Vnde potes diſtinguendo dicere quòd eſſe calidum poteſt accipi dupliciter. Vno modo inquã tum calidum: & ſic ſibi cõtrariatur frigidũ. Alio modo inquantũ bonum, & ſic ſi habet contrarium, ſibi non formaliter cõtrariatur frigidum, ſed malum. Verbi gratia, calido inquãtũ eſt bonum complexionis humanæ contrariatur malum cõplexionis humanæ, quod eſt infirmitas, cui fortè ſubſternitur frigiditas & nõ contrariatur formaliter ipſa frigiditas: cuius ſignũ eſt, quia ſi frigiditas ipſa nõ eſſet materiale in infirmitate & infirmitas eſſet, nihil minus cõtrarieturilli bono, & ſimiliter eſt dicendũ de albo & nigro, amaro & dulci & alijs huiuſmodi: hæc emi omnia inter materialiter bona numerãda ſunt & ſibi inuicẽ cõtraria cũ ſint, ex hoc q̃ ſumitur quodcũq; eorum vt boni aut appetibilis rationẽ induit, tũc malũ neceſſariò cõtrariabitur, ſi cõtrariũ habet ſcđm illã boni rationẽ. Notãter autem dico (quodcũq; eorum) quia nihil minus boni rationẽ inducere cõtingit frigidũ quàm calidũ, & amarũ quàm dulce &c. vt patet in medicinalibus. Ex ſecunda verò diſtinctione, qua bonũ formaliter extendi diximus ad omnẽ formalẽ differentiam boni, & ſimiliter malũ ad omnẽ formalẽ rationẽ mali excluditur obiectio inferẽs, ergo alicui bono inquãtũ bonum eſt aliquid cõtrarium, & cõſequẽter ergo omni bono, talis nãq; illatio, etſi poſſet fieri ex antecedente, in quo diceretur bonũ formaliter pręciſe habere contrarium, non tamen ex antecedente quod ex documẽto hoc habetur, quoniã dicitur contrarium aliquid eſſe bono formaliter non pręciſè, ſecundum aliquã ſpecialẽ rationẽ bonitatis. Ex ſenſu autẽ declarato, tot inſtãtias manifeſtè patet excludi, quot enumerauim⁹ ibi ꝓpoſitiones, ex eo nõ haberi.

Malum malo cõtrariũ eſt vt veræ cõtrariũ, bonũ vero, vt medium in rer cõtraria.

Reſtat tamẽ adhuc aliqualiter dubiũ, quomodo malo vni cõtrarientur quãdoq; bonũ & malũ, cum in. 10. Metaphyſicæ expreſſè dicatur q̃ vnũ vni tantũ cõtrariatur. Ad hoc ex dictis ſolutio accipi poteſt, quoniã iam diximus q̃ hoc nõ habet locum niſi quãdo bonitas conſiſtit in medio duarum malitiarũ, tunc autem vtin ſecundo Ethicorũ dicitur, malo alterum malum opponitur, vt verè cõtrariũ, bonum autẽ vt medium inter cõtraria. Vnde ſicut albo contrariatur nigrũ & viride diſſimiliter, quia nigrũ vt verè cõtrariũ, viridè autem vt medium, medium enim vtrique extremo contrariatur vt dicitur in Quinto Phyſic prodigalitati contraria eſt auaritia, vt verè contrarium, liberalitas vt medium. Conceditur ergo vniuerſaliter, vnum vni tantum contrariari vt vere contrarium, ſeu vt extremum, ſic enim intelligitur ꝓpoſitio illa. 10. Metaphyſico. quia

T.c. 43.

Prima pte. q. 5. arti. 6. c.

art. 6. Ad primum.

T.c. 15.

Cap. 8.

T.c. 5.

cõtraria ibi propriè accipiuntur. ſ. pro maximè diſtantibus, quæ extrema eſſe cõſtat, & cõceditur malo contrariari bonũ & malum, & alterum vt medium, alterum vt extremum &c.

T.c. 14.

Amplius cõtrariorum nõ neceſſariũ eſt ſi alterum ſit, & reliquum eſſe. Sanis nãq; omnibus ſanitas quidẽ erit, languor verò non. ſimiliter autẽ cùm omnes albi ſint, albedo quidem erit, nigredo verò non.

Hic ponitur ſecũda cõtrariorum conditio, ſcilicet q̃ non eſt neceſſarium ſi vnum cõtrariorũ ſit, q̃ reliquũ ſit, & declarať exẽplariter, vt patet.

SED hic dubitatur: quia in ſecũdo de cœlo & mũdo dicitur, q̃ ſi vnum contrariorum eſt, reliquũ quoq; neceſſe eſt eſſe &c. Ad hoc dicitur dupliciter. Primò, q̃ diminutè dadducitur text⁹ Ariſto. inquit emi q̃ ſi vnũ cõtrarium fuerit natura, reliquum neceſſe eſt vt ſit natura: & intendit vt Auer. in cõmẽto. 18. dicit & Arabica tranſlatio teſtimoniũ perhibet, q̃ ſi vnum cõtrariũ fuerit naturale, quod reliquum erit naturale, cuius oppoſitum hic nõ dicitur. Scđò dicitur ꝓpter expoſitionẽ ſancti Thomæ & cõcluſionẽ ibi ab Ariſto. intentã, ſcilicet: ignẽ eſſe eo q̃ terra eſt, q̃ propoſitio illa: ſi vnum contrarium eſt in natura & reliquum neceſſe eſt eſſe, intelligitur de neceſsitate Phyſica, propter quod ex idẽtitate ſubiecti Phyſici ꝓbaturibidẽ, hic autẽ loquimur de neceſsitate logica, ꝓpter quod non firmatur in textu: niſi ex caſibus imaginarijs, ex quibus non concluditur oppoſitum Phyſicæ neceſsitatis inter eſſe contrariorum: ſed ſufficienter concluditur oppoſitum logicæ neceſsitatis, quia logica neceſsitas eſt ex habitudine terminorũ, quæ nullo imaginato caſu poteſt variari: Phyſica autẽ non ſolum imaginarijs, ſed realibus euentibus impediri poteſt⁹: licet nõ vniuerſaliter (vt in poſterioribus declarauimus.) Eſt ergo ſenſus præſentis textus, q̃ ſi vnum cõtrariorum eſt, non eſt neceſſarium alterum eſſe, ideſt non implicat contradictionem alterum nõ eſſe, vt patet in caſibus &c. cum hoc tamẽ ſtat quòd ſi vnum contrariorũ eſt in rerum natura, quòd alterum etiam ſit neceſſariò neceſsitate naturalis curſus propter appetitum naturalẽ materiæ ad aliud contrarium &c. & in hoc tãdẽ redit tex. Arabic⁹, q̃m ſi ambo ſunt naturalia, & nihil eſt à natura fruſtra vtrũq; oportet à natura q̃q; poni in eſſe, & ſic naturali neceſsitate ſi vnũ eſt, reliquũ oportet eſſe &c.

Cap. 4. Cap. 6. Cap. 10.

Amplius ſi ei, quod eſt, Socratẽ eſſe ſanũ ad id quod eſt Socratẽ languere cõtrariũ eſt, nõ contingit autẽ ſimul vtraq; eidẽ in eſſe, non erit poſsibile cum alterũ contrariũ ſit, & reliquũ eſſe: cũ enim ſit Socratẽ ſanum eſſe, non erit languere Socratem.

Hic

Hic ponitur tertia cõditio cõtrariorũ, quæ talis est: impoſsibile est cũ alterũ cõtrariorũ ineſt alicui, reliquũ illi ineſſe: quod idem est ac ſi dixiſſet, impoſsibile est ambo contraria alicui ineſſe. Probat autem hoc, quia contraria non ſe compatiuntur in eodem ſimul, & est ſermo clarus &c.

Palã verò est, ꝙ circa idẽ aut ſpecie, aut gñe nata ſunt fieri contraria: languor nãq; & ſanitas in corpore animalis nata ſunt fieri: albedo autem & nigredo ſimpliciter in corpore: iuſtitia verò & iniuſtitia ĩ anima.

Hic ponitur quarta cõditio contrariorũ talis, contraria habẽt naturaliter fieri circa idẽ ſcilicet ſubiectũ numero aut ſpecie, aut gñe, quod idẽ est cum eo quod pluries in philoſophia dr̃ ſcilicet ꝙ eadẽ est materia contrariorũ: declarat autẽ hoc exẽplariter, licet ratione tranſmutationis facile ꝓbari poſſet, qa ſufficit hic ſupficialis declaratio.

Neceſſarium est autẽ omnia contraria vel in eodẽ genere eſſe, vel in cõtrarijs generibus eſſe, vel ipſa genera eſſe: album enim & nigrum in eodem genere ſunt, color enim genus eorum est: iuſtitia verò & iniuſtitia in cõtrarijs generibus, huius eñ virtus, huius autẽ vitium genus est: bonũ verò & malum nõ ſunt in genere, ſed ipſa ſunt genera aliquorum exiſtentia.

Hic ponitur quinta cõditio contrariorũ talis: oĩa contraria aut ſunt in eodẽ genere, aut in contrarijs gñibus, aut ſunt genera contrariorũ: & declarat ſingulas particulas ſingulis exẽplis: vt clarè patet: loquitur autẽ nõ de gñe phyſico, ideſt ſubiecto, de quo loquur⁹ est in quarta cõditione ſed de gñe logico, ideſt prædicabili in qd. Quod verò dixit bonũ & malũ eſſe gña contrariorum: vt ſanctus Thomas in prima quæſtione de malo (ex Simplicio refert) quadrupliciter exponitur. Primo à quibuſdã ſic, bonũ & malũ ſunt gña cõtrariorũ. ſ. virtutis & vitij, & non ſunt in gñe. ſ. cõtrario. i. non ſunt in cõtrarijs gñibus, ſed in qualitate. Sed hęc expoſitio nõ videt cõſona textui, in quo fiũt tria mẽbra: qm̃ tertiũ coincideret cũ primo niſi aliqua limitatio ibi addaꝛ. Propter quod Porphyrius diſtinxit cõtraria in vniuoca & æquiuoca, & dixit, vniuoca aut eſſe in eodẽ gñe, ꝓximo, vt albũ & nigrũ ſub colore, aut eſſe in cõtrarijs gñibus, ꝓximis, vt caſtitas & impudicitia ſub virtute & vitio, cũ tñ ſint in vno gñe remoto ſcilicet prima ſpẽ qualitatis. Aequiuoca verò nec eſſe in vno gñe nec in plurib⁹, ſed oĩa gña circuire, & ꝓpterea aliorũ gña eſſe eo mõ, quo trãſcẽdentia genera vocantur, & hæc ſunt bonũ & malũ. Ipſe verò Simplicius dixit bonũ & malũ eſſe gña cõtrariorũ pro quãto quorũcunq; cõtrariorũ alterum habet rationẽ boni & alterũ mali, extẽdẽdo mali vocabulũ ad imperfectũ, quia alterum contrariorum eſt vt habitus & alterũ vt priuatio (vt dr̃. 10. Metaphyſicæ) & in idẽ redit expoſitio Aui cennæ dicẽtis, ꝙ ſunt gña cõtrariorũ, ideſt gñalia cõtraria, ideſt gñales cõditiones contrariorũ. Vltimo dici poteſt quòd Ariſtot. ſecundum famoſam Pythagoręopinionem loquitur, poſuit autẽ Pythagoras (vt patet in primo Metaphyſicæ) duos ordines rerum: alter ſub bono, alter ſub malo comprehenditur &c.

T.cõ. 16.

In proœmio.

De malo. q. 1. Bonũ & malũ cõtrariorũ gña ſunt.

De Priori. *CAP. II.*

PRIVS autẽ alterũ altero dicitur quadrupliciter. Primò quidẽ & ꝓpriè, ſcdm tẽpus ſecũdũ qđ antiquiꝰ alterũ altero & ſenius dicit̃: in eo eñ quod tẽpus amplius est & antiquius & ſenius dicit̃. Scdo aũt quod nõ cõuertitur ſcdm ſubſiſtendi conſequẽtiã: vt vnũ duobus prius est: duobus eñ exiſtẽtibus, mox cõſequẽs est vnum eſſe: vno autẽ exiſtẽte non est neceſſariũ duo eſſe: idcirco nõ conuertitur ab vno cõſequẽtia, vt ſit reliquũ: prius autẽ videtur illud eſſe à quo nõ cõuertitur in eo, qđ est eſſe, cõſequẽtia. Tertio verò ſcdm ordinẽ quẽdam prius dicitur, quemadmodũ & in diſciplinis & orationibus: nã & in demonſtratiuis diſciplinis est prius & poſterius per ordinẽ: elemẽta eñ in Geometria priora ſunt his, q̃ deſcribũtur ꝓ ordinẽ. Sed in grãmatica elemẽta priora ſyllabis, & in orationibus ſimiliter proœmiũ prius est narratione per ordinẽ. Amplius præter ea quæ dicta ſunt, quod melius est & honorabilius, prius naturaliter eſſe videtur: conſueuerũt enim & plurimi honorabiliores, & magis à ſe dilectos priores dicere apud ſe. Eſt qui dẽ & pene alieniſsimus hic priorũ modus: modi itaq;, qui dicti ſunt đ priore, iſti ſunt. Videtur autem præter eos, qui dicti ſunt, alter eſſe prioris modus: eorum enim, quæ cõuertũtur ſecundũ eſſentiæ conſequẽtiã quod alteri quomolibet cauſa est: digne prius natura videtur. Quòd vero ſunt quædam huiuſmodi palam est: eſſe nanque hominem conuertitur ſecundũ eſſentiæ conſequentiam ad veram orationem de ſe: nã ſi est hõ, vera est oratio, qua dicitur hõ est: & hõ conuertitur orationi quia est: & ſi vera eſt oratio, qua dicitur quia hõ est, conſequitur eſſe hominẽ. Eſt autem quidem vera oratio

ra oratio nequaquam cauſa vt ſit res, verũtamen videtur quodammodo res cauſa vt ſit oratio vera. dum enim res est vel nõ est, vera oratio aut falſa dicaꝛ neceſſe est. Ideoque ſecundum quinque modos prius alterum altero dicitur.

INhoc ſecundo capitulo poſt prædicamentorũ. tradit modos prioris. & primò famoſos, & ideo quatuor eos nominat in principio, deinde addit quintum ſatis latentem. adeo autem ordinatè & apertè explanat eos, vt non ſit opus expoſitiõe ſcripta, ſed doctoris lectio ſufficiat ad nouitiorũ inſtructionem. Notandum tamen diligenter est quod ex quinto modo prioris manifeſtè appareꝛ falſam eſſe illam maximam Scoticam, omne abſolutũ prius natura alio diſtinctũ realiter &c. poteſt eſſe ſine ſuo poſteriori, expreſſè nanq; dicitur ab Ariſto. hic quod ſtãt iſta duo ſimul, ſcilicet aliqd eſſe prius natura altero, vt cauſam cauſato, & cõuerti inter illa in eſſendo cõſequentiã, & cõſequẽter vnũ nõpoſſe eſſe ſine altero, ſi eñ prius poſſet eſſe ſine poſteriori, iam nõ cõuerteret in eſſendo eorũconſequẽtia, ideo nõ valeret, hoc est, ergo illud est, & ecõuerſo, niſi fortè cõtingẽter quod ab arte relinquitur. ſermo eñ preſens cõſequẽtia neceſſaria intelligit̃, vt de ſe patet &c.

De Simul. *CAP. III.*

SImul autẽ dicuntur ſimpliciter & propriè quidẽ quorum generatio est in eodẽ tempore. neutrum eñ eorũ neq; prius, neq; poſterius est. Simul itaq; hæc dicuntur ſecundum idem tempus. Natura autem ſimul ſunt quæcunq; conuertuntur quidem ſcdm eius, qđ est eſſe, conſequentiã, ſed nequaquã cauſa est alterum alteri vt ſit. vt in duplo & dimidio: conuertũtur etenim hęc. nam cùm ſit duplum, est dimidium, & cùm ſit dimidium, est duplum, ſed neutrũ alteri cauſa est vt ſit. Dicũtur autem ſimul natura & quæ ex eodem genere diuerſo diuiduntur ad inuicem. E diuerſo autẽ diuidi ab inuicem dicuntur, quæ ſecũdum eandem diuiſionẽ ſunt: vt greſsibile volatile & aquatile: hæc eñ ediuerſo diuiduntur, cum ſint ex eodem genere ſecundum diuiſionem, animal nanq; diuiditur in hæc, volatile & greſsibile & in aquatile, & nihil horum prius vel poſterius est, ſed ſimul per naturã hæc eſſe videtur. Diuiditur autẽ & vnumquodque horum in ſpẽm rurſus: vt greſsibile animal & volatile & aquatile. Erunt ergo & illa ſimul natura quæcunq; ex eodem genere ſecundum eandem diuiſionem ſunt, genera verò ſpecieb⁹ ſemper priora ſunt, neq; eñ conuertuntur ſecundum ꝙ est eſſe conſequentiam: vt cùm ſit quidem aquatile, est animal: cum verò ſit animal, non est neceſſe vt ſit aquatile. Simul ergo natura dicuntur quæcunq; conuertuntur quidem ſecũdum eius, ꝙ est eſſe cõſequentiã, ſed nequaquam quidem cauſa est alterum alteri vt ſit, & ea quæ ex eodem genere & diuerſo diuiduntur ab inuicem, & ſimpliciter ſimul ſunt, quorum generatio in eodem tempore est.

INhoc tertio capitulo tradit duos modos principales ſimultatis ſcilicet tẽporis & naturæ: ſed ſub diuiſo ſcdo mõ in duo mẽbra, tres modi efficiũt oẽs. Primus est eorũ, quę ſunt ſimul tẽpore: hæc aũt deſcribit eſſe quorũ gñatio est in eodẽ tẽpore: qđ dupliciter exponi põt. Primo intelligendo per generationẽ etiã cõſeruationẽ ita ꝙ illa dicãtur ſimul tẽpore, quorũ generatio & cõſeruatio ſunt in eodẽ tẽpore adæquate, & hæc vocant coæquæua, vt ſubiectũ & ꝓpria ei⁹ accidẽtia quarto mõ, & ſic verba ſequẽtia, ſcilicet neutrũ eñ est prius neq; poſterius abſolutè ſuſcipienda ſunt vt declarãtia prædictũ ſenſum. Scdo intelligẽdo per gñationẽ, ipſam rei factionẽ, ia vt ad eſſe ſimul tẽpore, ſufficiat eodẽ tẽpore incæpiſſe: nec requiratur ꝙ eodẽ tẽpore finiant, & ſic illa verba, neutrũ eñ est pri⁹, neq; poſteri⁹, gloſanda ſunt: ideſt neutrũ est antiqui⁹, aut minus antiquũ altero: & hoc mõ dicimus gemellos eſſe eiuſdẽ ætatis & neutrũ altero antiquiorẽ, vtrãq; expoſitio bona est, & licet prima Alberto placeat, ſecũdam tñ vſus cõfirmat, hic præcipuè vbi famoſus ſermo habetur. Secũdus modus ſimultatis est, quo illa, quę cõuertũtur ſcdm eſſendi cõſequẽtiã & neutrum est alteri cauſa eſſendi, ſimul natura dicũtur vt correlatiua. Et aduerte, ꝙ intelligit̃ dictũ hoc excludẽdo cauſalitatẽ ſcdm oẽ genus cauſæ, & nõ tñ efficiẽtis aut materialis, ꝓpter qđ mod⁹ iſte in ſolis relatiuis inueniri videt̃. Terti⁹ est, quo illa, q̃ ex eodẽ gñe è diuerſo diuidunt̃ ad inuicẽ ſimul eſſe dicũtur, & declarãs qd ſit qđ dicit ſubdit, è diuerſo aũt alterutrũ diuidi dicunt̃ illa, quæ ſcdm eandẽ ſunt diuiſionẽ, ideſt oppoſita mẽbra eiuſdẽ diuiſionis vt volatile & aquatile reſpectu aĩalis, & pennatũ & nõ pennatũ reſpectu volatilis &c. Aduerte ꝙ ga ſimultas naturæ duo exigit, ſcilicet coexiſtentiã neceſſariã, & neutri⁹ ab altero preſuppoſitionẽ: & primũ horũ ſtat cũ prioritate naturæ, vt patet de ſubiecto & ꝓprio & ſortẽ ſedere, & veritate oĩonis, per ſcdm horũ, ſcilicet ꝙ negationẽ preſuppoſi-

ſuppoſitionis vtrinq; completur ratio ſimultatis naturalis. Et quoniam in ratione ſuperioris conueniunt omnia inferiora, ideo vterq; modus ſimultatis naturæ continet iſtas duas cõditiones, ita ꝙ quouis modo dicamus aliqua eſſe ſimul natura, affirmamus ea ſe inuicem comitari & negamus alterum ab altero præſupponi: & de primo quidem modo patet, de ſecundo autem ex eo manifeſtum eſſe poteſt ꝙ impoſsibile eſt genus diuidi per alterum membrum tantũ, & conſtat neutrum altero prius diuidere ipſum, quia eſſet tunc altero tantum diuiſum: duos tamen modos ſimultatis naturalis dixit Ariſtoteles, qa differunt in hoc quòd primus eſt ſine diſparitate naturalis nobilitatis, ſecundus autem eſt cum diſparitate naturalis nobilitatis, quoniam neutrum relatiuorum eſt altero nobilius, & diuidentium idem genus alterum ſe habet vt habitus & alterum vt priuatio, vt dicitur. 10. Metaphyſicæ propter quod modus iſte aliquid habet admiſtum prioritatis naturalis, ſi prius nobilitate naturæ, prius natura vocandum eſt: & hoc eſt verum loquendo de rebus, quæ diuidunt, propter quod diximus in ſolis relatiuis ſimultatem naturæ ſaluari, ſed conſiderando membra diuiſionis inquãtum diuidentia è diuerſo vnum &c. Simultas naturæ oĩno & purè ſaluatur, & ſic intelligẽdus eſt textꝰ præſens, cætera ex ſe clara ſunt &c.

De motu. CAP. IIII.

MOTVS autẽ ſpecies ſunt ſex: generatio, corruptio, augmentum, diminutio, alteratio, ſecundum locum mutatio. Alij itaque motus palam eſt, quòd alij abinuicem ſunt: non enim eſt generatio corruptio, neq; augmẽtum diminutio, nec alteratio ſecũdum locum mutatio, ſimiliter autem & alij. In alteratione verò habet quandam dubitationem: ne forte neceſſarium ſit id quod alteratur per aliquam reliquarum motionum alterari. Hoc autem non eſt verum: nam pene ſecundum omnes paſsiones, aut plures alterari non accidit, nulla aliarum motionum communicante: nam neq; augeri neceſſarium eſt quod per paſsionem mouetur, neq; minui: ſimiliter autem in alijs. Ideoq; erit alia præter illos motus alteratio: nam ſi eadem eſſet oporteret id quod alteratur, mox vel augeri vel minui, vel ſequi quandam aliarum motionum, ſed non eſt neceſſe: ſimiliter autem & quod augetur, aut alia aliqua mutatione mouetur, alterari oporteret, ſed ſunt quædam creſcentia, quæ non alterantur vt quadrangulum circumpoſito gnomone creuit quidem: alteratum verò nihil factum eſt: ſic & in alijs huiuſmodi: quare alij ſunt motus abinuicem. Eſt autem ſimpliciter quidem motui quies contrarium, his autem quæ per ſingula ſunt: generationi quidem corruptio, augmentationi quidem diminutio, ſecundum locum verò mutationi ſecundum locum quies: maximè autem videtur oppoſita eſſe ad contrariũ locum mutatio: vt ea quæ eſt inferius ei, quæ eſt ſuperius, & ea, quæ eſt ſuperius ei, quæ eſt inferius. Reliquo verò aſsignatorum motuum, nõ facile eſt aſsignare quid eſt contrarium: videtur autem nihil ei eſſe cõtrarium: niſi quis & in hoc ſecũdum qualitatem quietẽ opponat, aut in contrarium qualitatis mutationem: ſicut & in mutatione ſecũdum locum, quietem ſecundum locum, aut in cõtrariũ locum mutationem: eſt enim alteratio ſecũdũ qualitatem mutatio. Quapropter opponitur motui ſecundum qualitatem quies ſecundũ qualitatem, aut in contrarium mutatio qualitatis: vt album fieri adid quod eſt nigrum fieri, alteratur enim in contraria qualis mutatione facta.

IN hoc quarto capitulo de motu tria dicit, primò numerum ſpecierum, dicens eas eſſe ſex, quarum duæ primę ſunt mutationes ſecundum ſubſtantiam, duæ ſequentes ſecundum quantitatem: quinta ſecũdum qualitatem, vltima ſecũdum locum: has enim tantum ſpecies generales fama diſtinxit propter earum manifeſtã inſpectionẽ: diuerſitatẽ ſecundò prædictarũ ſpecierũ tradit dicens, alios motus, i. motus quos alios diximus ſpecifica alietate, palam eſſe ꝙ alij ſecundum veritatem ſunt, licet de alteratione dubitari poſsit ex eo ꝙ aliquis crederet alterationẽ nõ ſeparari ab alijs mutationibus. Sed hoc non inducat queſtionem: quia falſum eſt ipſam non inueniri ſine alijs motibus, vt patet de eo qui nigreſcit in ſolis aſpectu quieſcens ſecundum locum & alios motus: eſt ergo alteratio alius motus ab alijs. Et ſtat ratio in hoc, ſi alteratio eſſet idem motus cum alijs non poſſet ſeparari ab eis ſed poteſt ſeparari: ergo &c. Et quoniam ex ſeparabilitate concluſit diſtinctionem alterationis ab alijs, ne aliquis ex inſeparabilitate augmẽtationis ab alteratione concluderet augmentationem non eſſe diuerſam ab alteratione, ſed potius

potius ſpeciem vel modum eius. Addidit ſimile eſſe de augmentatione, ſcilicet quòd poteſt ſeparari ab alteratione, & dat exemplum in mathematicis de augmento quadrati circumpoſito gnomone: vocatur autem gnomon quadratũ ſuperdiametrum cõſiſtens cum duobus ſupplemẽtis: hoc eſt appoſito quadrato manifeſtè quadratũ maius cõſtituit, vt in hac figura patet.

Quadrati augmentum Gnomone circumpoſito.



Aduerte hic, ꝙ quia vt pluries dictum eſt ſecũdum famam loquitur Ariſt. ſecundum quam augmẽtatio extenditur ad omnem quantitatis additionem: qua res maior dicitur: ideo augmentationem abſq; alteratione fieri dixit, & cautè dedit exemplum in mathematicis vt vel ſic cognoſceretur, ꝙ ſecundum vulgus loquitur: ſi enim ſubtiliter de augmẽtatione dicendũ eſſet, ipſam inſeparabilem concederet, & modum arguendi prædictum ſophiſticum ſecundum fallaciam cõſequentis aperiret. Tertiò cõtrarietatem in motu inuentam aperit, extendens contrarietatem ad oppoſitionem quoq;. priuatiuam, quæ illius eſt radix, & motui in cõmuni quietem contrariã ponit, ſingulis verò motibus ſingulos motus & quietes, vt clarè patet in textu, in quo oĩa, quę dicunt, licet dubitatiuè dicãtur, qa adhuc nõ ꝓbata, ſunt tñ vera, vt in quinto phyſicorũ patet &c.

De habere. CAP. V.

HAbere autem multis modis dicitur. Aut enim tanquam habitum, & effectum, aut aliam quãlibet qualitatem: dicimur emẽ diſciplinã habere, atq; virtutem. Aut quãtitatem, quæ contingit ei qui habet magnitudinem: dicimur enim habere tricubitã magnitudinem, vel quadricubitam. Aut vt ea, quæ circa corpus ſunt: vt veſtimentum, vel tunicam. Aut in mẽbro, vt in manu annulum. Aut membrum vt manũ vel pedem. Aut in vaſe, vt in modio grana tritici, aut in lagena vinum. Vinum enim habere lagena dicitur, & modius grana tritici: hæc ergo omnia habere dicuntur vt in vaſe. Aut vt poſſeſsionẽ: habere enim domũ, aut agrum dicimur, aut etiam vir vxorem habere, aut vxor virum. Sed videtur alieniſsimus qui nunc dictus eſt modus eſſe eius quod eſt habere: nihil enim aliud vxorem habere ſignificamus, niſi quia cohabitãt. Forte tamen & alij quidẽ apparebũt modi eius quod eſt habere: ſed qui cõſueuerũt dici pene omnes numerati ſunt.

IN hoc vltimo capitulo enumerat quot modis dicamus aliquid habere rem aliquam, & quia ſermo ſuus eſt ſufficienter ex ſe manifeſtus ſecundum præſentem intentionem: in quinto nãq; metaphyſicæ ſubtilius hæc diſcutienda relinquuntur, ideo nihil addendum reor, diſtinctionem tamen inter habere Poſtprædicamentum, & habitum prædicamentum, & habitum primã ſpeciem qualitatis poſitam ſuperius in prædicamento qualitatis diligens Lector poterit nouitijs repetere. Et ſic tandem finitur præſens opus Die nona Ianuarij. Anno chriſtianę ſalutis milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octauo. in conuentu ſancti Appollinaris in ſuburbijs Papiæ. Quicquid igitur veritati contrarium, aut minus conſonum in his commentarijs alicui videbitur, quoniam mallem viuens aut reuocare, aut conſonum oſtendere quàm poſtmodum temere deſpici aut impugnari, Rogo dubitantes aut detrahentes, vt viuo tam in his quàm cæteris ſcriptis, & ſcribendis cõgredi velint ob veritatis exaltationẽ, & gloriã primæ ſummæq; veritatis. Ad cuius participationẽ media diui Thomæ doctrina trahere ſtudioſos oẽs viribꝰ totis nitimur &c.

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani ſuper prædicabilia Porphyrij & Ariſtotelis prædicamenta, Finis.

ARISTOTELIS STAGIRITAE,

PERIPATETICORVM PRINCIPIS POSTERIORVM ANALYTICORVM LIBER PRIMVS.

Cum Thomæ de Vio Caietani Card. S. Sixti acutiſsimis Annotationibus.

De Neceſsitate Demonſtrationis. CAP. I.

Vide ca. 18. li. 2. Poſt.

OMNIS doctrina: & omnis diſciplina intellectiua, ex præexiſtẽte fit cognitione. Manifeſtũ eſt autem hoc ſpeculantibus in omnibus. Mathematicæ enim ſcientiarum per hũc modum fiunt, & aliarum vnaquęq; artium. Similiter aũt & circa oſones & quæ per ſyllogiſmos & quæ per inductionem: vtręq; enim per prius nota faciunt doctrinam: illæ quidem arcipientes tanquàm à notis, illæ verò demonſtrantes vniuerſalẽ per id quod manifeſtum eſt ſingulare. Similiter autẽ & Rhetoricæ perſuadent: aut eñ per exempla, quod eſt inductio, aut per enthymema, qđ eſt ſyllogiſmus. Dupliciter aũt neceſſariũ eſt præcognoſcere, alia nãq; ꝙ ſunt prius opinari neceſſe eſt: alia verò ꝙd eſt qđ dicitur, intelligere oportet: quædã autẽ vtraq;: vt qm̃ omne quod eſt aut affirmare, aut negare verũ eſt, ꝙa eſt: triãgulũ autẽ ꝙ hoc ſignificat: ſed vnitatem vtraq; & quid ſignificat, & ꝙ eſt: nõ eñ ſimiliter horum vnũquodq; manifeſtum nobis eſt.

2. Cõcluſio.

3. Cõcluſio. Vide ca. 21. li. 2. Prio.

Eſt autẽ cognoſcere alia quidem prius cognoſcentem, quorundam autem ſimul accipere notitiam: vt quęcunq; cõtingunt eſſe ſub vniuerſalibus, quorum habet cognitionem. Quod enim omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis præſciuit: ꝙ verò hic, qui eſt in ſemicirculo triãgulus ſit ſimul inducens cognouit. Quorundam enim hoc modo diſciplina eſt & non per medium extremum cognoſcitur: quæcunque iam ſingularia contingunt eſſe, & non de ſubiecto aliquo. Ante autem quàm ſit inducere aut accipere ſyllogiſmum quodammodo quidem fortaſſe dicendum eſt ſcire, modo autem alio non: quod enim neſciuit ſi eſt ſimpliciter, hoc quomodo ſciuit, vt quod duos rectos habet ſimpliciter? ſed manifeſtum eſt ꝙ ſic quidem ſcit, ſimpliciter autem nõ ſcit. Si verò non, Mennonis ambiguitas accidet: aut enim nihil addiſcet, aut quę nouit. Non autem ſicut quidam nituntur ſoluere, dicendum eſt: nunquid ſciuiſti omnem binarium qui par eſt, aut non? dicenti autẽ attulerunt quendam binarium, quem non opinatus eſt eſſe. Soluunt enim non dicentes cognoſcere omnem binarium eſſe parem, ſed quem ſciunt, ꝙ binarius ſit. Et etiã ſciũt quidem cuius verè demonſtrationem habent, & cuius acceperunt, acceperunt autem non de omni cuius vtique ſciunt quòd triangulus, aut numerus ſit, ſed ſimpliciter de omni numero & triangulo: nulla enim propoſitio accipitur huiuſmodi: ꝙ quem tu noſti numerum, aut quam noſti lineam rectam, ſed de omni ſimpliciter. Sed nihil (vt opinor) prohibet quoniam eſt quod addiſcit ſcire, eſt autem ſic ignorare: inconueniens enim non eſt ſi ſcit quodammodo quod addiſcit, ſed ſi hoc modo, vt inquãtum addiſcit, & ſcit.

4. Cõcluſio.

Summa huius capituli hæc eſt.

1. Cõcluſio.

OMNIS doctrina & diſciplina intellectiua ex præexiſtente fit cognitione: probatur inductiuè in omnibus modis ſciendi. ſ. ſyllogiſmo, enthimemate, inductione & exẽplo & in omni gñe diſciplinæ: tam ſpeculatiuæ quàm practicæ: & tam ſciẽtificæ ꝙ opinatiuæ.

Secunda cõcluſio.

Præcognitio eſt duplex. ſ. quid: & quia: probatur à priori: quia præcognita ſunt tria. ſ. principia: ſubiectum: & paſsio. principia, quia ſunt, ſubiectũ quia eſt, & quid eſt, paſsio quid eſt: probaẽ à priori: quia non ſimiliter vnumquodq; horum eſt nobis cognoſcibile ad demonſtrationem.

Tertiacõcluſio.

Principia vniuerſalia prius tempore cognoſcũtur concluſione: principia verò ſingularia nota: in ipſa ſubſumptiõe ſub vniuerſalibus eſſe, ſimul tempore cum concluſionibus cognoſcũtur, prius tamen natura: probatur à priori, quia quorundã hoc modo diſciplina eſt.

Quarta cõcluſio.

Ipſa cõcluſio antequam ſyllogizetur eſt cognita ſecundum quid: ignota autem ſimpliciter: probatur deducendo ad impoſsibile: quia aliter redit ambiguitas Memnonis. ſ. aut nihil diſcere, aut ea quæ nouimus. Solutio enim dicentium non cognoſci omnia ſingularia cognoſcendo vniuerſale, ſed quæ nota ſunt eſſe ſingularia illius: falſa eſt. quia vniuerſale eo modo ſcitur, quo in demõſtratione aſſumitur, aſſumitur autem omne ſimpliciter: & non omne quod noſti, vel noui.

Series autem hæc eſt.

TRactatus de demonſtratione Ariſtoteles, quoniam demõſtratio quatuor quæſtiones habet ſicut & quodlibet ſcibile. ſ. an eſt, quid, quia eſt, & propter qd eſt, nec perfecta notitia rei ſine his haberi põt, in hoc primo capitulo an ſit demonſtratio, in ſequentibus verò vſq; ad ſextũ decimũ capitulũ excluſiuè, pertinentia ad quæſtionẽ quid eſt demonſtratio. Inde aũt vſq; ad finem primi libri pertinentia ad quæſtionẽ quia eſt. i. quaſi paſſiones demonſtrationis, puta finitatem, perfectionem, vnitatem, certitudinẽ, diuerſitatẽ &c. In ſecũdo demum libro de pertinentibus ad quæſtionẽ propter quid. i. de cauſis demõſtrationis. i. de medio, vſq; ad vltimũ capitulum excluſiue, & de dignitatibus in vltimo capitulo determinat, ſicque (vt Alexander dixit) demonſtrando docet demõſtrare. Quia verò idem eſt quærere & determinare in ſcibilibus, an aliquid ſit, & an neceſſe ſit illud eſſe, quia nihil tale ſuperfluũ, aut per accidens cõtingit eſſe, ſed aut non eſſe, aut neceſſario eſſe, ꝙa per accidens eſſe reputatur non eſſe in hmõi, ideo volẽs determinare demonſtrationẽ eſſe in hoc capitulo intendit oſtendere neceſsitatem ſyllogiſmi demonſtratiui: cuius neceſsitas (quia inſtrumentum eſt) ex eius fine, qui nihil aliud eſt, q̃ ſcientiæ generatio ſumenda eſt. Et vult declarare ſcientiã generari de nouo in nobis ex præexiſtente in nobis notitia, & cõſequẽter non eſſe nobis inditam, ſed aliunde infuſam: vt Socrates & Plato dixerũt, ſed demonſtratiuo diſcurſu ex noto ad ignotum acquiſitam: & cõſequenter ad ſcientiæ generationem neceſſarium nobis eſſe demõſtratiuũ ſyllogiſmum, de quo præſens liber tractat. Vnde ab ipſo fine inchoãs proponit diſciplinã intellectua-

Ex præexiſtenti cognitiõe.

lem ex præexiſtente in nobis cognitiõe generari. Deinde ad intentum deſcendens oſtendit quæ & quotuplex ſit iſta præexiſtens cognitio. Et quæ & quot ſint illa quæ præcognoſcuntur ante demonſtrationẽ (in ſecunda concluſione) Inde qũo in ipſo exercitio demõſtrationis principia, de quibus oportet præcognoſcere, ꝙa ſunt præcognoſcuntur diuerſimodẽ (in tertia concluſiõe.) Demũ qũo ipſa cõcluſio præcognita ſit, anteq̃ demõſtretur (quarta cõcluſiõe) inſinuat: & rñdet ambiguitati Platonicæ, excludẽs ſimul falſam quorũdã rñſionẽ. Et ſic notitia cõcluſiõis gñatur ex præexiſtẽte cognitiõe principiorũ ſubiecti, paſsionis, & ipſius cõcluſionis ſecundũ quid, præexiſtẽte dico ordine temporis, quo ad principia vniuerſalia: ordine autẽ naturæ tm̃ quo ad principia ſingularia.

CIRCA primam concluſionem aduertendũ eſt ꝙ ly: ex præexiſtenti cognitione, poſitum in prima cõcluſione non oportet gloſari. ſ. ſenſitiua, ſed indefinitè relinquendũ eſt. Et expectanda eſt expoſitio Ariſtotelis, quã ſubiungit in ſequentibus concluſionibus. Quod enim ab ipſo expoſitum eſt noſtram non expoſcit gloſam. Fuit autẽ adeo ſolicitus circa exponendã illam particulã reſoluendo vſque ad primas cognitionis radices, vt cùm hic proponat quid & quia præcognoſci, in ſecundo libro diligenter inueſtiget quomodo ipſum quid cognoſcitur & conſumet præſens opus declarãdo, quomodo ipſum quia fit nobis notũ.

Quot nam præcognitiones & præcognita ſint, & quibus præcognitionibus præcognitorum quodlibet ante ſcientiam præcognoſci oporteat.

CIrca ſecundam concluſionem. Ad euidentiã præcognitionũ & numeri earum, Aduerte ꝙ cum præcognitio non dicaẽ in propoſito quælibet cognitio alteram prędcedens, ſed ea tm̃ ex qua diſcurſus diſciplinalis fit: oportet præcognitionẽ omnẽ primæ, vel ſecundæ operationis intellectus opus eſſe: cùm aũt obiectũ primæ operationis intellectus ſit incõplexũ non dicens eſſe vel nõ eſſe, quod ſufficienter diuiditur per quid rei, & qd nominis, & obiectũ ſecũdæ ſit cõplexum verbaliter, in quo dr̃ eſſe vel nõ eſſe, quod ſufficiẽter diuidit per cõplexum ſignificans eſſe verũ, & ſignificans eſſe reale: cuncta cõplexus mira breuitate Ariſto teles præcognitiones oẽs reduxit ad duas. ſ. quid: & quia, ſub quid, quid rei, & quid noĩs, ſub ꝙa, & quia eſt, & quia verũ eſt (analogicè) cõprehendẽs. Rurſus quia non quodlibet quid: nec quodlibet quia diſcurſum quẽlibet facit, ſed limes aliqs eorũ eſt, ex ipſa quæ diſcurrendo inueſtigatur concluſione, ſumere oportet, cuius quid, & cuius ꝙa, præcognoſci neceſſe ſit. Concluſionem aũt quia concluſio eſt ex aliquibus principijs inferri neceſſe eſt & duos terminos in ſe habere. ſ. ſubiectum & prædicatum: quorũ coniunctio vel diuiſio infertur. Horum igitur trium præcognitiones illas oportet eſſe non vniformiter: quia vniforma non ſunt, neq; ſecundum ſe, nec vt cognita. Quia ergo

principia,ex quibus conclusio inferenda est complexa sunt, quæ vt sic non habent nisi esse verũ, ideo præcognoscẽda sunt tantum quia sunt. i. qa vera sunt. Subiectũ aũt quia incomplexum est: & vtrunq; quid habet & complexionem facit cum suo esse & independens est tam secundũ essentiã q̃ secundũ esse à sua passione, quæ prædicat in cõclusione, præcognoscio portet dupliciter. s. qd est, & quia est. Prædicatum autẽ quod passio vel per modum passionis se habens est, incomplexũ quidem ens est, & vtrunq; quid: & esse propriũ cum quo cõplexionẽ facit habet: sed qm̃ eius esse quæritur, & eius quid rei ante eius esse cognosci non põt solũ quo ad quid nominis cognosci oportet.

De principiorũ p cognitione.

CIRCA eandẽ secundã cõclusionem, quo ad id quod ibi dr̃, de præcognitiõe principiorum, aduerte quosdam minus bene intelligẽtes dicta à S. Tho. in expositiõe textus inficiari eius rõnẽ, quã reddit de hoc q̃ de principijs non præcognoscit quid. Ratio siquidẽ eius est, quia cõplexorũ non est diffinitio: principia aũt complexa sunt. Aiunt isti q̃ assignantes hanc rõnẽ à veritate deuiãt, qa in æquiuocatione laborant. Complexorũ em̃ nõ est diffinitio quid rei. Philosophus autẽ loquitur hic de diffinitione quid noĩs: quæ etiam cõplexis conuenit. Sed arguẽtes hoc modo, Aristotelis textum minus perspicaciter sunt intuiti. Falsum est siquidẽ q̃ Aristoteles hic coarctet se ad diffinitionem quid noĩs: licet de illa etiam loquatur. Vnde textus ait, Alia nanq; (quid est quod dr̃) intelligere oportet: vbi expresse apparet profunde speculantibus q̃ diffinitionẽ quid rei non excluserit dicẽdo q̃d̃ est quod dr̃. Quãuis em̃ cognoscere quid dr̃ sit solũ cognoscere quid noĩs: cognoscere tamẽ quid est id quod dr̃, nõ est præcise cognoscere qd noĩs, sed cõprehẽdit in se etiã quid rei: nec obstat expositio S. Tho. interpretãtis, quid est quod dr̃. i. quid significat nomẽ, qm̃ sermo Aristotelis præcedens est: & vtroque modo exponi põt. Et exponitur à S. Tho. hic & alibi: volẽte ex hoc textu q̃ de subiecto præsupponitur quid rei. Si em̃ vniuersaliter intelligatur quid noĩs, exponendũ est: si autem in demonstratiõe simplr̃ quid rei: tam subiectũ q̃ passiõis q̃nq; vt infra ostendet. Vnde Arist. de quid in cõi loquitur, cum duas præcognitiones statuit. s. quid, & quia: sicut etiã loquitur de quia in cõi: vt extendit se ad esse verũ, & ad esse simpliciter. Quia igitur de quid in cõi sermo est, & simpliciter loquendo, principia, quia cõplexa sunt, non habent quid, quia absolutè loquendo, nõ habent diffinitionem. Ideo Sanctus Thomas simpliciter dixit, quod de principijs non præcognoscit quid: quia complexa sunt & indiffinibilia. Amplius quia complexa, vt sic, quid noĩs propriè nõ habent, sat fuit diuo Thomę de cõplexis vt sic loquenti declarare, q̃ quid rei nõ habent: hoc enim declarato nullũ remanebit quid principiorũ præcognoscendum. Quod autem cõplexa vt sic propriè non habeant quid noĩs, patet: tum ex Boetij verbis hic dicẽtis quod quid significat, nõ in propositionibus totis accipitur, sed in terminis tm: tũ ex rõne, quam ibi innuit. s. q̃ propositio significat inesse aliud alij magis q̃ signat aliquid: tum ex aduersarijs dicentibus, q̃ cõplexa habent qd noĩs dupliciter, vel vt significant noĩe incomplexo, vt historia Troiana dr̃ Ilias, vel rõne terminorũ suorũ: liquet em̃ q̃ neutro istorũ modorũ ipsis cõplexis: vt sic quid assignat: sed rõne alicuius incõplexi. Amplius cum ex eadem radice cõplexis insit carere, quid rei & quid nominis, ex hoc. s. q̃ cõplexa sunt vt ex dictis patet. Assumens S. Tho. q̃ cõplexorũ nõ est diffinitio, & ideo de principijs nõ præcognoscit quid vtrũq; qd sufficiẽter excluſit.

Quæ dr̃ cognoscere est ipsum qd rei et attingere

E

G

Quæstiones Quatuor.

F

1 Num subiectum præcognosci oporteat quo ad quid nominis, vel quid rei.
2 Num subiectum præcognoscatur quo ad esse in rerũ natura, vel obiectiuum.
3 Num passio præcognoscatur quo ad quid rei, vel quid nominis.
4 Num quælibet scientia supponat suum subiectum esse.

CIrca eandem secundã conclusionẽ dubitatur quadrupliciter. Primò: an cum dicitur: de subiecto præcognoscitur quid intelligatur quid rei, an quid noĩs. Quòd enim intelligendũ nõ sit quid rei ex ipsius Aristotelis obseruatione videtur. In scientia enim de aĩa, cuius subiectũ est anima, inuestigat quid est anima, & non præsupponit. Nec põt dici q̃ hoc fecit: nõ inquãtum tradens scientiã de anima, sed indutus alterũ habitũ. Primò, quia cum diffinire animã sit philosophi naturalis, quia non abstrahit à materia sensibili, nõ erit facile fingere, ad quam partem naturalis philosophiæ hoc pertinet, si non ad scientiã de aĩa. Secũdò, quia ad missa hac fictione quid dicet ad id quod superius tactum est, q̃. s. in hoc opere, cuius subiectũ est syllogismus demõstratiuus, Aristoteles inquirit qd sit demõstratio? Præterea, Si ante demonstrationẽ oportet scire qd rei ipsi⁹ obiecti: oporteret dicere q̃ habemus quod qd est cuiusq; rei, de qua scimus aliq̃d demõstratiuè: hoc autẽ experimur falsum esse: multa em̃ de Luna, Sole, & Deo scimus, quorũ quod qd est ignoram⁹. In oppositũ est hic authoritas Porphyrij, Alberti, & sancti Thomæ.

2. de anima. Te. cõ. 6.

in. 1. c. 6.

Secundò dubitatur, an cum dicitur de subiecto præcognoscitur quia est, intelligatur de esse in rerum natura actualiter. Videtur enim q̃ sic, per rationem, quã ad hoc innuit Porphyrius: illud esse subiecti præsupponitur, quo substat passioni: sed subiectum non substat passioni nisi secundũ suũ esse reale in rerum natura, supponendo q̃ passio sit accidens (vt communis via tenet) ergo subiectum esse in rerum natura supponitur. Maior est euidens: ex eo q̃ tota ratio quare de subiecto præsupponitur esse, est quia substat passioni. In oppositum autem est primo q̃ scientia abstrahit ab esse actualis existentiæ: nam abstrahit à contingẽter accidenti, quale est esse actuale. Secundò qm̃ contin-

Secunda quæst.

contingeret q̃ scientia supponeret falsum: quoniam corruptis rosis ille qui iam acquisita scientia de rosis vtitur, si supponit rosam esse supponit falsum: quoniã rosa tunc secundũ veritatem nõ est.

tertia. q.

Tertiò dubitatur, an cum dicitur, q̃ de passione præcognoscitur quid, intelligatur quid nominis, aut quid rei. Videtur siquidem q̃ quid rei præcognoscendum sit, quia medium oportet esse præcognitum, sed medium est quod quid est passionis (vt dicitur in secundo huius.) ergo.

T. c. 27.

T.c.8.

In oppositum sunt verba Aristotelis in hoc loco dicentis, q̃ de passione præcognoscitur quid significat: & S. Tho. illa exponentis.

quarta. q

Quartò dubitatur, an omnis scientia supponat suum subiectum esse: an aliqua tantum.

Ad euidentiam horum. Primò declarandi sunt termini in dubijs assumpti. s. quid rei & quid nominis. Secundò sigillatim respondendũ est. Quid nominis: vt alibi diximus: nihil aliud est q̃ quidditas nominis: sicut quid rei est ipsa rei quidditas.

Super de ente & essentia in phemio.

Nominis autẽ cùm cognoscitur quidditas quãdo eius significatio innotescit. Rei autẽ quidditas, nõ nisi per essentialia omnia patefit. Vnde & proprium interrogatiuũ quid nominis est quid significat: ppriũ verò interrogatiuũ quid rei, est quid est. Differt ergo quid nominis à quid rei, quia cognoscere quid nominis, est cognoscere quid significat nomen. Cognoscere autẽ quid rei est, cognoscere quid est res significata per nomẽ. Et quia rei quidditas essentia est, quã entia tãtũ habẽt, & res nõ cognoscitur quidditatiuè nisi per suam diffinitionẽ explicantẽ eam à prima potentia vsq; ad vltimũ actũ, ideo quid rei entium tãtũ est, & vnico modo cognosci potest. Quia verò ad quid nomẽ referatur: vt signũ ad significatũ esse nõ oportet, & per cõmunia & accidentalia, & nutus, & signa, declarari põt, ideo q̃d nominis nõ entis esse põt, & incertos habet modos suæ manifestationis.

Decisio primę. q. T. c. tertio.

Ad primũ ergo dubiũ dicitur, q̃ demonstratio vt infra dicetur, est duplex: quædã à priori, & quę dã à posteriori. Si loquamur de scientia à priori, sic oportet cognoscere quid rei ipsius subiecti, quia q̃d quid est subiecti, est causa passionis, ad quam oportet vltimò resoluere demonstrationẽ, ppter quid, vt secũdo huius dicitur: & hoc expresse ponũt hic Porphyrius, Albertus, & S. Thomas. Si verò loquamur de scientia à posteriori, tunc sufficit quid nominis præcognoscere de subiecto: vtimur siquidẽ in talibus demõstrationibus effectu loco diffinitionis ipsius subiecti vt medio termino & causa in cognoscẽdo. Ad obiecta autẽ in oppositũ dicitur, q̃ cũ in qualibet scientia speciali vltra principia cõmunia cõplexa & incomplexa, quæ supponũtur in metaphysica, sint principia, ppria illi scientiæ, oportet scientiã secari in duas partes: in quarũ prima iactantur positiones cõplexæ & incõplexæ, in secũda verò inuestigantur passiones virtute illorũ principiorũ: cuius signũ euidẽter apparet in principio Euclidis. Et quia huiusmodi positiones si sunt incõplexæ, cognoscũtur prima operatione intellectus, si cõplexę sunt per se notę ideo oportet diuidere opus scientificũ in intellectũ cuius est cognoscere, quod quid est, & per se nota, vt in secũdo huius dicitur, & scientiam propriè dictã, quæ processu demõstratiuo acquiritur, & sic cũ vnum principiorum propriũ sit quod quid est subiecti, anteq̃ scientia generetur quidditas subiecti cognita est & per hoc patet respõsio ad vtrũq; obiectorũ & similia. Dico siquidẽ q̃ mos est Aristotelis positiões facere in libris suis, vt patet in prędicamẽtis & principio Perihermenias, & Primo Priorũ, & primo Physicorũ, & locis adductis: positiões aũt tales sunt ante scientiam & nõ pars scientiæ, sed scientiæ propria principia. Et ideo simpliciter cõcedendũ est q̃ Aristoteles regulam hãc obseruauit. Nec obstat q̃ in p̃dictis locis demõstratiuo discursu diffinitionẽ materialẽ per finalẽ inuestiget, aut cõcludat, qm̃ hoc est per accidẽs. Sicut em̃ primæ operationi intellectus per accidẽs miscetur secũda dũ diffinitio cõponendo partes eius cognoscitur, ita etiã eidẽ immiscetur tertia, dũ diffinitio applicat syllogismo discursuo ipsi diffinito: & qa in his quę sunt per accidẽs contingit falli sapiẽtes (vt in Elẽchis dr̃.) ideo habit⁹ in prędictis locis acquisit⁹ putat scientificus: sed re vera nõ est quia per accidẽs est per demõstrationẽ acquisitus. Ad vltimã verò obiectionẽ dr̃, q̃ de Sole, & Luna & huiusmodi nõ habemus scientiã à priori simpliciter, & ideo nõ est opus præcognoscere quod quid est ipsorum.

Vbi supra. T.c.8.

Ad scd̃m dubiũ dicitur, q̃ oportet præcognoscere subiectum esse in rerum natura actualiter: tẽporibus tamẽ suis, si subiectũ indiuidua nõ continua, sed scd̃m successionem habet, & hoc in scibilijs realibus: in rationalibus em̃ sufficit q̃ subiectum sit in esse obiectiuo, & similiter in nõ entibus. Causa autẽ huius est ratio facta dubitando, quæ cõfirmatur sic: illud esse præsupponitur de subiecto, quod de ipso in illa scientia non posse probari dicitur: sed tale est esse actualiter in rerũ natura: ergo. Maior patet ex eo, q̃ ideo dicitur nõ posse probari, quia hic ab Aristotele dicitur præsupponi. Minor aũt nec à proteruis negari potest. Ex ipso enim disputationis exercitio conuinci possunt. Cùm em̃ Cõmentator in tot locis ait, nullam scientiam probare subiectum suum esse: nec à priori nec à posteriori, quia præsupponit illud esse, clarum est q̃ loquitur de esse actuali actualiter in rerum natura, quia de substãtiarũ separatarũ esse loquitur, quod probat octauo Physicorũ de illis. Quãdo ergo vertitur in dubium Commentatoris dictũ, quod ex ista Aristotelis propositione Commentator acceptũ asserit cõtra Auicẽnam, de esse subiecto actualiter in rerum natura locutio est. Si dicatur q̃ secus est de substantijs separatis & de alijs, quia illæ perpetuæ sunt, & in perpetuis non differt esse & posse, vt dicitur in Tertio Physicorum: & consequẽter præsupponere de eis posse existere: perinde est ac præsupponere existere: hoc nihil obstat. Primò, quo-

Secundæ q. ẽcisio.

Prio Phy. c. vlti. secundo. phy. c. 26 duodecimo. Met. cap. 6. Te. c. 45 & 46. ibi dẽ. te. cõ. 78. & 83 te. cõ. 53 vbi sup. T. c. 32.

niam formaliter differunt etiam in perpetuis esse
& posse, licet non duratione, & cõsequenter quo-
que dicatur q̃ præsupponitur esse, & non dicitur
præsupponitur posse esse oportet formaliter lo-
quendo, vt Aristoteles consueuit de ipso posse vt
induit ipsum esse loqui, & non è cõuerso. Secũdò
q̃m licet particularia horum inferiorũ corrumpã
tur & intelligentiarum perpetuentur, vniuersalia
tñ vtrorũq;, de quibus tantũ per se sunt sciẽtiæ &
demonstrationes & diffinitiones, perpetua sunt,
& non differt in eis esse & posse, q̃m illa proposi-
tio, in perpetuis &c. cum ex perpetuitatis vi for-
maliter necessaria sit, in oĩb⁹ perpetuis tenet, quo
fit vt propositio illa magis faueat proposito q̃ ad
uersæ opinioni. Vnde propriã vocem ignorãt &
Capit. 2. negant qui dicũt, q̃ de subiecto non præsupponi
tur esse in rerum natura, & Cõmentatori nihilo-
minus expresse cõtra dicunt in dictis locis, & hic
dicenti, de subiecto q̃ præcognoscitur q̃ ipsa res
Te.c.24. sit inuenta. Clara enim luce patet assuetis in do-
ctrina eius, q̃ rem inuentã esse apud ipsum nihil
aliud est q̃ rem esse. Amplius cũ esse (Quinto Me-
taphysicæ) sit duplex. s. actualis existẽtiæ, & quod
significat veritatẽ propositionis: aut ista cõclusio:
de subiecto præsupponitur quia est, intelligit de
esse actualis existentię actualiter, & habetur intẽ-
tum, aut potẽtialiter, vt sit sensus: de subiecto præ
supponitur quia est. i. quia põt esse, seu non repu-
gnat esse, quod idem est: q̃a (non repugnantia) po
tentia Logica est, & hoc nõ primò, quia sic posset
dici q̃ de passione præsupponit q̃a est. i. quia põt
esse, & sibi non repugnat esse. Quis em̃ faciens de
monstrationẽ demonstrat de aliquo passionem,
quã non supponat possibilẽ vt sit? Nullus siquidẽ
conatur ad cognoscendũ esse, quod impossibile
putat esse: secundo quia glosa hæc destruit textũ.
Cùm enim à cõposito ex aliquo termino, & eius
cõditione diminuente, nõ liceat inferre illũ termi
num simpl̃r, ex hoc quod dico, quia põt esse, seu
non repugnat esse, non licebit inferre q̃a est, quia
potẽtia est conditio diminuẽs, vt Cõmentator di-
Cõm. 15. cit Quarto Metaphysicæ Cõmento. 15. Et conse-
quenter ex veritate illius glosæ non sequetur veri
tas textus dicentis, q̃ oportet de subiecto præco-
gnoscere quia est. Aut ergo glosa nõ recta est, aut
Aristoteles malè dixit, aut intelligit de esse quod
signãt veritatẽ propositionis, & hoc in idem redit
cum prioribus, quia fundamentũ veritatis est esse
rei. Quod si fingas q̃ de subiecto præsupponit q̃a
est. i. quia est tale, de quo aliq̃d possit demonstra-
ri, eisdẽ rõnibus refellitur: hoc em̃ modo propor-
tionaliter loquendo, & de passione præsupponit
quia est, q̃a demonstrator supponit eam esse talẽ,
quæ possit de aliquo demonstrari: aliter nõ assu-
meret ipsam vt extremũ demonstrabile, & condi
tio minuẽs non eripitur per hoc. Ad primã obie-
ctionẽ autẽ in oppositũ dicitur, q̃ scientia abstra-
hit ab esse actuali existentiæ in particulari, & non
ab existẽtijs in cõi, nec à suppositione existentia-

rum. Duæ siquidẽ quæstiones de rerum existẽtijs
quæruntur. s. an est, & quia est. Et certũ est q̃ quæ
stiões sunt æquales numero his quæ verè scimus,
vt in secundo dicitur. Quomodo aũt esse contin-
genter & quomodo non contingenter adsit reb⁹, Te.cõ.1.
in principio secundi declarabit̃. Non acceptetur
aũt interim, esse ita contingenter adiacere rebus,
q̃ scientiã subterfugiat. Ad secundã verò dr̃ q̃ sec⁹
est in acquisitione scientiæ & in vsu eius: in acqui
sitione em̃ oportet subiectũ esse in rerũ natura, vt
generet sui scientiã in nobis, q̃m nihil agit nisi sit,
in vsu aũt acquisitæ scientiæ cessat hæc causa, sed
remanet alia, quæ cõis est acquisitioni & vsui. s. q̃
oportet subiectum entis rationẽ habere: null⁹ em̃
quærit nõ entis passiones, entis autẽ ratio non ali
ter habetur ab aliquo q̃ per esse, q̃m ens esse signi
ficat (vt in secũdo dicet Aristoteles cap. 6.) & ideo Tex.c.7.
oportet supponere subiectũ esse. Nec est falsum
subiectum esse propter hoc q̃ actualiter non est, circa.t.c.
q̃m non supponitur ipsum esse nunc vel tunc, sed 12.
esse tẽporibus suis, sicut & cõclusiones demõstra- Cap. 10.
tionis perpetuas, hoc modo dicemus infrà. Nec no.vl.
obstat si recurratur ad Destruat Deus &c. q̃m ad
huc verè supponeretur subiectum esse, eo q̃ sup-
poneretur esse tempore suo, subtractis talis casus
imaginarij impedimẽtis: vnde ex dictis iam pate
re põt q̃ nihil aliud intendit Aristoteles per hoc
quod dixit, q̃ de subiecto præsupponitur q̃a est,
nisi quod oportet subiecto in demonstratiõe vti,
supposito q̃ sit, seu ac si esset: cuius signum est, q̃
siquis quærat centauri scientiã cum inuenerit ip-
sum non esse, desistet: & si vellet vltra progredi ad
inuestigandas proprietates significati per cẽtauri
nomen vteretur centauro ac si esset, & sic ad vlte-
riora procederet supponendo subiectum esse.

Ad Tertium dubiũ dicitur prænotando duo. Tertię. q.
Primum est, q̃ licet quid rei, & q̃d nominis forma Decisio.
liter sumpta plurimũ differant (vt suprà ostẽsum
est) materialiter tamen coincidere possunt, vt pa-
tet cùm ad quid noĩs rñdetur per essentialia pro-
pria: vnde & contingit quandoq; q̃ ipsa diffinitio
quodãmodo quidditatiua non habet rõnẽ quid
rei, sed quid noĩs: quod sic manifestatur, sicut res
se habet ad esse, ita se habet ad cognosci ex Secun Tex.c.4.
do Metaphysicæ. Diffinitio autẽ quid rei non est
nisi eorum quæ sunt, quia entiũ realiũ tm̃ est: igi-
tur diffinitio alicuius nõ cognoscit̃ sub rõne quid
rei, nisi cognoscatur illud esse. Et ideo si aliqua res
sit ignota quo ad suũ esse, & haberetur eius diffi-
nitio qualis tunc põt haberi, diffinitio illa habet
rationem quid noĩs & nõ quid rei. Vnde & quæ-
stio an est præcedit quæstionẽ quid est. Secũdum
notandum est, q̃ demonstratio in proposito est
duplex: quædam terminãs quæstionem quia est,
& quædam terminans quęstionem propter quid Cap. 13.
tantũ, vt infrà dicetur. Differunt autem in propo circa tex.
sito hæ demonstrationes: quia per primam scitur Cõm. 13.
passionem inesse subiecto, in secunda verò præco
gnoscitur passionẽ inesse subiecto: quia quæstio

quia est præcedit quæstionem propter quid, & A
scitur per eam causa, propter quam inest talis pas
sio, vt patet in inuestigatiõe causæ eclipsis, quam
Lunæ inesse videmus.

His præsuppositis dicitur ad dubiũ cum distin
ctione, q̃ in demonstratione terminante quæstio
nem, quia est passionis de suo proprio subiecto:
impossibile est præcognosci quid rei (passionis)
formaliter loquendo. i. sub rõne quid rei: q̃a cùm
passionis esse sit subiecto inesse, & ante demõstra
tionem ignoretur ipsam inesse, ignorabit̃ ipsam
esse, & consequenter eius quid rei, quod entis tm̃
est. Potest tm̃ præcognosci aliquo modo eius quid
rei materialiter sub rõne quid noĩs, quod assumet̃
vt mediũ in demonstratione. In demonstratione
aũt terminante quæstionẽ propter quid tm̃ nihil B
prohibet præcognosci, quid rei ipsius passionis:
quia ipsius esse præcognitũ fuit. Et similiter in de
monstratione terminante q̃a de non proprio sub
iecto, sed parte subiecti, q̃m iam ipsum inesse præ
cognitum est, & quid est. Ad obiecta ergo dicit̃, q̃
diffinitio passionis, quã contingit esse mediũ in
demõstratiõe & oportet esse præcognitã, est diffi
nitio quid noĩs formaliter, quæ tm̃ aliquo modo
materialiter est quid rei. Et ideo notanter S. Tho.
dicens hic q̃ anteq̃ sciatur de aliquo an sit nõ põt
sciri propriè de eo quid est, apposuit illud verbũ
propriè: & hoc loquendo de demonstratione ter-
minante quæstionẽ quia est: quia (vt dictũ est) in
ea, quæ terminat q̃onem ,ppter quid, medium est
diffinitio quid rei ipsius passionis, vt in secũdo hu C
ius dr̃. Et hanc distinctionẽ diligẽter notato. Si vis
intelligere diuersa Aristotelis & S. Tho. dicta.

Te.cõ.8. t.c.25.fi. Quartum dubium quia exigit discussionem
quæstionis an est, in principio secundi libri Deo
fauente soluetur.

1. Cur de passione non præcognoscitur quia.
2. Cur de passione non præcognoscitur quid rei.

CIrca dicta S. Tho. in expositione eiusdẽ secun
dæ conclusionis, duplex dubiũ occurrit. Pri-
mum est circa causam assignatã quare de passiõe
Capit. 1. non præcognoscitur quia. Dicit em̃ hoc esse pro-
dubio. 8. pterea, q̃m esse ipsius passionis per demonstratio
nem quæritur: videtur enim q̃ hoc quod assigna
tur pro causa non sit vniuersaliter: q̃m experimur
non cognoscere passionẽ esse, & quærimus per de D
monstrationem an talis passio insit tali subiecto.
Constat aũt q̃ tũc nõ quæritur esse ipsius passio-
nis, sed tantũ inesse eius huic: non ergo incõuenit
præcognoscere passionẽ esse: nec est causa quod
de passione nõ præcognoscitur quia est, q̃m esse
ipsius concluditur. Assumptum quo ad primam
partem declaratur (quoniam quo ad reliqua cla-
rum est) quando quærimus an terra sit rotunda,
an cœlum sit sphæricum. Iam nouimus: rotundi-
tatem esse in rerũ natura, & nihil aliud inquirim⁹
nisi an rotũditas insit terræ, sphæricitas cœlo &c.

Secundũ dubium. Secũdum dubium est circa causam assignatã:
quare de passione non præcognoscitur quid rei:
dicit em̃ hoc esse, q̃m passiõis esse est inesse & ante
demõstrationẽ ignorat̃ ipsam inesse, & cõsequen-
ter ipsam eẽ, & cõsequẽter q̃d est, q̃m quæstio q̃d
est p̃supponit q̃onẽ an est. Accidit em̃ hic dubiũ.
Tũ q̃a vt deductũ est: nõ sequit̃, nõ præcognoscit̃
passionẽ inesse tali subiecto, ergo non p̃cognoscit̃
ipsam esse. Tũ q̃a alia quæstio est quæstio an est,
& alia quia est, vt patet in principio secũdi. Et pro Tex.c.1.
pterea dicet quispiã, q̃ de passione quærit̃ q̃a est,
& præcognoscitur an est. Et consequẽter quid est,
& sic ratio. S. Thomæ non concludit intentum.

Ad primum horũ dicitur, q̃ de passione cõtin-
git loqui dupliciter. Vno modo materialiter. i. ,p
re illa, quæ est passio ,pbãda de tali subiecto. Alio
modo formaliter. i. pro re vt est passio. Primo mo
do non inconuenit passionẽ præcognitam esse q̃
sit: sed nihil obstat dictis S. Tho. eo q̃ de passione
formaliter loquebat̃. Secundo aũt modo sumpta
passio vt passio: subiectũ nõ quodcũq;, sed ,ppriũ
respicit & aliud esse: vt sic nõ habet nisi inesse ,p-
prio subiecto: & impossibile est ipsam præcogno
scere esse ante demonstrationẽ terminãtem quæ-
stionẽ quia est: vt dictũ est: q̃m tale inesse querit̃.
Et quia S. Tho. (iuxta cõsuetudinẽ suã) formaliter
loquebat̃, ideo dixit: q̃ quia esse ipsi⁹ passiõis que
ritur nõ præcognoscit̃. Secũdò dr̃ q̃ S. Tho. atten
dens his, quæ per se cõcurrunt ad præcognitionẽ
ob ea quæ per accidẽs immiscent̃ à rectitudine re
gulæ vniuersalis credere noluit. Cõstat em̃ q̃ de-
mõstratiõi nõ cõtingẽter euenit q̃ præcognoscat̃
de subiecto: q̃d & q̃a: & de passiõe q̃d: & de princi
pijs quia: q̃m ex his ,pcedit demõstratio necessa-
riò. Accidit aũt demonstrationi: q̃ passionẽ præ-
cognoscat̃ esse: non em̃ vis demõstratiõis hoc exi
git, sed potius oppositũ: q̃m hoc est ,ppriè p eam
quæsitum: q̃m igitur per se loquendo demonstra
tio passionis esse quærit: & per accidẽs præsuppo
nit ipsam esse: ideo de ea non præsupponit q̃a est.

Ad secundum dicitur: q̃ ad habendũ quid rei 2. Dub.
passionis: non sufficit qualitercũq; cognoscere ip sol.
sam esse: sed oportet cognoscere passionẽ inesse
primo subiecto: quoniã ex principijs primi subie
cti causatur & diffinitur, & ideo valet in proposi-
to, non cognoscitur ipsam inesse primo subiecto:
ergo nec ipsam esse, ita sufficienter q̃ posit habe-
ri quid rei. Ad id verò quod additur de quæstioni
bus an est & quia est: dicitur, licet distinctæ sint:
dato etiam q̃ quæstio an est: etiã quærat de pas-
sione nihil aliud sequitur q̃ q̃ cõtingit præcogno
scere passionẽ esse: non tamen taliter: q̃ sufficiat
ad diffinitionem quid rei. Quòd aũt S. Tho. idem
videatur intelligere hic per quæstionẽ an est pas-
sionis: & quia est: nihil obstat: quoniam verũ est
de passione vt passio est. Sed de his in principio se
cundi, erit amplior sermo. Nũc sat sit hæc dixisse.

Conclusio quomodo ante demonstrationem
sit præcognita.

CIrca quartam cõclusionẽ & eius probationẽ Cap. 1. fa
aduerte q̃ Aristoteles tangit duas extremas p. T. c. 1.

opiniones: circa præcognitionē concluſionis quā quærimus: & ponit ſe medium. Prima fuit Socratis & Platonis dicentiū: concluſiones ſimpliciter præcognoſci. Secunda fuit quorundā: quorū nomina nō inueni, dicentiū concluſiones nullaten⁹ præcognoſci. Media aūt eſt Ariſtotelis dicētis: cōcluſionem virtualiter quidē præcognoſci, actualiter verò ſeu ſimpliciter ignorari. Primam opinionē tetigit Mēnonis ambiguitatē ponens ſecundā rīſionem quorundā falſam adijciens, mediam verò ſubiūxit. Et nota q̄ licet prima opinio ponēs: nos aut nihil diſcere: aut ea quæ nouimus: multis fulta ſit ratiōibus: quas habes in Alberto, ab Ariſtotele tm̄ vna adducta eſt: quia illā Logici negotij eſt diſſoluere: & in eius falſa ſolutione, alteram cōfutat opinionē: & illius ſolutio vera, ſua directè opinio eſt, & ſatiffacit directè alteri Logico fundamento illius opinionis, quod eſt tale. Concluſio, quā quærimus: aut eſt nobis nota: aut non: ſi nota, ergo diſcimus ea, quæ nouimus, ſi ignota, ergo cum inuenerimus eā neſciemus nos ſcire illā: & cō ſequēter nō ſciemus: & ſi ſic, ergo nihil diſcimus. Cōſequentia patet exēplariter de quærente ſeruū fugitiuū: ſi enim illum non nouit, cum inuenerit neſciet ſe inueniſſe. Hæc inquā oīa ſoluunt dicendo: quòd cōcluſio ſic quidē præcognoſcit. i. ſecundum q̄d: ſimpliciter aūt non. Nec intelligas p̄ hāc ſolutionē: quod concluſio præcognoſcit in potentia & neſcit in actu: hic em̄ non eſt intellectus Ariſtotelis: qm̄ ſecundū hunc ſenſum; nō deijciuntur aduerſariorū rōnes: non em̄ ſufficit ad notitiā ſeruī fugitiui & ſimiliū, cognoſcere ea in potentia: quia hoc nihil aliud eſt q̄ poſſe illa cognoſcere, vt patet. Et ſimiliter ſecunda opinio, quā impugnat expreſſe hic Ariſtoteles non dicebat concluſionē ita ignotā q̄ non poſſet cognoſci q̄a ponebat cōcluſionē illam oīno impræcognitā poſtmodū cognoſci: ſed intelligendū eſt per hanc ſolutionē q̄ cōcluſio eſt præcognita virtualiter: non aūt cognita ſimpliciter. Cognoſci em̄ virtualiter plus eſt q̄ cognoſci potentialiter, ſicut eſſe hoīem plus eſt q̄ eſſe aīal. Dicitur autē cognita virtualiter, quia eſt cognita in eius principijs, in quibus virtualiter cōtinetur concluſio: ſicut in ſuis cauſis. Et tāto perfectius virtualiter cognoſcit, quāto principia p̄pinquiora ſunt cōcluſiōi. Quod aūt hic ſit verus ſenſus: patet ex oībus antiq̄s expoſitorib⁹. Et ex hoc q̄ ſic oībus prædictis ſatisfecit Ariſtoteles. Sufficit em̄ ad notitiā cōcluſionis principia eius cōplexa & incōplexa, de q̄b⁹ dixim⁹ q̄ oportet præſupponere q̄d, & q̄a cognoſcere, q̄d ſecūda opinio nō aduertit, & ſic ad eius notitiā ſimpliciter p̄cedere.

Si cōcluſio eſt p̄cognita, qūo non ſint quatuor p̄cognita.

CIRCA quartam concluſionē dubitatur ſic. Concluſio eſt aliquo modo cognita ante demonſtrationē: ergo p̄cognita non ſunt tria tm̄: ſed quatuor. ſ. principia, ſubiectū, paſſio, & concluſio, & cōſequenter ſufficienter determinatū eſt de præcognitis: Antecedens eſt ipſa quarta cōcluſio. Cōſequentia aūt valde euidens eſt ex eo quod cōcluſio, neq; principiū, neq; ſubiectū, neq; paſſio eſt, ſi em̄ nihil horū eſt, & præcognoſcit, quartū præcognitū eſſe oportet. Ad euidentiā huius dubitationis ſciendū eſt, quòd ad hoc quod aliquid (abſolutè loquendo) poſſit dici cognitum, exigit̄ q̄ ipſum cognitionem terminet primò vel ſecundario. i. ſit primò terminans actum cognoſcendi, vel ſit conterminans illū, ſicut ſpeculū eſt primū terminans actū videndi: ſpecies aūt in eo eſt cōterminans eandē viſionem: vnde ſi aliquid in ſeipſo cognoſcat cognitū abſolutè dicendū eſt, ſi autē cognoſcatur in alio (abſolutè) nec cognitū, nec incognitum dicendū eſt. Sed videndū eſt quomodo in alio cognoſcat. Si em̄ alio cognoſcit, ita quod cum illo terminet etiā ipſum cognitionē illā, tunc abſolutè dicendū eſt illud cognitū eſſe, licet ſecūdario. Si aūt in alio cognoſcitur, ita quod illud, in quo cognoſcit, terminet cognitionē & ipſum nō cōterminet illā, tunc abſolutè fatendum nō eſt, id quod in alio cognitū dī, cognitū eſſe, ſed cum additione diminuente cognitum eſſe quodāmodo, vel ſecundū quid, vel virtualiter, vel aliqua hmōi cōditione. His prælibatis dī ad dubiū, q̄ quia præcognitū oportet eſſe cognitū. Et concluſio dī præcognoſci aliquo modo, quia principia ſua cognoſcunt, & nō ideo, q̄a actū præcognitionis cōtinet in principijs, q̄a ſic eſſet cognita ſimpl̄r & excellētiſſimo modo, cōſequēs eſt q̄ cōcluſio nō ſit dicenda ſine additione aliqua præcognita ſed cū conditiōe diminuta dici debet præcognita aliquo modo, ſeu ſecundū quid. Ad formam rationis negatur conſequentia. Cōmittitur ſiquidem in illo proceſſu fallacia à ſecundū q̄d, ad ſimpliciter: præcognita em̄ enumerata ſunt præcognita abſolutè. i. abſq; additione aliqua. Concluſio aūt (vt ex dictis) patet nō eſt p̄cognita abſolutè, & ideo eorū numerū non ingreditur, nec in ſufficientē arguit.

De diffinitione demonſtrationis. CAP. II.

1. propoſitio. Vide. 2. Phy. c. 3.

SCire autem opinamur vnum quodq; ſimpliciter, & non Sophiſtico modo, qui eſt ſecundū accidens, cùm cauſam arbitramur cognoſcere propter quam res &, q̄ illius cauſa eſt, & non contingere hoc aliter ſe habere. Manifeſtū igitur q̄ tale aliquid ſcire eſt, nanq; eſt non ſcientes & ſcientes: hi quidem opinantur ſic ſe habere, ſciētes autem & habent cauſam. Quare cuius ſimpliciter eſt ſcientia hoc impoſsibile eſt aliter ſe habere. Siquidem igitur & alius eſt ſciendi modus dicendum poſterius. Dicimus autem ſcire & per demonſtrationem intelligere: demōſtrationem autem dico ſyllogiſmum apodyticō *. i. faciētem ſcire, ſed

2. propoſitio. 3.

*à. I. epiſtemonicon, vel ſciētialē.

ſed apodyticō dico ſecundum quem in habēdo ipſum ſcimus. Si ergo eſt ſcire (vt poſuimus) neceſſe eſt demonſtratiuā ſcientiā eſſe ex veris, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & cauſis cōcluſionis: ſic enim erunt propria principia eius quod demonſtratur. ſyllogiſmus quidem erit & ſine his, demonſtratio autē nō erit: non enim faciet ſciētiam: verum quidem igitur oportet eſſe: quoniam non eſt ſcire quod non eſt, vt quod diameter cōmenſurabilis. Ex primis autem in demonſtrabilibus eſt eo quòd non ſciet non habens demonſtrationem ipſorum. Scire enim eſt quorum demonſtratio eſt, & non ſecūdū accidens habere demonſtrationem. Cauſas quoque & notiora oportet eſſe, & priora cauſas quidem, quoniam tunc ſcimus cum cauſas cognoſcimus: & priora, ſi verè cauſæ ſint, & notiora non ſolum altero modo intelligendo, ſed & in ſciendo quod ſunt. Priora autem & notiora dupliciter ſunt: non enim idem eſt prius natura & ad nos, neq; notius natura eſt nobis notius. Dico autem ad nos priora & notiora proxima ſenſui: ſimpliciter autē priora & notiora, q̄ longius ſunt. Sunt aūt longiora quidem vniuerſalia maximè, proxima autē ſingularia: & opponūtur hæc adinuicem. Ex primis autē eſt quod ex proprijs principijs: idem enim dico primū & principium, eſt autem principium demonſtrationis propoſitio immediata. Immediata autem eſt qua non eſt altera prior. Propoſitio aūt eſt enunciationis altera pars vnū de vno. Dialectica ſimiliter eſt accipiens vtramuis. Demonſtratiua autem determinatē alterū, qm̄ verum eſt. Enunciatio aūt eſt contradictionis vtrauis particula. Contradictio aūt eſt oppoſitio cuius nō eſt medium ſecundum ſe. Pars autem contradictionis quæ quidem aliquid de aliquo eſt, affirmatio, quæ verò eſt aliquid ab aliquo, negatio: immediati autem principij ſyllogiſtici poſitionem quidem dico, quā non eſt monſtrare, nec neceſſe eſt habere aliquem docendum, quam verò neceſſe eſt habere quemlibet docendum dignitatem vel maximam propoſitionem. Sunt enim quædam hmōi, hoc enim maximè in huiuſcemodi conſueuimus nomē dicere. Poſitionis autem quæ quidē eſt quālibet partem enunciationis accipiens, vt dico aut quidē eſſe aliquid, aut non eſſe, ſuppoſitio eſt, quæ verò ſine hoc diffinitio eſt: diffinitio enim poſitio quidē eſt: ponit enim Arithmeticus vnitatē hoc indiuiſibile eſſe ſecundū quantitatē: ſuppoſitio enim non eſt: nam quid eſt vnitas & eſſe vnitatē nō idem eſt. Quoniā aūt oportet ſcire & credere rem in hmōi habendo ſyllogiſmum, quem vocamus demonſtrationē: eſt autē hoc ea ſcire, ex quibus eſt ſyllogiſmus: neceſſe eſt nō ſolum præcognoſcere prima, aut oīa, aut quædā, ſed etiā magis. Semper enim propter quod eſt vnūquodq;, illud magis eſt: vt propter quod amamus illud amicum magis eſt. Quare ſiquidē ſcimus per prima & credimus, illa ſcimus magis & credimus, q̄m propter illa & poſteriora: non aūt poteſt credere magis quæ ſcit quę non contingunt, neq; ſciens, neq; melius diſpoſitus q̄ ſciēs. Accidit aūt hoc niſi aliquis præcognouerit per demonſtrationē credentiū. Magis em̄ neceſſe eſt credere principijs aut omnibus, aut quibuſdā q̄ cōcluſioni. Magis aūt debentē habere ſcientiam per demonſtrationē, nū ſolum oportet principia magis cognoſcere & magis credere ipſis q̄ ei quod demōſtrat, ſed neque aliquid ipſo credibilius eſſe: neq; notius oppoſitis principijs, ex quibus erit ſyllogiſmus cōtrariæ deceptionis: ſiquidem oportet ſcientem non incredibilem eſſe.

Cōcluſio principalis.

Subdiuiſio.

Cōcluſio

Secundo Metaph. tex. 4.

Diſtinctio.

Vide. 10. Metaphyſi. 7.

Diuiſio.

Summa huius capituli hæc eſt.

Pria propoſitio.

SCire ſimpliciter arbitramur, rē per cauſam cognoſcere, ppter quā res eſt, & q̄m illius eſt cauſa, & non eſt contingere aliter ſe hoc habere. Declarat̄ à ſigno q̄a oēs ſic ipſius ſcire nomine vtunt̄.

Cor. 2.

Simpliciter ſcibile eſt neceſſarium.

3.

Scire vocamus, intelligere per demōſtrationē.

Demonſtrationem vocamus ſyllogiſmum apodyticon: id eſt facientem ſcire.

Cōcluſio principalis.

Demonſtratiua ſcientia eſt ex veris, & primis, & immediatis, & notioribus, & prioribus, & cauſis concluſionis: probatur à priori. Ex ſupradicta diffinitione, quia aliter non faceret ſcire &c.

Ex veris. probatur à priori, quia quod non eſt, non eſt ſcire &c.

Ex primis & immediatis: probatur à priori, qa non ſciet &c.
Ex cauſis: probatur à priori, quoniam tunc ſcim⁹ cum cauſas &c.
Ex prioribus: probatur à priori, quia ex cauſis.
Ex notioribus, vtroq; modo. ſ. quo ad quid, & qa probatur à priori, quia ex cauſis.

Diſtinctio. Priora & notiora dupliciter ſecundum naturam, vt remota à ſenſibus, vniuerſalia. ſ. & quo ad nos, vt proxima ſenſui, ſingularia. ſ. Principiũ demonſtrationis eſt propoſitio immediata. Immediata eſt, qua non eſt altera prior.
Propoſitio eſt vnũ de vno, enunciatiõis altera ps.
Dialectica ſimiliter eſt accipiens quãlibet partem.
Demõſtratiua determinat alterum, qm̃ verũ eſt.
Enunciatio eſt contradictionis quælibet pars.
Contradictio eſt oppoſitio: cuius non eſt mediũ ſecundum ſe.
Pars cõtradictiõis ẽ duplex, affirmatio & negatio.

Diuiſio. Immediati principij, aliud ẽ poſitio, aliud dignitas: & aſsignatur differentia iſta à poſteriori, quia quemlibet docendum neceſſe eſt habere dignitatem, non poſitionem.

Subdiuiſio. Poſitionis alia eſt ſuppoſitio, alia diffinitio. Et aſsignatur differentia inter iſta à priori: quia non eſt idem vnitas, & vnitatem eſſe.

Cõcluſio Principia demonſtrationis oportet non ſolum prægnita eſſe, ſed magis cognita nobis quàm concluſio ſola demonſtratiõe nota: probatur dupliciter. Primò oſtenſiue à priori, quia propter quod vnumquodque &c. Secundò deducẽdo ad impoſsibile, quia neque ſciens, neque melius diſpoſitus quàm ſciens &c.

Oppoſita principijs demõſtratiõis oportet eſſe notiſsima & certiſsima nobis in falſitate: ꝓbaꝛ à priori, quia oportet ſcientẽ nõ incredibilem eſſe.

Series autem hæc eſt.

INTENDENS in hoc capitulo diffinire demonſtrationẽ tria facit. Primò præmittit tres diffinitiones qd noïs: duas ipſius ſcire, quod eſt noïs demõſtrationis, & vnã ipſius demõſtrationis diffiniendo, in primis tribus propoſitiõibus, vt ex his qd ſit demonſtratio conijcere queat. Secundò ipſam demõſtrationis diffinitionẽ, ex præmiſsis cõcludit, ſex particulas in eius diffinitione ponẽdo & ſingulas ex dictis bene appoſitas ꝓbat. Et qm̃ vltimo loco probauit quartã particulã. ſ. ex notioribus, quia eſt ex cauſis, quæ non videnꝫ eſſe notiores, ſed occultiores effectibus, ideo ſubiũxit diſtinctionẽ prioris & notioris, intendens ꝙ demõſtratio eſt ex notioribus: & prioribus ſimpliciter. Tertiò probatarũ particularum tres declarat. ſ. ex primis, immediatis, & notioribus: & primò illas duas ſimul dictas, ꝙ principium demonſtrationis quod eſt idem ꝙ primũ, eſt propoſitio immediata: & ſubdit qd ſit immediata, & quid propoſitio, & conſequẽter addit differentiã inter dialecticam & demonſtratiuã propoſitionẽ, enunciationẽ, vt declaret qũo propoſitio demonſtratiua eſt enunciationis altera pars: & conſequenter, quia cõtradictione, declarando iſta vſus fuerat, diffinit eam cum ſuis partibus: & ſic notificato principio immediato diffinitiuè, declarat illud diuiſiuè, nõ ſolũ ei⁹ diuiſionẽ, ſed ſubdiuiſionẽ apponẽs. Vltimò ly ex notiorib⁹, declarat in duab⁹ vltimis cõcluſionib⁹: addẽdo ꝙ intelligiꝫ ex notiorib⁹ nõ ſolũ ſimpliciter, ſed etiã nobis, nõ ſolum quo ad ſui veritatem, ſed etiam quo ad oppoſitorum falſitatem.

Non etiã nõ ſciri qũo intelligatur.

CIRCA probationem illius particulæ, ex veris. Nota ꝙ illa ꝓpoſitio aſſumpta. ſ. quod nõ eſt, non eſt ſcire, põt habere duplicẽ ſenſum. Primus eſt, quod nõ eſt. i. id de quo non verè prædicatur eſt ſecundũ adiacens, non eſt ſcire. i. de eo non eſt ſcientia: & hoc nec eſt ſecundũ mentem Ariſtotelis, quia intendit probare cõplexa principia eſſe vera, de quibus non verè dr̃ eſt ſecundũ adiacens: & quia exemplũ adductum ab ipſo. ſ. ꝙ diameter ſit cõmenſurabilis, extraneũ eſt ab hoc ſenſu, nec eſt verus, quia multa, de quibus non prædicaꝫ vere eſt ſecundũ adiacens ſciũtur, vt patet de cõiunctionibus & ſitibus & aſpectibus cœleſtiũ corporum, & multis inferiorum, quando non ſunt. Secundus ſenſus eſt quod non eſt. i. quod alicui non ineſt, non eſt ſcire. ſ. illud ei ineſſe: & hic ſenſus eſt verus, & ad propoſitũ. Verus ſiquidẽ, quia aliter ſcire eſſet falſorũ. Ad propoſitũ autẽ, quia ex hoc vniuerſaliter probatur ꝙ ſcientia ſit verorũ, ſiue ſint propoſitiones de ſecundo adiacente, ſiue de tertio. De nullo enim contingit ſcire ꝙ ſit, aut ꝙ ſit tale, niſi eſſet, aut eſſe tale illi inſit, & qa ex hoc directè concluditur, ꝙ principia cõplexa ex quibus eſt ſcientia, ſunt vera: aliquid enim ineſſe alicui eſt fundamentũ veritatis ipſius enũciatiõis ſignificantis hoc ineſſe illi. Et quia exemplũ Ariſtotelis hoc præſefert, vt patet. Et quia iuxta hũc ſenſum à priori probatur demonſtrationem eſſe ex veris, qm̃ vt in prædicamentis dicit, ab eo ꝙ res ſignificata per orationẽ eſt vel non eſt, oratio dicit vera vel falſa. Et vt in poſtprædicamentis dicit licet ſic eſſe vt per orationẽ ſignificaꝫ, & ipſam eſſe veram ſint conuertibilia, tñ ſic eſſe ꝙ nihil aliud eſt, q̃ quod hoc loco vocamus: qd̃ eſt: cã eſt, ꝙ oro illud ſigñans ſit vera, ſicut ꝓ oppoſitũ: ſic nõ eſſe vt ꝓ oronẽ ſigñaꝫ, qd̃ hic vocamus, quod non eſt, cauſa eſt ꝙ oro ſit falſa. Ex his patet q̃ ſuꝑflua ſit ſolicitudo eorũ, q ex hac ꝓpoſitione occaſionẽ ſumunt diſputandi, an de his quæ non habent exiſtentiam in rerum natura ſit ſcientia & hmõi.

Num demonſtratio ſimpliciter procedat ex cauſis in eſſendo, quæ verè cauſæ ſunt, an ex cauſis in eſſendo virtualiter.

CIrca illam particulã ex cauſis, nota quòd cũ cauſæ rei ſcitæ ſint duplices, in cognoſcendo & eſſendo ſimul, & cognoſcendo tm̃, in propoſito non eſt dubiũ ꝙ ſit ſermo de cauſis in eſſendo & cognoſcendo ſimul, qa ſcire, de quo loquimur, eſt rẽ cognoſcere per cãm, ꝓpter quã res eſt. Sed qa cauſa, propter quã res eſt, ſeu in eſſendo, dr̃ dupliciter:

Cauſa in eſſẽdo dupliciter.

pliciter: quædam enim eſt verè & realiter cauſans (ſecundũ aliquod genus cauſalitatis) id cuius cauſa dr̃, quæ & diſtinguitur realiter ab eo, cuius eſt cauſa, ſicut rationalitas eſt cauſa riſibilitatis: quædam aũt eſt, quæ non tam eſt cauſa eius, cuius cauſa dr̃, q̃ ratio ꝙ illud inſit, & non ſolũ rõ ꝙ cognoſcatur ineſſe: ſicut oĩmoda immutabilitas in Deo eſt cauſa ſuæ æternitatis: & immaterialitas (ꝓpriè dicta) inuenta in aĩa eſt cauſa ſuæ immortalitatis. Ideo dubiũ eſt an demonſtratio ſimpliciter procedat ex cauſis vtroq; modo, an primo tãtũ. Quod enim demonſtratio ſimpliciter exigat præmiſſas cõtinentes cãm primo modo ex ipſo cauſæ noïe accipi põt. Cauſa enim propriè loquendo ꝓpter quam res eſt, oportet ꝙ cauſet verè & propriè illud quod ꝓpter ipſam eſt, aliter cauſa proprie nõ eſt. Hæc em eſt dria inter principium & cãm, quia principium alicuius dr̃ eſſe illud, quod eius nõ eſt cauſa, vt pũctũ eſt principiũ lineæ, cauſa verò propriè ſonat id quod verè cauſat. Et confirmaꝫ, qa

5. Meta. Tex. c. 1. Ariſtoteles in textu diſtinguit cãm contra principium, dicens demõſtratiuã ſcientiã eſſe ex primis & cauſis: declarando enim ſeipſum ait, idem dico primũ & principium. Confirmatur ſecundo hoc idẽ ex illo verbo textus. Scire eſt rem cognoſcere per cãm propter quam res eſt: ly nanq; ꝓpter, habitudinẽ cauſalitatis notat inter cãm & eſſe rei, vt ipſa verba preſeferunt. Vbi aũt talis cauſalitas eſt, veram oportet eſſe cãm. Quoniã aũt ſufficiat demonſtrationẽ ſimpliciter procedere ex cauſa ſecũdo modo dicta, accipi põt ex demonſtrationibus Metaphyſicalibus, quæ cum à priori fiunt ex huiuſmodi cauſis procedunt, vt patet in exẽplo adducto de æternitate Dei ex oĩmoda immutabilitate. Ad hoc dubiũ dr̃ præmittẽdo, quòd duplex eſt demõſtratio ſimpliciter. Quædã ex natura rei ſcibilis, quædã rõne noſtri. Demõſtratio ſimpliciter ex natura rei ſcibilis: eſt illa, cuius cõcluſio ex natura ſua ſibi vendicat, ꝙ nobis non niſi demonſtratio diſcurſu ſimpliciter nota ſit. Hmõi autem concluſio eſt ſola illa, quæ ex natura ſua medium habet, & cõſequenter coniunctio ſuorũ terminorum ex ſe habet, qd̃ nõ niſi ꝓ mediũ illud ſimpliciter cognoſcaꝫ. Demonſtratio aũt ſimpliciter rõne noſtri, eſt illa, cuius concluſio meritò ſui põt à nobis ſimpliciter & ꝓfectè cognoſci ex terminis, licet rõne nr̃i offuſcati & impediti luminis diſcurſum demõſtratiuũ exigat. Talis aũt concluſio eſt oĩs illa, quæ ex natura ſuorũ terminorũ immediata eſt, ſed rõne noſtri mediũ habet à priori, qa nos non cõprehendimus terminos eius, ſecundũ eorũ cõceptus cõpletos, ſed alterius corũ duo cõceptus nobis inſunt, quorũ altero vt medio vtimur, vt in ſequẽti dubitatiõe declarabiꝫ. His ergo ſtantibus rñdetur ꝙ demõſtratio ſimpliciter (ex natura rei ſcibilis) procedit ex cauſis in eſſendo realiter cauſantibus. Demõſtratio aũt ſimpliciter rõne noſtri procedit ex cauſis in eſſendo ſecundo modo. Vnde ſi teneaꝫ ꝙ Ariſtoteles loquaꝫ hic tm̃ de demõſtratione ſimpliciter, ex natura rei ſcibilis, iam patet quõ vſus ſit noïe cauſæ, & ꝙ demonſtrationes Metaphyſicales adductę non clauduntur ſub demonſtratiõe hic diffinita. Quia verò mihi vr̃, ꝙ de omni demõſtratiõe ſimpliciter loquaꝫ, ideo dico ꝙ per cauſas intellexit cauſas tam primo q̃ ſecundo modo ſumptas. Et ad obiectionẽ in oppoſitũ dico, ꝙ licet apud latinos cauſa propriè nõ dicaꝫ niſi quæ verè cauſet, Græci tñ cauſę noïe vtuntur, vbi apud nos principij & non cauſæ nomen aſſumitur, vt teſtatur S. Tho. in. q. diſp. de potẽtia Dei quæſt. 10. arti. 1. ad octauum. Vnde cum Ariſtoteles Græco ſcripſerit idiomate cauſam non ita ſtrictè accepit. Ad cõfirmationẽ dr̃, ꝙ non ea ratiõe addit cauſas ſupra principia in diffinitione demõſtrationis, ꝙ per cauſas intellexerit cauſas, quæ verè cauſant, ſed principia retulit ad ipſas primas ꝓpoſitiones, quas poſtmodũ ibi declarauit eſſe immediatas &c. cauſas aũt retulit ad ipſas ꝓpoſitiones ratione medij cõtenti in ipſis, quod debet eſſe cauſa in eſſendo altero dictorũ modorũ: ac ſi diceret, demõſtratio ſimpliciter procedit non ſolum ex ꝓpoſitionibus quæ ſunt principia immediata in illa ſcientia, ſed etiã ex cõtinentibus cãm reiſcitæ. Et ex hoc patet qd rñdendũ ſit quærẽtibus, cur addidit ly priorib⁹, poſtq̃ dixerat ex primis, cũ ſuperlatiuũ comparatiuũ includat, præſertim ſecundũ expoſitionẽ S. Tho. dicẽtis ꝙ ꝓpoſitiones hic appellanꝫ primæ in ordine ad poſteriores, quæ ꝓ eas probanꝫ. Ex eadẽ ſiquidẽ radice naſcit rñſio dicẽs, ꝙ hoc ideo factũ eſt, quia ſupra diuerſa cadunt: ly em̃ primis (vt dictum eſt) cadit ſupra ipſis propoſitionibus: & ly prioribus, ſuprà mediũ, quo concluſio demõſtranda eſt, ita quòd vt iterũ dicaꝫ, ſenſus eſt. Demonſtratiua ſciẽtia eſt ex veris propoſitionibus, quæ ſunt principia immediata illius ſcientiæ, & cõtinent in ſe cauſas rei ſcitæ priores & notiores ea: ſignũ aũt ꝙ ly prioribus, rõne medij determinet principia &c. eſt, quia Ariſtoteles ꝓpoſitionẽ immediatã diffiniuit per negationẽ prioris, abſq; dubio vt dicetur intẽdẽs per propoſitionẽ priorẽ continentẽ in ſe mediũ à priori, ꝓ quod prædicatũ inſit ſubiecto. Sic ſiquidem immediata, & principia ſunt nota nõ per aliud, quia. ſ. ſunt nota, non per aliũ mediũ terminũ, vt infrà patebit. Ad ſecundã cõfirmationem dicitur, ꝙ licet ꝓpter, de ſe non habet ꝙ certã habitudinẽ importet, quia cõmunius eſt, q̃ cauſę nomen. Dicere em̃ poſſumus ꝙ linea eſt propter pũctum, ideo eã habitudinẽ ponit, quã id ſupra qd̃ cadit exigit. Vnde in ꝓpoſito quot modis diſtinguitur cauſa, tot modis diſtinguendũ eſt ly propter. Poſſet autem principali difficultati breuius vnico verbo ſatisfieri dicendo, ꝙ demõſtratio ſimpliciter procedit ex cauſis in eſſendo formaliter vel virtualiter. Cauſa in eſſendo formaꝫ eſt illa quæ verè cauſat &c. Cauſa aũt in eſſendo virtualiter eſt ipſa rõ eſſendi à priori, quę (ſi illud cui⁹ cauſa dicitur, cauſaretur) ſufficiẽs in ſuo ordine, cauſa

Solutio.

Capit. 30. circa. tex. cõm. 6.

illius eſſet. Sicut in exẽplis adductis oĩmoda immutabilitas æternitatis cauſa eſt virtualiter: nõ q̃ æternitas ab immutabilitate cauſetur, ſed quia ſi cauſaretur immutabilitas eſſet illius cauſa, & ſimiliter immaterialitas propriè dicta eſt cauſa immortalitatis, nõ q̃ illã propriè cauſet, ſed quia ſi cauſa
T. cap. 13 reẽ immaterialitatẽ ſortiretur ſibi cauſam. Nec parui pẽdẽda eſt reſpõſio iſta, qm̃ Ariſtoteles ipſe in Secũdo de Cœlo & mũdo teſtatur ſua verba quãdo que taliter exponẽda: Cũ em̃ probaret dextrum cæli eſſe oriẽs, quia inde incipit cœleſtis motꝰ obĩj
Te. cõ. 5. cit cõtra ſe ſic: motus cæli nunq̃ incœpit ſcđm p̃de
Te. cõ. 6. terminationẽ octaui Phyſicorũ, ergo falſo dictũ
Te. cõ. 6. eſt, q̃ ab oriẽte incipit motꝰ cœleſtis, & reſpõdet, q̃ motus cœli incipit aboriẽte, nõ q̃ inde incœperit, ſed qa ſi incœpiſſet: & inde incepiſſet ac ſi ſub nr̃is verbis diceret, q̃ nõ ĩcipit inde formaliter, ſed virtualiter, qa ſi inciperet, inde inciperet, Eſt quoq; nõ irrationabilis hic modus loquẽdi, qm̃ rationibꝰ formalibꝰ initiẽ. Vñ ſermone formali loquẽdo nõ in cõpactè dicit̃ immutabilitatẽ eſſe cauſam ẽternitatis, & immaterialitatẽ immortalitatis, & ſic đ alijs.

Medium quomodo oporteat. præconoſci pro cõcluſionis notitia.

CIRCA illã particulã ex notioribus vtroq; modo aduerte, q̃ duplex eſt modus cognoſcendi aliquã cõcluſionẽ demonſtratiuè. Vno mõ ſcđm conſequẽtiã eius expræmiſsis talibus ſeu tali principio. Alio modo ſcđm ſe ipſam cõcluſionẽ conſequẽtẽ, propter tñ tale principiũ vel tales præmiſſas. Ad cognoſcendã aliquã cõcluſionẽ primo mõ ſufficit cognoſcere neceſſariã connexionẽ talis cõcluſionis ad tale mediũ, & ſiue multæ ſint cõcluſiões, ſiue paucæ, ſiue vna, & ad vnũ vel plura principia talẽ habitudinẽ cognoſcatur habere, non refert. Ad cognoſcẽdũ autẽ concluſionẽ ſecũdo mo do nõ ſufficit cognoſcere neceſſariã connexionẽ cõcluſionis ad tale mediũ vel principium, ſed hoc exigitur, & vltra hoc requiritur, q̃ cognoſcat̃ euidẽter tale principiũ eſſe. Quanuis enim quilibet intelligens animal rõnale, intelligat ſibi neceſſariò cohærere admiratiuũ, & hinc riſibile &c. nunquã tñ ſciet hominẽ eſſe riſibilẽ, niſi ſciat animal rationale ineſſe homini. Quia igitur ad primũ modũ cognoſcendi ſufficit cognoſcere quid eſt ſeu importatur per mediũ vel principiũ aut præmiſſas & deriuationẽ cõcluſionis inde, & nõ exigitur cognoſcere ſic eſſe vt præmiſſæ denotãt: taliter ſcire conclusionẽ non eſt verè ſcire: quia huiuſmodi nõ eſt verè ſcientia conſequẽtiũ, ſed conſequẽtiarum. Ad ſcđm autẽ cognoſcendi modũ exigitur cognoſcere, & quid eſt medium, & quia eſt, ſeu ſic eſſe vt præmiſſæ important: & hoc eſt verè ſcire, quia ſic verè ſcitur & connexio concluſionis ad principia & ipſa cõcluſio. Ideo Ariſtoteles hæc inſpiciẽs dixit, q̃ oportet demõſtrationẽ eſſe ex cauſis notioribus nõ ſolũm altero modo intelligendo, ſed etiã in ſciendo quoniam ſunt. Euidẽter autem hinc ſcire poſſunt omnes, qui doctrinas quaſq; defendere præſumunt, q̃ cùm principia ſic eſſe vt ſignificãt non norint, cõſequenter ad illa principia loquendo, conſequentiarum tantũ ſcientiam acquirunt & tradunt; conluſiones verò ipſas incertas, ſicut & principia ſuſtinent.

Propoſitio immediata q̃ mediũ excludat.

CIRCA diffinitionem propoſitionis immediatę notato duos terminos. ſ. ly immediata, & ly altera prior. Sicut enim cauſa dicta eſt dupliciter ſcilicet in eſſendo & cognoſcendo ſimul, & in cognoſcendo tantum: ita medium dicitur dupliciter: ſcilicet ineſſendo & cognoſcẽdo ſimul, & in cognoſcendo tãtum. Et quia multæ propoſitiones carẽt medio, quo prædicatũ inſit ſubiecto, & ſunt illæ, per quas fit reſolutio demonſtrationum ſimpliciter, quę tamẽ habent mediũ quo ad nos à poſteriori, quo nos cognoſcimus illas demonſtratiue: ideo in ꝓpoſito, propoſitio immediata dicitur per negationẽ medij in eſſendo, & nõ per priuationẽ medij in cognoſcendo tantũ. Et quoniam non omnis propoſitio carens ſecundũ ſe medio eſt omnibus alijs prior aut ęqua, cùm dignitas prima (puta de quolibet eſt affirmatio vel negatio) omnes præcedat: ideo non per cuiuſq; prioris negationẽ diffinitam intelligas, ſed eius per quam ſecundum ſe probari egeat. Prima dignitas enim etſi ſit alijs immediatis prior, non tamen ita eſt prior, q̃ per ipſam aliæ ſecundum ſe probariegeant, licet fortè alicui malè diſpoſito per prima principia manifeſtari poſsint. Et ſi ſubtiliter inſpiciantur verba Ariſtotelis, gloſa non egent: quoniam dixit, immediata propoſitio eſt, qua nõ eſt altera prior. ſ. propoſitio. ly enim altera, cum relatiuum ſit, propoſitionem antedictam refert. Et cùm ſit relatiuum diuerſitatis accidentis, diuerſitatem accidentalem ſonat: quo ſit vt in diffinitione iſta negetur non enunciatiò prior, ſed propoſitio prior. i. quæ pro ipſa inferenda ſit, & non quælibet propoſitio, ex qua quomodolibet, puta virtualiter inferri poteſt negetur, ſed ea tantum quæ eſt altera ab ipſa, qualis eſt vtraque præmiſſa reſpectu concluſionis. cũ enim conueniant in terminis præmiſſa vtraq; & concluſio magis alteritatem quandam quàm alietatem inter eas eſſe videmus. Erit ergo ſenſus inte Nota. ger, propoſitio immediata. i. carẽs medio in eſſendo, eſt qua non eſt altera prior. i. cuius nõ eſt aliqua præmiſſa, quæ ſit prior ſimpliciter ipa. Si em̃ priori medio termino caret, præmiſsis prioribus neceſſe eſt carere, & ecõuerſo. & ſic diffinitio & diffinitũ conuertũtur. Et hęc expoſitio licet in idẽ redeat cũ prima, in hoc tñ differt ab illa, qa iſta nullam addit limitationẽ literæ, niſi quo ad illud verbum prior: quod etiam Ariſt. prædeclarauerat, ſed proprietatem vocabulorum enucleauit.

Num omnis immediata propoſitio ſit qua non eſt altera prior.

CIrca eandem diffinitionem propoſitionis immediatæ: dubitatur, quia non videtur conuenire omni immediatæ: nulla ſiquidem propoſitio demonſtrabilis à priori eſt, qua non eſt altera prior (vt de ſe patet.) Multæ autem propoſitiones immediatæ ſunt demonſtrabiles à priori, à priori, oẽs. ſ. illæ, in quibꝰ diffinitio data per cauſam materialẽ prædicatur de diffinito. Non omnis igitur propoſitio immediata eſt qua non eſt altera prior. Quod propoſitio autem, in qua diffinitio materialis prædicatur de diffinito ſit immediata liquet, eo q̃ inter diffinitionẽ & diffinitũ nihil eſt medium: nulli enim prius ineſt diffinitio q̃ diffinito: medio autem, quod verè eſt medium,
Secundo huius. prius ineſt extremum quàm alteri extremo, q̃ verò ſit demõſtrabilis à priori infrà teſtat̃ Ariſtoteles docẽs diffõnẽ materialẽ demonſtrare ꝓ finalẽ.

T. cõ. 8. Ad hoc dubiũ dicitur, q̃ de propoſitiõe dupliciter loqui poſſumus. Vno modo ſcđm ſeipſam. Alio modo rõne nr̃i. Si loquamur de propoſitiõe ſcđm ſe, ſic dr̃ q̃ illa ſola eſt immediata, cuius terminorũ ſignãta ſcđm ſeipſa ſumpta nullo cõiunguntur medio: hmõi aũt eſt oĩs ꝓpoſitio, in qua diffinitio de diffinito prædicatur, & vniuerſaliter oĩs propoſitio in primo modo dicendi per ſe. Illa verò eſt immediata rõne nr̃i, cuius terminorũ ſignificata ſic concepta nullo cõcipi p̃t iungi medio: dico aũt ſic cõcepta. i. vt ſtant ſub illis cõceptibus, quos noĩa in propoſitiõe aſſumpta exprimunt: & quia quot modis dicitur vnũ oppoſitorũ, tot modis dr̃ & reliquũ: ideo ꝓpoſitio dupliciter mediata inueniẽ, quædã ſcđm ſe, & eſt illa cuius ſignificata per terminos, ex natura ſua abſque medio non cohærent: quædã verò eſt mediata rõne nr̃i, licet nõ ſecundũ ſe, & eſt illa, inter cuiꝰ ſignãta terminorũ ſic cõcepta, aliquod nobis patere põt mediũ, quod ſit rõ, quare alterũ extremũ reliquo inſit. Dixi autẽ ꝓpoſitionẽ mediatã rõne noſtri, qa ex intellectu nr̃o, qui natus eſt adunata diuidere ꝓuenit q̃ aliqua ꝓpoſitio ſecundũ naturã ſuam immediata, ſit nobis mediata, eo quia ſimplex ſignificatũ ſubiecti dupliciter cõcipit, & vt ſtat ſub vno conceptu, facit ipſam minorẽ extremitatẽ, vt aũt ſtat ſub alio, facit ipſum mediũ terminũ, & ſic diuidendo terminũ vnum rõne ſignãti ſcđm ſe, in duo apud nos immediatã ſecũdũ ſe facit mediatã nobis (verbi gratia.) Et eſt exẽplũ ad propoſitum obiectiõis iſtius ꝓpoſitiõis, in qua diffinitio materialis prædicat̃ de diffinito. ſ. domus eſt operimẽtum ex lapidibus & cemento & lignis: ſubiectum põt dupliciter accipi: vno modo quo ad ſuũ ſignãtũ, ſcđm ſeipſum, & ſic cũ eius ſignãtũ ſit ipſa domus ſcđm ſeipſam, quæ ex ſe in ſe claudit oẽm ſuã diffinitionẽ, conſequẽs eſt, q̃ inter ipſum ſubiectũ & prædicatũ, nullũ oĩno cadat mediũ, & cõſequẽter q̃ iſta propoſitio ſecũdũ ſe ſit immediata. Si autẽ ſubiectũ illud ſumatur quo ad ſuũ ſignificatũ vt
T. cõ. 5. ſic conceptũ, ſic, cum ſignificatũ eius ſit domꝰ cõfuſe accepta, quia diffinit nomẽ diffinitũ cõfuſe ſignificat (vt dr̃ in. i. Phyſicorũ.) Domus aũt ſub tali cõceptu differat à ſeipſa cõcepta diſtinctè tã ſecundũ diffinitionẽ finalẽ q̃ materialẽ: conſequens eſt vt inter ſubiectũ tale & prædicatũ mediũ ſit. ſ. ipſummet ſubiectũ ſub alio conceptu (puta diffinitionis finalis) & conſequẽter propoſitio iſta eſt mediata rõne noſtri. Cum aũt dicimus ſignãtum alicuius terminieſſe rem confuſe vel diſtinctè conceptam & hmõi, non intendimus q̃ confuſio aut diſtinctio ſit pars ſignificati, ita vt ſignificatũ domus ſit totum hoc, domus confuſe concepta, aut domus ſecundũ ſeipſam, ſed intendimus q̃ hmõi ſint conditiones ſignificatorũ. Ex his patet quid ad obiectionem dicendũ ſit: ſeruando ſiquidẽ vniformitatem inter immediationẽ & indemonſtrabilitatem propoſitionis, & ſimiliter inter mediationem & demonſtrabilitatem eiuſdẽ. Reſpondeт q̃ nulla propoſitio immediata ſecundũ ſe eſt demõſtrabilis ſecundũ ſe à priori, licet aliqua immediata ſecundũ ſe ſit demonſtrabilis (rõne noſtri) à priori, quia eſt ratione noſtri mediata, & ſimiliter habet alteram priorem ſe ratiõe noſtri. Huiuſmodi autem ſunt omnes propoſitiones, in quibꝰ diffinitio materialis prædicatur de diffinito. Et ideo tales propoſitiones ſunt demonſtrabiles & indemonſtrabiles: demonſtrabiles quidem ratiõe noſtri, indemõſtrabiles verò ſecundũ ſe, ſicut & ſunt mediatæ ratione noſtri, & immediatæ meritò ſui, propterea & inter diffinitionem & diffinitum in uenitur mediũ ratione noſtri, non vt prædiffinitum, ſed vt ratio inhærendi, licet ſcđm ſe inter diffinitionẽ & diffinitum nullum oĩno ſit medium. Aduerte autẽ diligenter q̃ non dico demonſtrationem per cauſam finalem eſſe demonſtrationẽ quo ad nos, ſeu ratione noſtri, & non ſecundũ ſe. Nouienim q̃ demonſtrare dentes anteriores eſſe acutos propter ſciſsionẽ cibi, & q̃ arboribus datæ ſint frondes ad conſeruationem fructus &c. huiuſmodi eſt demonſtrare verè & ſecundũ rem: ſed dixi q̃ demonſtrare vnã diffinitionem de diffinito per alteram eiuſdem diffinitionem, quæcunq; ſit illa, eſt proceſſus demonſtratiuus ratione noſtri: quoniam ſecundum rem non ſunt in tali proceſſu tres termini (vt infrà amplius patebit) hoc enim tantum modo hoc in loco oſtendere intendimus. Vtrũ aũt ratione eius à quo ſumitur diffinitio poſsit diffinitio vna ſecũdũ rem verè demõſtrari per aliã, inferius perſcrutandum eſt, cum de hoc Ariſtoteles tractabit in ſecundo libro cap. 7.

CIRCA diuiſionẽ immediati principij aduerte Thomiſta, q̃ S. Thomas, licet dicat q̃ oĩs ꝓpoſitio, in qua prædicatũ eſt de ratione ſubiecti, ſit immediata, & per ſe, nõ tñ dicit q̃ ſola talis ſit immediata & per ſe nota. Declarabitur enim infrà, q̃ propoſitio, in qua prima paſsio prædicatur de ſuo primo ſubiecto eſt immediata ſecundũ ſe, & q̃ cùm vnum generaliſsimum negatur ab alio eſt ꝓpoſitio immediata. Quomodo autem tutari debeas diſtinctionẽ propoſitionis immediatæ à S. Thoma hic aſsignatã in ſequenti cap. diffuſe oſtẽdetur, cum de propoſitione per ſe nota agetur.

Propter q̃d vnum quodque tale & illud magis.

CIRCA ꝓpoſitionẽ illã maximã aſſumptã ab Ariſtotele, ſemper ꝓpter q̃d vnũquodq;, illud magis, eſt diligẽter attẽdendũ q̃ multipliciter gloſat̃ à diuerſis, & ab ipſomet S. Thoma quadruplici-

2. huius cir. t.c.3. ca. 3. dubio vltio in 3. expõne ca. 7. dubio. 1. circa me diũ circa t.c.8. ca. 7.dubio. 2.c. 19. circa. t.cõ. 38. ca.13. circ ca. t. cõ. 31.

citer exponit in diuersis locis, hic.s.& in prima pte quæst.87.art.2. ad tertiũ. Et in primo Sentẽtiarũ. distin.12.quæst.prima, arti.2. Et in quæst.de ve.q. 10.arti.9.ad tertiũ. Hic siquidẽ dicit, ꝙ cũ causa sit potior effectu, si cõuenit in nomine cũ eo, est magis talis, si autem nõ, habet aliquid dignius. Et sic semper causa est magis. In prima verò parte dicit, ꝙ ista maxima tenet in his, quæ sunt eiusdẽ ordinis, puta in vno genere causalitatis, nõ autẽ diuersorũ (verbi gratia) rectè dicitur, sanitas quæritur propter vitã, ergo vita magis quæritur, quia vtrũq; quæritur vt finis, sed non rectè videtur. Sanitas quæritur propter medicinã, ergo medicina magis quæritur, quia sanitas vt finis, medicina vt agens quæritur. In primo verò Sentẽtiarũ dicit, ꝙ ista maxima tenet quãdo illud quod cõuenit alicui propter aliud est diuersum in vtroq;, & causa est essentialiter ordinata, idest, est causa totius speciei, vt calor inuenitur in igne & in misto. In quæstionibus autem de veritate dicit, ꝙ hæc maxima nõ tenet in causis nõ suscipientibus illud nomen, quod effectui dant. Sicut nõ valet, sortes est albus propter albedinem, ergo albedo est magis alba, quia albedo nõ est alba. Possumus autem, vt hæc propositio formaliter teneat, has omnes & cæteras glosas ad vnã breuem & verisimã in omni genere causæ reducere, dicẽdo, ꝙ tantũ tenet quando nomen totius accepti effectus reflectitur cum diuersitate supra verè causam. Notanter autẽ dico (totius effectus accepti) quia propter defectũ huius cõditionis nõ valet. Socrates est homo propter Platonem, ergo Plato est magis homo: totus enim effectus hic non est *ly* homo, sed totum hoc quod dico, est homo: quod nõ reflectitur supra causam. Illud enim antecedens est falsum, Socrates est homo, quia Plato est homo: & si esset verũ, valeret cõsequentia, ergo Plato est magis homo. Quod verò addidit (reflectitur super causam) insinuat ꝙ nomẽ illud totius effectus, reducatur per aduerbiũ causale in id, supra quod cadit *ly* ꝓpter (.v.g.) Luna est lucida ꝓpter Solẽ: ergo Solẽ magis lucidus, reflexio fiat sic: Luna est lucida qa Sol est lucidus: ergo Sol est magis lucidus. Et ista reflexio est valde notãda propter defectũ siquidẽ eius nõ valet: color videtur propter speciem ergo spẽs magis videtur: nõ em̃ potest fieri reflectio de bita, vt dicatur color videtur, quia spẽs videt: hæc enim causalis est falsa. Quod autẽ subditur. s. (cũ diuersitate) nedũ diuersitatẽ causæ & effectus & eius in quo effectus est aut fit, denotat, sed etiã diuersitatẽ rei significatæ nomine effectus: ita. s. ꝙ oportet rẽ illã diuersam esse in causa & in effectu propter cuius defectũ nõ valet: homo est risibilis propter animal rationale. i. quia animal rationale est risibile: ergo animal rõnale est magis risibile: nõ est siquidẽ diuersa risibilitas hominis & aãlis rõnalis: etiã nec est diuersitas inter hoiem & aãl rõnale: quę etiã requirit. Notãter quoq; dixi (verè causam) quia reflexio ista causalis nõ est intelligẽ

Vt ait Arist. li. 2. Cæli. c. 8

da logicè tantũ & scẽm quid. i. scẽm nominis prædicationem, sed etiam Physicè & simpliciter idest ita ꝙ res nominis effectus reducatur in id quod accipitur vt causa, & prædicetur de illo secundum illud nomẽ & ꝓpriè causetur ab illo. Si enim illud propriè causa, quæ absq; sufficiẽtia non est, talis effectus nõ esset, iã nõ esset verè causa eius & cõsequẽter reflexio si fieret verè & ꝓpriè causalis non esset, sed logicè tm̃ & secundũ quid: propter quod nõ valet, tẽpus est quãtũ propter motũ. i. quia motus est quãtus, vt dr̃ in 5. Metaphy. ergo motus est magis quãtus. Motꝰ em̃ nec quanti scẽm rẽ prædicationẽ suscipit, sed extrinseca denominatione, nec ꝓpriè quantitatẽ in tẽpore causat. Quòd autẽ sic intellecta maxima hæc teneat in omni gñe causæ induẽtiuè patet, & de causa quidẽ finali & efficiẽte exẽpla posita sunt, & in textu habẽtur: ad finalẽ enim pertinet cũ dicitur, magister amatur ꝓpter puerũ, ergo puer magis amatur: fit em̃ hæc reflexio sic, magister amatur, quia puer amat: ergo &c. Ad efficientẽ autẽ pertinet cũ dicitur (Cõclusio cognoscitur ꝓpter præmissas) ergo præmissę magis cognoscũtur. Reflectitur nãq; & ista dicendo, cõclusio cognoscit, qa præmissæ cognoscũtur: ergo p̃missę magis cognoscũtur. Quo ad causam verò formalẽ vtitur ea Arist. in. 7. Metaph. cũ secũdũ deductionẽ S. Tho. ait textu cõmenti septimi. Materia est ens propter formã. ergo forma est magis ens: potest enim fieri reflexio dicendo. Materia est ens, quia forma est ens: ergo forma est magis ens. In causis quoq; materialibus idem apparet dicendo. Quantitas est subiectum sequentium accidẽtium propter compositum: ergo compositum est magis subiectum: potest siquidem & hic reflectendo dici, quãtitas est subiectum, quia compositum est subiectũ, ergo compositum est magis subiectum. Et hæc est glosa, quam occulte tetigit S. Tho. in hoc loco, cùm absq; distinctione dixit, quòd si causa & effectus cõueniunt in nomine, causa est magis talis quia causa est potior effectu. Sciebat siquidem ipse, quòd nisi esset conuenientia in nomine (modo declarato) quòd hæc maxima vniuersalr̃ non teneret etiã in causis conuenientibus in nomine cum effectu, seu vniuocis: vnde & in. q. de veritate confirmauit hoc idem, vt ex supradictis patet. Applicando ergo ad verba sua dictam glosam, dicimus, quòd formaliter non tenet ista maxima, nisi quãdo est conuenientia inter verè causam & effectum in nomine totius effectus cùm causali reflexiõe eiusdem supra causam, præsuppositа semper necessaria alietate.

T.c. 18.

T.c.7.

vbi sup.

Num intelligens sit melius dispositus quàm sciens.

CIrca illam particulam. Neque melius dispositus quàm sciens &c. aduertendum est quosdam non capere Alberti magni ac S. Tho. expositionem, & propterea in errorem labi. Exponunt siquidem concorditer duo prædicti, melius dispositum sciente esset intelligentem id est habentem habitum principiorũ, qui intellectus vocatur. Instant

stant aũt posteriores contra hoc, quia cum sciens habeat vtrunq; habitum. s. principiorum & conclusionis, intelligens autẽ non oportet ꝙ habeat vtrũq;, sequit̃ ꝙ intelligens non est melius dispositus quã sciens, imò quod sciens sit melius dispositus q̃ intelligẽs. Sequit̃ præterea, ꝙ idem sit sciens & melius dispositus quã sciẽs. Et sic superflue Aristoteles addidit, neq; melius dispositus quã sciẽs: sat em̃ erat dicere sciẽs, qa vt (dictum est) oportet sciẽtẽ habere vtrunq; habitũ. Et cõfirmatur hoc rõne, quia habitu principiorũ cognoscunt̃ cõclusiones in potentia, habitu verò scientifico cognoscuntur in actu: actus aũt nobilior dispositio est q̃ potẽtia: intelligẽs ergo nõ est melius dispositus q̃ sciens. Ad hæc dr̃ ꝙ sciens & intelligens p̃nt cõparari dupliciter: vno modo per modũ totius & partis, vt. s. sciẽs est intelligẽs & sciens, qa agnoscit cõclusiones per principia, & intelligẽs est intelligẽs tm̃: & sic nõ est sani capitis dubitare quis eorũ sit melius dispositus: clarũ est enim ꝙ sciẽs est nobilior, sicut totũ sua parte. Alio modo p̃nt cõparari per modũ duarũ rerum, quarũ neutra est pars alterius: sumendo intelligẽtẽ formaliter & præcise, vt. s. nouit principia, & scientẽ formaliter & præcise, vt. s. nouit cõclusiones. Et hoc est cõparare habitũ scientiæ habitui principiorũ. Et sic secũdum Aristotelẽ, Albertum S. Tho. & oẽs illustres Doctores, quos vidisse memini, nobilior est intelligẽs sciente. Primò, quia quod est per se, est nobilius eo quod est per aliud ex. 8. Physicorũ. textu cõmẽti. 39. sed notitia principiorũ est euidẽs, & certa ex se: cõclusionũ aũt per principia, ergo. Secũdò, quia notitia quanto certior & euidentior tanto nobilior, notitia aũt principiorũ est certior & euidentior non solum quo ad nos, sed etiã (secundũ naturã) q̃ sit notitia conclusionũ, vt in textu huiꝰ capituli habet, ergo. Tertiò, quia quãto per se causa proxima & sufficiens euidentiæ & assensus in aliqua propositione est nobilior tanto ipsa notitia est nobilior. (Nobilitaꝛ em̃ notitia ex certitudinis causa, vt dr̃ in Procemio de aĩa.) sed causa ꝓxima euidentiæ & assensus in primis principijs est nobilior quacunq; causa proxima euidentiæ cõclusionum, ergo &c. patet minor, qa principiorũ causa est intellectus agẽs, vt Cõmentator dicit in primo de Anima Cõmento primo, qui est nobilior cuiusq; medij termini lumine, quo certificaꝛ conclusio: & quia Albertus magnus & S. Tho. sic cõparauerunt scientem intelligẽti, q̃m doctores maximo pollentes ingenio fuerunt, quorũ est loqui sermone formali, ideo optimè dixerũt ꝙ intelligẽs est melius dispositus q̃ sciẽs. Est enim dispositus formaliter ad cognoscendũ habitũ principiorum, qui est nobilior habitu sciẽtifico, quo formaliter disponitur sciẽs (vt sic) ad conclusiones intuẽdas. Vnde ad primã obiectionẽ patet rñsio, quia nos loquimur de sciente & intelligente formaliter & præcise: argumentum aũt loquitur de eis vt vnus includit alterum. Secunda quoq; ex eodem

T.cõ.39.

Te.cõ.1.

Cõmẽ.1.

A fundamento soluitur, licet enim idẽ fit suppositaliter sciens & intelligens, tñ propter distinctionẽ realem, quę est inter scientiã & intellectum nõ inconuenit, ꝙ idem secundum diuersa sit sciẽs & melius q̃ sciens. Et similiter licet sciens vt includit intelligentem non exigeret additionem intelligentis, tñ sciens formaliter exigit ꝙ sibi addatur intelligens: & quia Aristoteles formaliter de illis loquebatur: ideo dixit neq; sciens, neq; melius dispositus q̃ sciens. i. neq; intelligens. Ad confirmationem dr̃ ꝙ quia cõparatio aliquorũ simpliciter nõ fit penes ea, quæ continentur in eis in potentia, sed penes ea, quæ sibi actualiter & per se insunt, ideo habitus principiorũ non est cõparandus habitui scientifico secundũ notitiã conclusionũ, quę B virtualiter continetur in eo, actualiter aũt in habitu scientifico, sed exercenda est cõparatio secũdũ notitias actualiter in eis contentas. Vnde licet: habitus sciẽtificus sit nobilior habitu principiorum quo ad hoc ꝙ est cognoscere conclusiones, qa ille actu, iste in potẽtia cognoscit eas, habitus tñ principiorũ simpl̃r est scientifico nobilior: qa notitia actualiter elicita ex illo, est nobilior simpl̃r notitia actualiter elicita ex isto. Nec obstat, ꝙ habens habitũ principiorum sit in potẽtia ad scientiã, qa hoc non inest ex ipso habitu principiorum, aliter stante habitu nunquam sciretur, sed ex natura ipsius intellectus, qui eget continuo & tempore & exercitio ad discurrendum ex noto ad ignotum.

C *Duo eliduntur errores: alter eorum, qui omnino demonstrationem tollunt, alter verò illorum omnium, qui demonstrationem esse ponunt.* CAP. III.

Propositio.

Vibusdam quidem igitur propter id quòd oportet prima scire, non videtur esse sciẽtia simpliciter. Quibusdam autẽ esse, omnium tamen demonstrationẽ esse: quorum neutrum neq; verum, neque necessarium est. Supponentes enim non esse omnino scire hì in infinitum existimant reduci, tanquã non scienter posteriora per priora, quorum non sunt prima: rectè dicẽtes: impossibile enim est infinita transire: & si stant & sint principia hæc ignorata esse, cùm demonstratio non sit ipsorum: quod verò dicunt esse scire solum. Si verò non est prima scire neque quæ sunt ex his est scire simpliciter, neque propriè, sed ex cõditione si illa sint. Quidam autem quòd ipsum scire sit cõfitentur per demonstrationẽ esse solũ, sed omniũ esse demonstrationem nihil prohibet secũdũ eos: contingit

enim

Cõclusio principalis. Vide. 4. Metaph. c.3. &.4.

enim circulariter fieri demonstrationẽ & ex his quæ sunt adinuicem. Nos autẽ dicimus neq; omnẽ scientiã demonstratiuam esse,sed eorũ,quæ immediatorũ, indemõstrabilẽ. Et hoc ꝙ necessarium sit manifestũ est:si enim necesse quidẽ scire priora, & ex quibus est demõstratio:stant aũt aliquãdo immediata,hæc quidẽ priora indemonstrabilia esse necesse est. Hæc igit sic dicimus & nõ solũ sciẽtiã :sed & principiũ scientiæ esse dicimus:ipsa em̃ cognoscim⁹ inquantũ terminos cognoscimus. Circulo quoq;ꝙ impossibile sit demõstrare simpliciter manifestũ est:si verè ex prioribus & notioribus oportet esse demõstrationem: impossibile enim est eadẽ sibijpsis simul priora & posteriora esse,nisi altero modo. vt hæc quidẽ ad nos, illa verò simpliciter: quo certè modo inductiuè facit notũ.si aut tẽ sic est,non vtiq; erit simpliciter scire bene determinatũ:sed dupliciter aut nõ simpliciter altera demõstratio fit ex nobis notioribus. Accidit aũt dicentibus circulo demõstrationẽ esse non solũ quod nũc dictũ est, sed nihil aliud dicere q̃ si est hoc, est hoc:sic aũt facilè est demõstrare oĩa. Manifestũ aũt est ꝙ hoc accidit tribus terminis positis:per multos enim aut per paucos reflectere dicere nihil differt per paucos autẽ,aut per duos. Qñ enim A existẽte ex necessitate sit B,hoc aũt ipsum C:cum igitur A sit ex necessitate erit C, si igitur cum sit A necesse est B esse : hoc aũt cũ sit, A erit: hoc em̃ inerat circulo. Ponatur A in quo est C : B aũt cum sit, A esse dicere, est ipsum C.dicere, hoc autẽ est qm̃ cum sit A, est C.sed C.cum A idẽ est:quare accidit dicere circulo demonstrationem esse nihil aliud.nisi cum sit A est A : sic autẽ monstrare oĩa leue est. At verò nec hoc possibile est,nisi in his quæcunq; se inuicẽ cõsequũtur:sicut sunt propria:vno quidẽ posito ostẽsum est ꝙ nequaquã est necessariũ esse alterũ:dico autẽ vno ꝙ neq; termino vno, neq; propositiõe vna posita: ex duabus autẽ propositionibus primis & minimis contingit,siquidẽ est syllogizare : siquidẽ igit & A ipsi B,& C inerant,& hæc adinuicem ipsi A quidem: contingit ex alterutris mõstrare omnia quæsita in prima figura,sicut ostẽsum est in his quæ de syllogismo sunt. Ostensum est aũt ꝙ in alijs figuris aut non fit syllogismus,aut non de acceptis. Nõ autem æqualiter prædicantia nequaquã est monstrare circulo:quare qm̃ pauca in huiusmodi demonstrationibus sunt:manifestum est autẽ quoniã vanum est & impossibile sic dicere ex his quæ sunt adinuicem esse demõstrationem,& propter hoc omnium contingit demonstrationem esse.

Summa huius capituli hæc est.

Propositio.

DVo ex eo ꝙ oportet prima scire orti sunt errores extremi. Primus est. Nullius est sciẽtia. Secundus est. Omnium scientia est per demõstrationem. Primi ratio est,quia in principijs alicuius conclusionis aut est processus in infinitum, & sic nihil scitur,quia infinita non est transire : aut est status,& sic remanẽt ignota, ꝙa nõ possunt sciri, ex quo carent prioribus. Secundi ratio est, quia contingit circulariter demonstrationem fieri.

Cõclusio principalis.

Nos autem dicimus, non omnium scientiã demonstratiuam esse,sed immediatorum esse indemõstrabilem: probatur à priori. Quia principia, in quibus est status,sunt immediata. Cognoscuntur autem inquantum terminos cognoscimus.

Secunda cõclusio.

Demonstratio simp̃r non põt esse circularis: probatur tripliciter. Primò à priori, quia circulus nõ põt esse à prioribꝰ simp̃r,ꝙa impossibile est eadẽ cẽ seipsis priora & posteriora simp̃r, licet hoc sit posibile altero & altero mõ. Secũdò ẽt à priori:ꝙa circulꝰ est ab eodẽ ad idẽ,vt patet sumptis tribus terminis & loco tertij positi primo. Tertiò ẽt à priori:ꝙa circulꝰ cõpletus cõstat ex terminis cõuertibilibus in primo modo primæ figuræ tm̃:nõ omnis aũt demõstratio simpliciter constat ex talibus terminis,etiam in illo primo modo : ergo.

Series autem satis clara hæc est.

QVIA dictum est, ꝙ oportet principia demonstrationis esse scita: & hinc errores duo orti sunt, quorum primus erat Heraclitisequaciũ. Secũdus aũt Empedoclis(vt testatur Albertus.) Ideo intẽdens eos destruere,duo facit: primò eos proponit cũ suis rationibus: Secũdò ꝙa vtriusq; cõc ꝓpositũ erat:ꝙ scire est per demõstrationẽ tantũ intelligere,ideo principali cõclusione determinat cõtra vtrũq;,& similiter soluit primi rationem,& secunda conclusione secundum elidit errorem.

Quidnam sit propositio per se nota, & quot eius genera sint.

Lege Aristo. lib. 8. Top. c. 1.

CIrca illud dictum, principia cognoscimus inquantũ terminos cognoscimus. Quia principiũ immediatũ ex proprijs terminis cognitum nihil aliud est q̃ propositio per se nota(quoniã resolutio cõclusiõis, quæ est per aliud nota fit ad eã.)

Et de ipsa

Et de ipsa nõ partua est inter doctores disputatio: ideo hic videndum est, quæ propositio sit per se nota,& quæ non. Et circa hoc tria faciam. Primò determinabo veritatẽ ex S. Tho. 1. parte. q. 2. art. 1. Et primò cõtra Gẽtiles cap. 11. & primo Sent. d. 3. arti. 2. & quæst. de ve. q. decima. arti. 12. sumpta. Secundò obijcietur in oppositũ. Tertiò respondebit obiectionibus. Meritò quoque hucusq; dilata est quæstio hæc,quia vt in processu quæstionis apparebit tota difficultas est:an cum dicitur principia cognoscimus &c. per ly terminos: accipere debeamus ipsos terminos cum suis diffinitionibus vel rationibus, an ipsos terminos tantum & non eorum rationes. Sciendum est ergo, quòd propositio per se nota multipliciter inuenitur : quædam em̃ est ꝓ se nota scd̃m se tm̃, quædam quo ad nos tm̃,quædã secũdũse & quo ad nos. Et hoc dupl̃r, vel quo ad nos omnes, vel sapientes. Describatur autem ad faciliorem perceptionẽ diuisio ista sic.

Prima. q. 2. arti. 1.

Propositio per se nota.

Secundum se tantum,Secundũ se, & quo ad nos.

Quo ad nos tantum.

Omnes. Sapientes.

1. Topic. capi. 6. & 17.

CVm enim ꝓpositio per se nota dicat̃,ex eo ꝙ est non per alium terminum nota, sed ex ꝓprijs,& quot modis dicitur vnum oppositorũ tot dicatur & reliquũ:consequens est, vt quoties dicitur ꝓpositio nota per mediũ: toties dicatur ꝓpositio nota per se,seu non per mediũ, quod idẽ est. Cum aũt medium propositiõis sit triplex:quoddã quo ad nos tm̃(vt patet qñ procedim⁹ ab effectu ad causam) & quoddã scd̃m se & quo ad nos (vt patet qñ procedimus à causa ad effectum.) Et quoddã secundũ se tm̃ (vt patet in propositionibus, in quibus prædicant̃ proprietates specificæ, intelligentiarum de ipsis.) Tales em̃ habẽt mediũ secundũ se, sed non quo ad nos : triplicem quoq; oportet esse propositionẽ per medium notam. Et cõsequẽter triplex erit propositio nota per se seu non per alium terminũ medium, sicut & triplex est negatio medij,rñdens triplici affirmationi medij suprapositæ. Quædam ergo propositio est nota non per aliud mediũ simpliciter, licet sit nota per mediũ quo ad nos,vt ista. Deus est. Quædam verò est nota non per aliud mediũ,quo ad nos,licet ex natura sua habeat medium simpliciter, vt nix est alba. Dubitans em̃ de ea eget sensu,nõ me-

A dio:vt dr̃. 2. Topicorũ. Quædã verò est nota non per aliud mediũ:simpliciter,nec quo ad nos,vt de quolibet dr̃ esse vel nõ esse,& hoc quo ad oẽs homines,quo ad sapientes verò,quia. sipsis est nota non per mediũ,vt incorporalia nõ esse in loco, vt Boetius in libro de Hebdomadibus ait. Et sic rõ diuisionis & mẽbra eiusdẽ facilè patere põt mutãdo vocabula: idẽ em̃ est dictu propositio non per mediũ nota, & per se nota. Vnde propositio per se nota secũdũ se tm̃, est, quæ secundũ se caret medio:hæc aũt propositio,quã ex natura sua immediatã diximus, est, quæ sit quoties prædicatũ cadit in rõne subiecti: & cum passio prima prędicat̃ de suo primo subiecto,vt infra patebit, & cũ vnũ generalissimũ negatur ab alio &c. Propositio aũt per se nota,quo ad nos tm̃, est illa, quæ certa nobis est absq; medio, licet illud secundũ se habeat. Propositio verò per se nota secundũ se, & quo ad nos,est quæ vtroq; caret medio. Et si hoc sit respectu oĩm nostrũ,vocat̃ dignitas, quam necesse est quẽlibet docendũ habere. Si aũt quo ad aliquos sapientes,eorum cõis animi cõceptio dr̃. Diligenter aũt attendendũ est,ꝙ cùm dicim⁹: propositio per se nota secundũ se, ly secundũ se, determinat tam ly per se nota,q̃ ly ꝓpositio:ita ꝙ sensus est, ꝓpositio scd̃m seipsam sumpta nota nõ per mediũ,qd̃ ex natura sua sit mediũ, sed ex proprijs tantũmodo terminis: loqui aũt de propositione secũdũ se, est loqui de ipsa secundũ suorũ terminorũ significata secũdũ se sumpta,& nõ vt stãt sub hoc vel illo cõceptu,vt in præcedẽti declarauim⁹ capitulo. Vnde loquendo de ꝓpositione scd̃m se nulla est dr̃ia inter istã,homo est albus,& istã,animal rõnale est disgregatiuũ visus, ꝙa nulla est inter signãta scd̃m se sumpta diuersitas, licet quo ad nos differãt,ꝙa differũt sicut diffinitio & diffinitũ, quorũ nos distinctionẽ facim⁹: ꝓpterea & dixim⁹ ꝙ oĩs ꝓpositio,cuius prædicatũ est de rõne subiecti,est ꝓ se nota scd̃m se, & simil̃r ea,cuius prædicatũ est prima & primò passio. Tales siquidẽ ꝓpositiões habent suorũ terminorũ signãta talia ꝙ secũdũ se sumpta,nullũ penitus mediũ simp̃r cõpatiuntur, vt de se patet. Ex quib⁹ sequit̃ ꝙ qñ de⁹ ꝓpositiõe per se nota scd̃m se tractat̃ idẽ terminus sunt diffinitio & diffinitũ,quia significatũ scd̃m se sumptũ idem est,licet quo ad nos distinguant̃ scd̃m cõfusionẽ,& distinctionẽ,quia vt dr̃. 1. Physicorũ. text. Cõm. 5. nomẽ diffiniti significat naturã confuse, diffinitio verò distinctè. Et quia hoc est nostræ positionis fundamentũ,ideo probo illud dupliciter: primò sic. Diffinitio & diffinitũ differũt tm̃ secundũ confuse & distinctè cõcipi: ergo nullã dr̃iam secundũ se habẽt. Antecedẽs est ex se euidens. Non em̃ facilè esset fingere aliquã dr̃iam, quæ illã præueniret,aut maiorilla esset. Cõsequẽtia probat̃, vt sic. Cõcipi nihil reale ponit supra rẽ conceptã: ergo dr̃ia scd̃m cõcipi nõ est dr̃ia quidditatis signãtæ secundũ se : ergo distinctè vel confuse concipi non ponit distinctionem in re cõcepta secũdũ se.

Capit. 3.

Boetius in li. de hebdomadibus ca. 1. infra. c. 19. circa. tex. cõ. 38. infra. c. 13. tex. circa. Cõm. 31.

Capit. 2.

Quæcunq;

Quæcunq; ergo differunt tm̃ ſecundũ confuſe & diſtinctè cõcipi, nullã habẽt ſcdm ſe rẽiam, qđ erat probandũ. Scdò ſic in proceſſu, quo probatur ali quod prædicatum ineſſe ſubiecto, quia ineſt eius diffinitioni ex parte rei ſiue ſcdm ſe, committitur fallacia petitionis principij. ergo diffõ & diffinitũ ſcdm ſe ſunt idem terminus: cõſequẽtia tenet, &
c.3.et.4. autecedẽs probatur: primò auctoritate. S. Tho. in fallacijs. capitulo de fallacia petitionis prĩcipij. Et Alberti magni in primo Elẽchorũ, capitulo eodẽ. Vbi expreſſè dicũt, q̃ procedere à diffõne ad diffinitũ, eſt petitio principij: qa ſi negatur q̃ hõ currat non minus negatur q̃ aĩal rõnale currat. Scdo
Cap. 3. auctoritate Ariſt. dicẽtis in primo Elẽchorũ, q̃ fallacia petitionis principij, fit totidẽ modis quoties cõtingit q̃ erat in principio petere. Vbi Albertus
Cap. 11. magn⁹ ait q̃ Ariſto. remittit ſe ad octauũ Topicorũ, vbi determinatũ eſt quot modis cõtingit petere qđ eſt in principio: patet aũt in. 8. Topicorũ. c. vndecimo. q̃ quinq; modorũ ibi poſitorũ primus eſt, qñ diſſinitũ petit̃ in ſua diffinitione, vt Albertus magnus gloſat vtrobiq;. Nec hoc videatur ali
In fallacijs. c. 26 cui mirabile: qm̃ (vt inquit. S. Tho. vbi ſupra) proceſſus à diffõne ad diffinitũ cõſideratur duplicit̃: vno mõ ſcdm ſe, & ſic accidit in eo peccatũ prædictũ: qa idẽ accipitur vt diuerſum: alio mõ rõne noſtri, apud quos differt diffõ à diffinito, & diffõ eſt notior, quia explicat id quod implicitè dicit diffinitũ, & ſic nullũ vitiũ accidit in tali proceſſu, immo vnus locorũ Topicorũ eſt, & quod plus eſt de mõſtratiu⁹ proceſſus illo vtit̃ applicato ad materiã neceſſariã. Cõtra hãc aũt determinationẽ multi diuerſimodè arguũt. Et qdẽ cõtra primũ mẽbrũ diuiſionis, q̃. ſ. aliqua ſit propoſitio per ſe nota ſecũdũ ſe tm̃, & ſuã declarationẽ qua dr̃: q̃ ea eſt per ſe nota ſcdm ſe, quæ ex rõnibus ſeu diffõnibus terminorũ ſuorũ eſt euidẽs. Scotus in primo Snt̃arũ
Scot. primo. d. 2. q. 2. in declaratione per ſe nota. d. 2. q. 2. arguit q̃drupl̃r intẽdens ꝓbare, q̃ quo ad propõnẽ per ſe notã, alius terminus eſt diffinitũ, & alius diffõ. Et cõſequẽter ſi ꝓpoſitio aliqua eſt euidẽs nõ niſi ex diffinitionibus ſuorũ terminorũ nõ eſt per ſe nota: quia nõ ex ſuis, ſed alijs terminis euidẽtiã habet. Eſſet em̃ euidẽs ex diffõnibus ſuorũ terminorũ qui ſunt alij termini à terminis quorũ ſunt diffõnes. Arguit ergo primò ſic. Qđ quid eſt alterius termini eſt mediũ in demonſtra
T.c.8. tione: ex ſcdo Poſte. ergo altera præmiſſarũ non differt à cõcluſione niſi ſicut diffõ à diffinito. Tũc vltra præmiſſa talis demõſtrationis eſt propoſitio per ſe nota, cõcluſio aũt eſt demõſtrata: ergo quo ad propoſitionẽ per ſe notã, alius terminus eſt diffinitio: & alius diffinitũ. Cuius oppoſitũ pro fundamẽto tu aſſumis. Et cõfirmatur hoc dupl̃r: primo quia ſi in propoſito diffõ & diffinitum eſſent idem terminus in demõſtratione potiſſima eſſet petitio principij. Scdò quia eſſent ibi tm̃ duo termini: qđ falſum eſt. Scdò arguit ſic. Impoſſibile eſt eundẽ conceptũ eſſe priorẽ & poſteriorẽ & haberi & non haberi de eadẽ re: ſed idem poteſt cõcipi prius ſcdm nomẽ q̃ ſcdm diffõnem: ergo conceptus per nomẽ diffiniti & diffõnẽ non eſt idem. Minor patet ex primo Phyſicorũ, vbi dicitur q̃ T.c.5.
nomina ſuſtinẽt ad diffõnes, hoc quod totum ad partes. i. q̃ nomẽ cõfuſè importãs id quod diffinitio diſtinctè: eſt prius notũ diffinitione: ergo &c. Tertiò ſic: ad idẽ: quia aliter ſequeretur q̃ oĩs propoſitio in primo mõ dicẽdi p̃ ſe eſſet per ſe nota: quod eſt falſum. Et q̃ quælibet propoſitio eſſet per ſe nota in ſcientijs ſpecialibus: quã metaphyſicus poſſet habere per ſe notã ex diffõnibus terminorũ: quod nõ eſt verũ. Quarto ſic. Bene ſtat demõſtratio alicuius prædicati de diffinito: cùm hoc q̃ illud p̃dicatũ ſit per ſe notũ de diffõne: ſicut hr̃e tres eſt de mõſtrabile de triangulo, cũ tamen notũ ſit per ſe de eius diffõne, dicẽdo omnis figura plana &c. ergo alius terminus eſt diffinitio: & alius diffinitũ quo ad propõnem per ſe notã. Et cõſequenter male dictum eſt q̃ propoſitio quæ ex rationibus ſeu diffinitionibus terminorum eſt euidens: eſt per ſe nota ſecundum ſe. Ex quibus infert Scotus, q̃ quia propoſitio per ſe nota eſt nata hr̃e euidentiã ex proprijs terminis in quocunq; intellectu poſitis: licet actu nõ cõcipiant nulla eſt diſtinctio inter propõnem per ſe notã ſcdm ſe & quo ad nos. Et ſimil̃r nulla eſt diſtinctio inter propoſitionẽ per ſe notã ſapientibus vel inſipiẽtibus: quia hoc pertinet ad cognitionẽ terminorum: qui præſupponũtur ad intellectũ ꝓpõnis per ſe notæ.
In fi. huius declarationis.

Num omnis propoſitio ſecundum ſe nota, ſit etiam per ſe nobis nota.

CONtra eandem diuiſionẽ, & primũ eius membrũ arguit Petrus Aureoli ordinis Minorũ, in tendens ꝓbare q̃ omnis propõ perſe nota ſecundũ ſe, ſit perſe nota nobis ſic. Oĩs propoſitio ex ꝓprijs conceptibus nota cuilibet habẽti illos, eſt perſe nota: ſed omnis propoſitio per ſe nota ſcdm ſe, eſt ex ꝓprijs cõceptibus nota: ergo omnis propoſitio per ſe nota ſecũdũ ſe cuilibet habenti eius proprios cõceptus eſt per ſe nota: ſed quilibet formans eã hẽt eius ꝓprios cõcept⁹: ergo cuilibet formanti eã eſt per ſe nota: ſed nos formamus eã, aliter nec à poſteriori illa eſſet nobis nota: ergo nobis eſt per ſe nota. Probatio q̃ quilibet formãs eã habeat eius proprios conceptus, quia niſi habeat eius proprios cõceptus iam nõ format eã, ſed aliã, quia identitas propoſitionis ex identitate conceptuũ, non vocũ ſumenda eſt. Cõfirmatur hoc ſic. Sortes formans propõnem quã vocas per ſe notã ſcdm ſe tm̃, puta Deus eſt, aut fert intuitũ ſuũ ſuper illos conceptus: ex quibus cõſurgit per ſe notitia illius propoſitiõis, aut ſuper alios: ſi ſuper illos ergo illos habet & eſt ſibi perſe nota: ſi ſuper alios ergo non fert intuitum ſuum ſuper illa propoſitione, ſed ſuper alia: quia illa propoſitio ita integratur ex proprijs conceptibus quòd non ex alijs. Alietas ſiquidem partium: alietatem totius inducit. Conſtat aũt cõcept⁹ incõplexos, partes eſſe cõceptus cõplexi, qui eſt propõ. Oĩs ergo propoſitio
Aure. primo. di. 2. q. 1. inquiro. art. 4.

ſitio per ſe nota ſecundũ ſe, omni formãti eã eſt per ſe nota, & cõſequẽter nobis, qui formam⁹ eã aliter nec à poſteriori eẽt nobis nota vt dcm̃ eſt. Ad ſoluẽdas has obiectiões nõ oportet alia iacere fundamẽta: ſed ex præmiſſis rn̄detur, vt eo pulchrior & efficacior oſtẽdatur doctrina, quo ex ea oẽs difficultates accidentes ſoluũtur. Talis enim eſt natura rectæ diffinitionis (vt dicitur in Quarto Phyſicorũ.) Argumẽta ergo Scoti ſoluũtur ex
T.c.31. ſuprapoſita diſtinctione q̃ de ꝓpõne & diffõne & diffinito contingit loqui dupl̃r: vno mõ ſcdm ſe, alio mõ ratione noſtri: ſi ſcdm ſe loquamur, ſic nulla eſt inter diffõnem & diffinitũ diã. Et ſic cõcluſio demõſtrata rõne noſtri eſt ſcdm ſe per ſe nota, quia nihil aliud eſt q̃ ea quã nos alterã præmiſſarũ facimus, & ſimil̃r ſcdm ſe incidit ibi petitio principij, licet non rõne noſtri. Et ſimil̃r ſunt in tali proceſſu ſcdm ſe duo tm̃ termini, licet rõne noſtri ſint tres. Similiter ad ſcdm gratis cõcedit q̃ alius eſt conceptus diffõnis à cõceptu diffiniti ſed non ſcdm ſe, ſed ratione noſtri. Tertij quoq; tã prima cõſequẽtia q̃ eius conſequẽs cõceditur. Scda aũt conſequẽtia nihil valet, & eius conſequẽtia implicat in adiecto. Implicat em̃ q̃ ꝓpõ, cuius termini quidditatiui cognoſcũtur à Metaphyſico, & tm̃ ex quidditatib⁹ terminorũ eſt per ſe nota ſcdm ſe, ſit per ſe nota in ſcientia ſpeciali: ſufficit em̃ q̃ ſit per ſe nota Metaphyſico. Ad quartũ dr̃ ſicut ad primũ. ſ. q̃ illud aſſumptũ (ſtat q̃ aliqđ p̃dicatũ ſit p̃ ſe notũ à diffõne alicuius & de diffinito demõſtretur) eſt verum ratione noſtri, ſed non ſecundum ſe, iam enim dictũ eſt q̃ ſcdm ſe incidit ibi petitio prĩcipij. Vñ ad clationẽ horũ intelligẽtiã aduerte q̃ demõſtratio eſt potiſſima inſtrumẽtũ intellect⁹ humani cõiũcti eſt & nõ rerũ ꝓprietas; res. n. ipſę indifferẽtes ſunt vt diſcurſiue, aut abſq; diſcurſu cognoſcãt: ab intellectu ſiqđẽ ſeparato, ſimplici intellectu intelligũt̃,
T.c.20. à nobis aũt ſyllogiſtico diſcurſu attingũtur, vñ in Quinto Meta. dr̃, q̃ ſcibile nõ refert ad ſciam, qa eius expers eſt. Quia aũt demõſtratio intellect⁹ nr̃i eſt inſtrumẽtũ, ad diſcurſiue cõcludẽdũ in materia neceſſaria, & inſtrumẽtũ oportet eſſe cõforme vtẽti illo, & ꝓportionatũ materiæ, circa quã verſatur, oportet demõſtrationẽ cõformẽ eſſe intellectui nr̃o, & cõcluſioni ſcibili vt ſic. Sed qm̃ inſtrumẽti vtilitas nulla eſt niſi in vſu agẽtis, ideò in ipſa inſtrumenti cõfectiõe p̃mittẽdæ ſunt aliquæ cõdões eius reqſitę ex parte materiæ, q̃ impedirẽt vſum agẽtis, & attẽdendũ eſt, vt ſit ꝓportionatũ vtenti. Inepte em̃ imbecilli artifici daret inſtrumẽtũ nõ facilè mobile, ꝓpterea, qa materia exigeret inſtrumẽtũ adeo graue, melius em̃ proportionatũ ſibi inſtrumẽtũ traderetur, vt poſſet ſcdm vires operari. Demõſtratio ergo etſi ſecũdũ ſe ſeu rõne materiæ, qđ idẽ eſt, exigat q̃ concluſio eius nõ ſit ex rõnibus terminorum nota, attamẽ ex imbecillitate intellectus, quæ cõmuniter inuenitur in hominibus: qua fit vt aliqđ ignoret de diffinito qđ nouit de diffõne, oritur q̃ demonſtratio conformis nr̃o vſui ſit illa, in qua mediũ eſt quidditas alterius termini, & cõſequẽter q̃ in ea p̃termittatur id qđ ex ſe exigeret: ꝓpterea Ariſtot. & cæteri cõfecturi demõſtrationẽ, talẽ, nobis edidere, qualẽ vtilẽ eſſe cognoſcebant, nec tm̃ filuerunt q̃ alię eſſent eius conditiones, ſi noſtra non obſtaret infirmitas. Ad ea autẽ, quę addit Scotus cõtra diuiſionẽ illas, dr̃ q̃ illa diuiſio S. Tho. artificioſè facta eſt per differẽtias propoſitionis per ſe notę, quia em̃ propoſitio per ſe nota, idẽ ſonat q̃ propoſitio nõ per aliã propoſitionẽ nota: hoc autẽ quod dico nõ per aliud notũ: rectè diuidatur ĩn ſcdm ſe, & in quo ad nos, vt patet per Ariſto. diuidentẽ eius oppoſitũ. ſ. per aliud notũ: in hæc eadẽ mẽbra. ſ. in per aliud notũ ſcdm ſe, & per aliud notũ quo ad nos: per hoc em̃ diſtinguitur demõſtratio, quia à propter qđ cõſequẽs eſt q̃ prima diuiſio neceſſaria &, nõ ſolũ recta fuit. Et ſimil̃r ſcda diuiſio per eaſdẽ diãs magis cõtractas facta eſt, vt patet in ipſa diuiſiõe. Quod autẽ terminorũ cognitionis in huiuſmodi diuiſione meminerimus, ad inſinuandã ſeu circumloquendã verã (quã diximus) diã factũ eſt, vt philoſophorũ mos eſt. Ad argumenta verò dr̃ qđ cũ idẽtitas propoſitionis ſcdm ſe attẽdatur penes identitatẽ ſui ſignificati cõplexi, & totalis ſignificati, quod põt cõcipi cõfuſè, & diſtinctè: eadẽ ſcdm ſe propoſitio eſt quæ cõſtat ex diffinitis, cum illis quæ cõſtat ex rationibus eorũ: & nõ differt niſi ſicut diſtinctè & cõfuſè cognita, quod ex differre quo ad nos. Vñ ad argumẽtũ dicitur q̃ maior eſt ſic modificãda, oĩs propoſitio ex ꝓprijs conceptibus nota cuilibet habẽti illos diſtinctè eſt per ſe nota: aliter nõ eſt vera vniuerſaliter: habẽti em̃ illos cõfuſe licet quãdoq; ſit per ſe nota, nõ tm̃ ſemper, quia quãdoq; ad euidẽtiã complexi ſignificati ſufficiunt cõceptus cõfuſi terminorũ, vt in iſta. Omne totũ eſt maius ſua parte, quãdoq; nõ, vt in iſta Deus eſt. Eſt etiã diſtinguẽda illa propoſitio, q̃ quilibet formãs eã, habeat eius proprios cõceptus, diſtinctè vel cõfuſè. Et p̃ hoc patet rn̄ſio ad cõfirmationẽ: quia ſortem formantẽ iſtam propoſitionẽ, Deus eſt, ferre intuitũ ſuũ ſuper illos cõceptus ex quibus cõſurgit per ſe notitia illius propõnis, põt intelligi dupl̃r: vno mõ diſtinctè, & ſic eſt falſum: eſſet em̃ ſibi per ſe nota: alio modo confuſè, & ſic eſt verũ. Et hoc ſufficit. Idẽtitas em̃ propoſitionis ſcdm ſe variatur ex alietate conceptuũ obiectaliũ ſcdm ſe, & non ex varietate conceptuũ formalium, & ideo non variatur ex diſtinctè vel cõfuſè concipi, vt dictum eſt, quia prius non oportet quòd varietur ex varietate poſterioris.

Aurea. argumenta ſoluũtur

Notato.

Adconfirmationẽ.

CIRCA ſcdam concl̃ionẽ dubitari poſſet an dm̃ōſtratio circularis ſit aliquo mõ poſsibilis. ſ. à priori vel poſteriori: ſed qm̃ de hoc inferi⁹ in ca. 13. habebit̃ ſermo, & multa oportet pręcognoſcere añ hanc qõnẽ, ideo illucuſq; qõ hęc differatur.

Circa. tecõ. 31. dubio. 1.

Illud tñ aduerte, ꝙ nec prima nec tertia rõ im,ꝓbat demõſtratiõẽ circularẽ eſſe impoſſem, extẽdendo demõſtrõnẽ ad, quia & ꝓpterqd: ſcda aũt rõ quantũ militet cõtra demõſtrõnẽ circularem, cuius altera ſit propter quid & altera qa, tunc dicetur. Sufficit enim tunc, quòd contra demonſtrationem circularem ſimpliciter acceptetur.

De Omni & per ſe. *CAP. IIII.*

Conclu. prima.

OVoniã aũt impoſsibile eſt aliter ſe habere cuius eſt ſcientia ſimpliciter, neceſſariũ vtiq; erit id eſſe ſcibile quod eſt ſecũdum demõſtratiuam ſcientiã. Demonſtratiua autẽ eſt quam habemus in habẽdo demonſtrationem. Ex neceſſarijs itaq; ſyllogiſmus demonſtratiuus eſt: accipiendũ eſt igitur ex quibus & qualibus demõſtrationes ſunt. Primum autem determinabimus quid ſit de omni, & quid per ſe, & quid vniuerſale. De omni quidem igitur hoc dico, qđ vtiq; eſt nõ in quodã quidẽ ſic, in quodam autẽ non: nec aliquando quidem ſic, aliquando verò non: vt de omni homine aĩal, ſi verũ eſt dicere hominẽ verũ eſt dicere animal: & ſi tũc alterũ, & alterũ & ſi in omni linea punctum ſimiliter eſt. Signum autẽ eſt quoniam inſtantias ſic proferimus ſicut de omni interrogati, aut ſi in quodã nõ, aut aliquãdo non. Per ſe autẽ ſunt quæcunq; ſunt in eo qđ quid eſt, vt triangulo ineſt linea & punctum lineæ: ſubſtãtia em ipſorum ex his eſt, & quæcunq; inſunt ratione dicente quid eſt. Et quibuſcunq; eorum, quæ inſunt ipſis, ipſa quidem ſunt in ratione quid eſt demõſtranti: vt rectum in eſt lineę & circulare: & par & impar numero, & primum & compoſitum, & iſoſcheli, quod eſt æquilaterum, & ſcalenõ. i. altera parte longius, quæ omnibus his inſunt in ratione dicenti quid eſt: hinc quidem linea, inde verò numerus: ſimiliter & in alijs huiuſmodi vnicuiq; per ſe eſſe dico, quæcunq; verò neutraliter inſunt accidentia ſunt, vt muſicũ, aut album animali. Ampliꝰ quod nõ dicitur de ſubiecto alio quodã, vt ambulans & albũ cùm quodã alterũ ambulans ſit & albũ. Subſtantia aũt & quæcunq; hoc aliquid ſignificãt non alterũ aliquod ſunt, quod verè ſunt. Quæ quidẽ igitur nõ de ſubiecto ſunt per ſe dico; quæ verò de ſubiecto accidentia ſunt. Itẽ alio mõ quod quidẽ propter ipſum ineſt vnicuiq; per ſe, quod verò nõ propter ipſum accidens eſt: vt ſi ambulãte Coriſco coruſcat, accidens eſt: non em propter id quod ambulat coruſcat, ſed ꝙ accidẽs dicimus hoc eſſe. Si verò propter ipſum per ſe, vt ſi aliquod interfectũ interijt ſcđm interfectionẽ, qm̃ ꝓpter id quod interfectũ eſt interijt. Sed non qđ accidit interfectũ interire. Quæ igitur dicunt inſimpliciter ſcibilibus per ſe ſic ſunt ſicut ineſſe prædicantibus, aut ineſſe propter ipſa quæ ſunt ex neceſsitate. Non em cõtingunt nõ ineſſe, aut ſimpliciter aut oppoſita, vt lineæ aut rectum aut obliquum, & numero par aut impar. Eſt em contrarium aut priuatio aut contradictio in eodẽ gñe, vt par & impar in numeris ſecũdũ quod ſequitur. Quare ſi neceſſe eſt aut affirmare, aut negare neceſſe eſt & quæ per ſe ſunt ineſſe: de omni igitur & per ſe determinatum ſit hoc modo.

Prim⁹mo dus per ſe. T.c.8.

Cor. T.c.8.

Tertius.

Quartus.

Summa huius capituli hæc eſt.

Prima cõ cluſio.

GSYllogiſmus demõſtratiuus eſt ex neceſſarijs: probatur à priori, quia quod ſcitur per eũ eſt neceſſariũ, quia impoſsibile eſt aliter ſe habere.

Cor.

Accipiendum eſt ergo ex quibus & qualibus demonſtrationes fiunt.

Diſſõ.

De omni dico, quod eſt non in quodã quidẽ ſic, & in quodã non: neq; aliquando ſic & aliquãdo nõ. Probatur â ſignõ, quia altero iſtorum modorũ proferuntur inſtãtiæ contra de omni.

Diſſõ.

Primo modo per ſe inſunt quæcunq; inſunt in ratione dicente quid eſt, vt linea ineſt triangulo, & punctum lineæ.

Secundo modo per ſe inſunt quæcunque in ſunt alijs, quæ in ratione eorum inſunt quid eſt demonſtranti.

Cor.

HQuæcunq; neutraliter inſunt accidẽtia ſunt.

Tertio modo per ſe ſunt, quæ nõ de ſubiecto dicuntur aliquo quodam. Quæ verò de ſubiecto accidentia ſunt.

Quarto mõ per ſe ineſt qđ propter ipſum eſt. Quod verò non propter ipſum accidens eſt, vt ſi ambulante aliquo coruſcauit.

Secunda cõcluſio. Tertia cõcluſio.

Quæ ergo dicim⁹ inſimplr ſcibilib⁹, per ſe ſic ſunt ſicut ineſſe ꝑdicatib⁹, aut ineſſe ꝓpter ipſa.

Et hæc inſunt neceſſario, vel ſimpliciter, vel ſubdiſiũctione. Probatur hoc vltimũ à priori, qa talia diſiũcta aut opponuntur cõtrariè immediatè, aut priuatiuè, aut contradictoriè in eodem genere quæ neceſſe eſt affirmare vel negare,

DIFFI-

Series autem hæc eſt.

DIFFINITA demõſtratione, intendẽs oſtẽdere in ſequẽtibus exquibus & qualibꝰ neceſſarijs eſt demonſtratio: in hoc capit. tria facit. Primo rõnẽ talis ꝓceſſus prima cõcluſiõe aſsignat. Scđò ꝑmittẽdorũ triũ. ſ. de oĩ, per ſe, & vniuerſali qđ ſint. Duo prima diffinit ſigillatim. Tertiò qũo demõſtrator vtaĩ (per ſe) inſinuat ſcđa cõcluſiõe & addit ꝙ talia ſunt neceſſaria, ĩ tertia cõcluſiõe.

Quænã ſubiectorũ & tẽporũ vniuer ſalitas ad de oĩ requiratur.

CIRCA diffõnem de oĩ, aduerte ꝙ vtilitas ſubiectorũ & tẽporũ diffiniẽs de oĩ nõ oportet ꝙ ſit vtilitas poſitiua & actualis: iſta em Deꝰ eſt actꝰ purus, eſt de oĩ, cũ ſit per ſe, & nõ ſingularis, & tñ nec aptitudine eius ſubiectũ hẽt partes ſubiectiuas, & ſimiłr eius ſignificatũ nec mẽſuraŕ, nec eſt mẽſurabile tẽporũ dr̃ijs. Sed ſufficit ꝙ ſit vtilitas vtraq; negatiua & virtualis, negatiua inquã ita ꝙ nulla pars ſubiectiua ſit cui tale prędicatũ nõ cõueniat, & ſimiliter nulla ſit dr̃ia tẽporis in qua nõ cõueniat. Virtualis verò quia ſi ſubiectũ haberet ſub ſe partes ſubiectiuas & mẽſuraretur tẽpore, cuilibet, & ſemper adeſſet tale ꝑdicatũ: vnde notãter (vt Albertꝰ dicit) Ariſt. diffiniẽs de oĩ, vtrãq; vtilitatẽ negatiuè poſuit, dicẽs nõ in quodã ſic, & in quodã nõ, neq; aliqñ ſic & aliqñ non. Aduerte ſecũdò, ꝙ vtilitas tẽporis ſiue poſitiuè, ſiue negatiuè intelligatur nõ oportet ꝙ intelligatur pro oĩ tẽpore ſimpliciter, ſed pro omni tẽpore quo tale ꝑdicatũ natũ eſt ineſſe tali ſubiecto: nõ em illud tñ dicitur eſſe ſemper quod nunq̃ abeſt, ſed illud quoq; ſempiternũ dicimus, ꝙ infallibiłr ſuo tẽpore inuenitur: vt ortus & occaſus ſolis, & coniunctiões planetarũ & ſimilia, quę perpetuò per ſeuerãt. Hæc em oĩa in demõſtrationibus, vt concluſiones neceſſarię cadũt, vt patet in aſtrologia, & cõſequẽter de oĩ ſunt. Quod aũt iſta expõ ſit ſcđm mentẽ Ariſt. probatur ſic. De oĩ poſteriori ſticũ exigit vtilitatẽ ſuppoſitorũ, propter formã ſyllogiſmi, vtilitatẽ tẽporis autẽ (vt albertus ait) propter materiã neceſſariã, circa quã verſatur demonſtrator: neceſſariũ em immutabile & perpetuũ eſt. Talis ergo exigitur tẽporis vniuerſalitas, qualẽ neceſſaria materia requirit. Cõſtat autẽ ꝙ prædicata oĩa neceſſaria ſunt, aliter de eis nõ eſſet ſciẽtia, & tñ perpetua non ſunt niſi mõ dicto, quia. ſ. infallibiliter quãdo nata ſunt ineſſe inſunt ergo talis tẽporis vtilitas ſufficit ad de omni. Et cõfirmatur, quia in primo huius Ariſto. expreſſe dicit, talem perpetuitatẽ cõcluſioni demõſtrabili ſat eſſe. Si dicatur ꝙ de coniunctionibus & aſpectibus planetarũ, & ſimilibus in actu nõ eſt ſcientia, ſed in aptitudine tm̃, & cõſequenter ꝙ huiuſmodi non ſunt nec perpetua, nec neceſſaria, ſed aptitudines ad ipſa. Cõtra: primò quia hoc videt contra intẽtionẽ explicitã loquẽtiũ de huiuſmodi: non em dicunt ꝙ Luna eſt eclipſabilis, nec ꝙ Mars eſt Saturno cõiungibilis, ſed ꝙ Lunæ ineſt eclipſis, & Martι cõiunctio, licet nõ dicant hoc eſſe nũc. Secundò quia ſecundũ hoc ita erit ſciẽtia de cõiũctionib⁹, & aſpectib⁹ & retrogradationib⁹ ſtationib⁹, & huiuſmodi, q̃ inueniũtur in cęleſtibus corporib⁹, ſicut eſt ſcientia de iſtis, hõ eſt albus, hõ currit, hõ nauigat, hõ diſputat & his ſimilibus: hæc em demõſtrabilia ſunt in potẽtia. Aſſerere aũt hoc, alienũ ab humano ſenſu eſt: oẽs em dicim⁹ de iſtis nõ haberi ſciẽtiam & de illis haberi loquẽtes ꝓculdubio de vtriſq; in actu, in vniuerſali tñ nõ in particulari. Aduerte tertiò nõ eſſe extra latitudinẽ ꝓpoſitionũ đ oĩ poſteriorıſtico, ꝙ poſitiones naturales, inquibus prędicatum ineſt neceſſariò ſubiecto, vt in pluribus tã ſuppoſitis, q̃ temporũ dr̃ijs, quãdo natũ eſt ei ineſſe, licet in aliquo, vel aliqñ fallat per accidẽs. Tales ſiquidẽ propoſitiones ſunt, & præmiſſæ & cõcluſiones ſæpe in demõſtrationibus naturalibus, cũ ſcibiles ſint, & cõſequẽter ſunt per ſe & neceſſarię qa (vt infra oſtendetur) neq; de his, quæ ſunt per accidẽs, neq; de poſsibilibus aliter ſe habere, demõſtrationes fiunt, per ſe aũt & neceſſariũ de omni ſupponũt: ſunt igiŕ & iſtæ de oĩ & habẽt vniuerſalitatẽ temporũ & ſuppoſitorũ, nõ ſimpliciter neq; qñ natũ eſt eſſe, ſed vt in pluribus neceſſariã. Vñ de oĩ poſterioriſticũ analogũ quoddã eſt diuidẽdũ per hos tres modos. ſ. ſimplr̃, & qñ natũ eſt in eſſe, & vt in plurib⁹ neceſſariò, qñ natũ eſt ineſſe. Et cõſtituit tres ſupradictos ordines propõnũ ſ. earũ, in qbus eſt vtilitas ſubiectorũ & tẽporum ſimplr̃, & earũ, in qbus eſt vr̃itas vtraq; nõ continua, ſed regularis, & earũ, in quibus vtilitas vtraq; eſt neceſſaria quidẽ, ſed cũ per accidẽs defectu. Nec oportet vt ſi quælibet cuiuſq; iſtorũ ordinũ eſt de omni, quòd diffinitio aſsignata de omni ab Ariſtotele cõueniat ſimpliciter cuilibet. Sed ſufficit quòd in primo tota ſimplr̃ ſaluetur, & in alijs ſecundum quandã ꝓportionalẽ imitationẽ: aliter vniuocè, nõ analogice ly de oĩ diceretur de oĩbus ſupradictis. Ad euidentiã modorũ dicẽdi per ſe notãdũ eſt, ꝙ per ſe põt accipi dupliciter: vno mõ poſitiuè: alio mõ negatiuè. Si ſumaŕ poſitiuè, vel eſt cõditio incõplexorũ, & ſic diſtinguiŕ cõtra hoc quod dico, in alio, & cõſtituit tertium modũ ſcđm quẽ ſubſtãtia, & quæcunq; ſignificãt hoc aliquid, entia per ſe ſunt: albũ verò & ambulãs, entia in alio. Vel eſt cõditio cõplexorũ, & ſic diſtinguitur cõtra per accidẽs, vt idẽ ſonat quod accidẽtaliter ſeu cõtingẽter, & cõſtituit reliquos tres modos perfeitatis. Primũ quidẽ ſi ſit cõditio cõplexi ſubſtãtialis. Scđm verò ſi ſit accidentalis i. extra rei eſſentiã. Quartũ ſi ſit cõditio cauſalitatis in ſubiecto, reſpectu prædicati, vt patet in textu. Si aũt ſumatur per ſe negatiuè, põt accipi etiã dupliciter. ſ. vt cõditio incõplexi, & ſic diſtinguiŕ cõtra hoc qđ dico cũ alio, & nihil aliud niſi ſolitudinẽ denotat, & ſic dicim⁹ ꝙ quãtitas per ſe neq; circularis neq; recta: & aĩal per ſe, neq; rõnale, neque irrationale, nihil aliud intẽdentes, niſi ꝙ quãtitati & animali ſolitariè ſumptis nihil eorũ ineſt

Infra primo hui⁹. T.c. 43.

& hoc mõ ꝑſe nõ cõſtituit aliquẽ ꝑſeitatis modũ: aũt ſe negatiuè ſumptũ ſit conditio cõplexi, ſic diſtinguitur contra per accidens, vt idem ſonat q̃ per aliud, & ſic dicimus q̃ iſta, homo eſt albus eſt per ſe: quia homo eſt albus, non quia aliquid aliud ſit album: ſed quia ipſum informat albedo iſta vero, album eſt homo, eſt per accidens, quia albo non eſt homo, niſi quia id quod ſubſternitur albedini, eſt homo, & hoc quoq; modo, per ſe nullum perſeitatis modum conſtituit,

Num definitio & quæ in definitione ponuntur, per ſe de definito prædicentur.

t.c.35. & 36. CIrca primum modũ dicẽdi per ſe, dubitatur, quia nõ videtur verũ, q̃ quęcũq; ponũtur in diffinitione prædicẽtur per ſe de diffinito. Subiectũ em̃ ponitur in diffinitione ſui ꝓprij accidentis, & tñ nõ prædicaꝛ per ſe de eo, ſed per accñs (vt infra in hoc primo dicitur cap. 18.) nec põt dici q̃ hoc intelligitur de partibus diffinitionis in recto, & non in obliquo: expreſſe nanq; in textu dantur exempla de partibus diffinitionis in obliquo, vt patet de linea reſpectu trianguli, & pũcto reſpectu lineæ, & Albertus & S. Th. hic dicunt quod ad hunc modũ pertinent nõ ſolũ ea, quę in recto ſed etiã in obliquo diffiniũt aliquid.

Prima reſponſio. Ad hoc dubium dicitur quòd quelibet pars diffinitionis eo modo, quo ponitur in diffinitione, prædicatur in primo modo dicendi per ſe de diffinito ita quòd ſi diffinitur in recto, prædicatur per ſe in recto, & ſi in obliquo, in obliquo. Et quia accidẽs dupliciter diffinitur. ſ. in cõcreto & in abſtracto, & qñ diffinitur in cõcreto, ſubiectũ ponitur ibi in recto, vt patet dicẽdo, ſimũ eſt naſus curuus: & qñ diffinitur in abſtracto, ſubiectũ ponitur in obliquo: vt patet cũ dicitur, ſimitas eſt curuitas naſi: ideo ſubiectũ prædicatur in primo mõ dicendi per ſe in obliquo de proprio accidẽte in abſtracto, in recto vero de eodẽ in cõcreto. Ad auctoritatẽ autem Ariſto. dicẽtis q̃ ſubiectũ prædicatur de ſuo proprio accidẽte per accidẽs dicitur q̃ ſicut ꝑſe ſumitur dupliciter: vno modo vt diſtinguitur cõtra per aliud, alio modo vt diſtinguitur cõtra accidẽtaliter: ita per accidẽs ſumitur dupliciter: vno modo vt idem ſonat qđ per aliud, alio mõ vt idẽ eſt qđ accidẽtaliter: & q̃ Ariſto. diuerſimodè vſus eſt per ſe & per accidẽs: hic & inferiꝰ: hic ſiquidẽ accepit ꝑſe, & ꝑ accidens: ideſt accidentaliter. vbi verò per ſe & ꝑ accidẽs. i. per aliud. Vnde iſta propoſitio, ſimũ eſt naſus, eſt per ſe in primo modo, & nõ accidẽtalis & eſt per accidẽs, ideſt per aliud, quia naſus non ineſt ſimo, ſed eius ſubſtrato copulato ꝑ ipſum, vt infra dicetur: quare nulla eſt cõtrarietas inter reſponſionem, & Ariſto. dicta. Hæc reſponſio licet ſubtilis ſit, à proprietate tamen recedere videtur: quia propoſitiones, quæ propriè ſunt per ſe, de quibus hic loquimur, ſunt illæ, quibꝰ vtitur demõſtrator vel in præmiſſis vel in cõcluſiõe: ꝓpoſitiones autẽ, in quibus ſubiectũ prędicatur de accidẽte ꝓprio nõ ſunt illę, q̃bus vtitur demõſtrator: igitur ꝓpoſitiones tales nõ ſunt ꝑ ſe eo mõ, quo hic eſt ſermo de per ſe. Maior huius rõnis eſt euidẽs, & infra euidẽtior apparebit, minor autẽ eſt Ariſt. inferius loco allegato: vbi ait, quod prædicatio ſubiecti de accidẽte nõ vocatur prædicatio, & ſi vocatur, debet vocari cũ additione diminuente, prædicatio ſecundũ accidẽs, quia tali nõ vtunt demõſtratores. Oportet ergo aliter reſpõdere, præmittẽdo q̃ ſicut res poteſt dupliciter conſiderari. vno modo ſecundũ ſuã naturã abſolute, alio modo vt ſic vel ſic ſignificata, ita natura diffinibilis põt dupliciter diffiniri, vno modo ſecũdũ exigẽtiã ſuæ naturæ ſimpliciter: alio mõ ſcđm q̃ ſignificaꝛ in cõcreto, vel in abſtracto. Differũt aũt plurimũ iſti duo modi diffiniẽdi: qa qñ res primo mõ diffinitur nihil ponitur in eius diffinitiõe in recto niſi genꝰ & differẽtia, licet in obliquo ponaꝛ qñq; aliqd vt additũ, qđ eſt extra rei eſſentiã vt patet in diffinitionibꝰ formarũ tã ſubſtantialiũ q̃ accidentaliũ. Qñ verò res diffinitur vt ſic ſignificata, cõtingit q̃ in eius diffinitione ponatur in recto id, quod eſt extra rei eſſentiã, quod vt additum ponendũ eſſet, ſi ſecundũ naturæ exigentiã diffiniretur, vt patet cũ diffinitur accidens in cõcreto. Dicimus enim q̃ ſimũ eſt naſus curuus, ponentes naſum in recto vt genus, & tamen naſum extra ſimitatis eſſentiã eſſe conſtat, & q̃ ponẽdũ in obliquo in eius diffinitione, ſi natura diffinita ſolum reſpiceretur. His prælibatis dr̃ ad dubium, q̃ iſta regula Ariſtotelis. Quæcũq; inſunt in ratione dicẽte quid eſt, per ſe inſunt primo modo, intelligenda eſt cũ duplici gloſa. vna ſupra ly ratione dicẽte quid eſt, vt intelligatur ratiõe dicẽte quid eſt res, ſcđm rei exigentiã, & nõ ſecũdũ q̃ ſic ſignificaꝛ. Altera ſupra ly per ſe inſunt: vt intelligatur, per ſe inſunt diffinito eo mõ, quo in ipſa diffinitione cadũt, ita q̃ ſi intrinſece, aut in recto ad diffiniendũ ſumũtur, intrinſecè, etiã in recto đ diffinito dicũtur: ſi autẽ vt additũ, & oblique, ſimili quoq; mõ diffinito inerũt. Et per hæc facilè patet reſpõſio ad obiecta. Dicẽdũ eſt. n. q̃ ſubiectũ in recto propriè nõ prędicaꝛ perſe de proprio accidẽte, ſed in obliquo, quia ſubiectũ eſt extra eſſẽtiã proprij accidẽtis, & cõſequẽter nõ poniꝛ intrinſecè & in recto in diffinitiõe ſcđm ſuæ naturę exigẽtiã data, licet ponaꝛ in recto in diffõne eiꝰ data ſcđm exigẽtiã eius, vt ſignificaꝛ in cõcreto, qa tũc ex mõ ſignificãdi diffiniẽdũ eſt more ſubſtantiarũ cõpoſitarũ, vt in fine expoſitionis libelli de ente & eſſentia diffuſè declarauimus. Vñ proprie đ prędicatiõe loquẽdo ſcđm doctrinãin hoc capitulo traditã, ſubiectũ in obliquo ꝑ ſe in primo mõ prædicaꝛ de ꝓprio accidente, & ſcđm doctrinãin ferius ſuſcipiẽdã, ſubiectũ in recto per accidẽs prędicatur de ſuo ꝓprio accidẽte. Et merito: qa prędicatio in recto denotat ſubiectũ ineſſe paſſioni, qđ nõ niſi ꝑ accidẽs verũ eſt, prędicatio verò in obliquo denotat depẽdẽtiã paſſionis à ſubiecto, q̃ eſt ad

Secũdare ſpõſio vera.

Nota.

Cap. 7. T.ca. 35.

T.ca. 36.

Reprobat

eſt ad ſuum principium per ſe &c. Et aduerte q̃ tam accidentium, q̃ formarũ ſubſtantialiũ diffinitio ſcđm eorũ exigentiã in abſtracto ꝓſpiciẽda eſt, ſubſtantiarum verò compoſitarum in cõcreto: cuius cauſam require ſi vis, vbi ſupra.

In decẽte & eſſentia c. 7. circa medium. Ad claritatẽ huius primi modi dicẽdi per ſe aduerte, quod in hoc mõ tripliciter ꝓpoſitiones reponuntur. Quædã propriè & principaliter, & hæ ſunt tãillæ, in quibꝰ diffinitio data de re ſcđm exigentiã prædicaꝛ de diffinito, vt aãal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis, q̃ illæ, in quibꝰ differẽtia eſſentialiter cõuertibilis de eo cuiꝰ eſt ꝑdicatur, vt aãal eſt ſenſibile. Quædã aũt ꝓpriè & ſecũdariò: & hæ ſunt, in quibus reliquę talis diffinitiõis partes de diffinito prędicãtur: ſiue in recto, vt aãal eſt ſubſtãtia: ſiue in obliquo, vt linea eſt ex pũctis. Quædã verò impropriè: & hę ſunt, in quibus diffinitio data de re non ſcđm rei exigẽtiã, ſed ſcđm exigẽtiã modi ſignificãdi ꝑdicaꝛ de diffinito, vt ſimum eſt naſus curuꝰ, & in quibus talis diffinitionis pars đ diffinito ꝑdicaꝛ: pars autẽ non quælibet, ſed illa, q̃ extra eſſentiã eſt diffiniti ſcđm veritatẽ, & ratione modi diffiniẽdi vt intranea ſita eſt: reliqua ſiquidẽ pars ꝓpriè & ſecundario ꝑ ſe prędicaꝛ, vt patet dicẽdo, ſimũ eſt curuũ. Nec ſolũ attendas latitudinẽ dari in primo mõ ꝑſeitatis ꝓpter iſtos tres ordines propoſitionũ, ſed in quolibet horũ ordinũ latitudo eſt, & ſemper q̃ prior eſt, dignior eſt vt in hoc mõ reponaꝛ. Cauſa autẽ huius latitudinis & diſtinctionis ſatis aperta eſt ex rebꝰ ordinatis, & adeo clara vt explanandã amplius non iudicẽ. Illud autẽ ſuperficietenus pertrãſeundũ nõ cenſeo, q̃ Ariſtoteles deſcribẽs hunc primũ perſeitatis modũ, duo exẽpla adduxit: in quorũ neutro, id quod poniꝛ in diffinitione prædicaꝛ de diffinito in recto, vt ſuaderet ea etiã quæ in obliquo cadunt in ratione, iuxta hunc modũ per ſe ineſſe, eo tñ mõ quo in ratione ſunt ſcilicet in obliquo propriè loquendo (vt dictũ eſt) in primo quoq; exẽplo id quod in obliquo cadit in diffinitione) terminus eſt alterius prædicamenti à diffinito. Linea enim eſt in prædicamento quantitatis & triangulus in quarta ſpecie qualitatis: in ſecundo autẽ exẽplo, id quod in obliquo cadit eiuſdẽ generis eſt (per reductionem tñ) vt patet, vt inſinuaret q̃ ſiue res ſit eiuſdẽ, ſiue alterius prædicamenti, dummodo ponaꝛ in diffinitione rei, in primo mõ prędicatur de diffinito, ſuo tñ mõ. Eſt quoq; in eiſdẽ exẽplis aduertere q̃ in neutro dedit exẽplũ de tota diffinitione aut parte, quæ ſit genus vel differentia rei diffinitæ, vt patet in vtroq; : in primo quidẽ, quia differẽtia debet eſſe eiuſdem generis cũ diffinito: in ſecundo autẽ, qa differẽtia diuidit genus, pũctũ, q̃titatis diuiſiua dr̃ia nõ eſt. Docuit aũt ex hoc, q̃ nõ ſit nobis curæ ad intuẽdum ad id, quod in diffinitiõe poniꝛ, nũ ſit genus vel dr̃ia diffiniti, ad hoc q̃ inſit ꝑ ſe: quodcũq; eñ in rõne qd eſt poniꝛ, ſiue genꝰ vel dr̃ia ſit, ſiue nõ ſed aliquod eiꝰ prĩcipiũ ſit, ꝑ ſe in primo mõ ĩeſt.

A Num propoſitiones, in quibus ſubiectum cadit in definitione prædicati, ſint per ſe in ſecundo modo.

CIrca ſecũdũ modũ dicendi per ſe dubitatur, quia in propõnibus, in quibus ſpẽs ꝑdicatur de genere, ſubiectũ ponitur in diffinitione prædicati, & tñ non eſt prędicatio per ſe: iſta. n. animal eſt hõ, eſt per accidens, cũ non ſit de omni. Et ſimiliter in propoſitionibus, in quibus differentia prædicaꝛ de genere, ſubiectũ ponitur in ratione prædicati, vt additũ, quia eſt eius ꝓpria materia: & tñ nec ibi eſt prædicatio per ſe, quia non eſt de omni. iſta. n. animal eſt rõnale, eſt per accidens, vt de ſe patet. Ad hæc facilè reſpondent ad pauca reſpicientes: & dicunt, q̃ quia prædicatio per ſe præſupponit prædicationẽ eſſe directã, & iſtæ prædicationes non ſunt directę, ideò non ſunt ad propoſitũ: cũ. n. dixit Ariſt. q̃ per ſe ſecundo mõ ſunt, quæcunq; inſunt alijs &c. intelligitur ſalua prædicatione directa. Hæc rñſio & ſi quo ad primam obiectionẽ repellẽda non videatur, in ſe tñ non plenè vera vr̃: quia vt patebit, propoſitio, in qua diffinitio accidẽtis in concreto prædicatur đ eo eſt per ſe in primo mõ, licet impropriè, & tñ ibi interuenit prædicatio indirecta: non ergo prędicatio indirecta perfeitatẽ omnino deſtruit. Sed dato, q̃ ſic eſſet obiectioni ſecundę nõ ſatisfit, qa prædicatio dr̃iæ de genere non eſt minus directa q̃ prædicatio ſimi de naſo, & criſpitudinis de capillo, & paris đ numero, & ſimiles. ſ. ſicut. n. iſtis ſubiectum cadit in rõne prędicati & communius eſt prædicato, & prædicatum comparatur ad ſubiectũ vt forma ad materiam, ita in illis fit in quibus dr̃ia prædicatur de genere: genus. n. vt dictũ eſt, quia propriè eſt differẽtiæ materia, in eius ratione, vt additum cadit, & cõius eſt ipſa, & differẽtia ſe habet ad ipſum vt forma ad materiam. Nõ eſt ergo indirecta prędicatio differentiæ de genere, aut omnes iſtæ ſunt indirectæ, quod eſt voluntariũ. Oportet igitur aliter rñdere & dicere cum Ariſtotele in hoc capitulo, q̃ prædicatũ recipiẽs in ſua rõne ſubiectũ, quoddã eſt, quod ſimpr̃ illi ineſt neceſſariò, vt riſibile homini & habere tres triangulo: quoddã vero, q̃ non ſimpr̃, ſed ſub diſiũctione neceſſariò ineſt ſubiecto, vt par vel impar reſpectu numeri. Et ſecundũ hoc dicitur q̃ huiuſmodi adductæ propoſitiones, eo mõ quo ſunt neceſſariæ ſunt per ſe, & quia nõ ſunt neceſſariæ niſi prædicato ſub diſiunctione ſui oppoſiti ſumpto, ideo non ſunt per ſe niſi illo modo: vt de iſta, animal eſt rationale, nõ eſt per ſe, ſed iſta animal eſt ratiõale vel irratiõale: ſicut iſta, numerus eſt par, nõ eſt per ſe, ſed iſta, numerus eſt par vel impar. Vnde Auerrois hic ait, q̃ quia genꝰ diuiditur ꝑ oppoſita diuiſione eſſentiali, nõ euadit ab vno eorũ, & ꝓportio eius ad vtrũq; mẽbrum ſub diſiunctione eſt ſicut proportio hominis ad riſibile. Ariſt. quoq; in textu ait, q̃ in ſecũdo mõ per ſe inſunt triangulo Iſopleuros, & ſcalenõ, &

Prima reſponſio Egidij.

ſecũda reſponſio.

altera parte lõgius intelligẽs per hæc, differẽtias E
triãguli diuisiuas, potius q̃ spẽs. Quãdo ergo dicitur i textu, q̃ p se secũdo mõ insunt quęcũq; &c. intelligitur sic, quæcũq; insunt alijs, quæ in eorũ rõne sunt, per se insunt, simpliciter, vel sub disiũctione sui, pprij oppositi. Et per hoc patet respõsio ad alias instãtias similes. s. nasus est simꝰ capillus est crispus &c. hæ em̃ oẽs sub disiũctiõe sunt p se secdo mõ, qa subiectũ ponit in rõne p̃dicati.

Cõsiderãdũ est rursus, q̃ qa ad ppõnẽ per se in scdo mõ sufficit in subiecto includi id qđ ponitur in diffinitione prædicati, & nõ oportet sem per ipsum subiectũ poni in diffinitione prædicati, vt patet quãdo passio supioris de inferiori prędicat, ideo cũ in textu diffinit secũdus modus dicẽdi per se, & dicit q̃ ipsa subiecta insunt in diffi- F
nitiõe p̃dicati, gloset, ipsa scdm se vel aliquid sibi intrinsecũ. Ad maiorẽ claritatẽ huius secũdi modi dicẽdi per se aduerte q̃ ẽt in hoc modo tripliciter propositiones reponũtur: nã quædã ppriè & principaliter: & hæ sunt tã illæ, in quibus propriũ de suo primo subiecto vel eius diffinitione enũciatur: vt hõ est risibilis, & aial rõnale mortale est risibile, q̃ illę, in quibus diffinitio proprij de primo subiecto vel diffinitione sui primi subiecti dicitur, vt hõ est naturaliter potẽs ridere &c. & aial rõnale mortale est natuſr potẽs ridere &c. vel aliquid hmõi: & hoctã in proprijs simpliciter q̃ indisiũctis, siue disiũcta sint differẽtiæ diuisiuæ, vt aial est rõnale vel irrõnale: siue sint propria, quæ vocãtur passiones disiũctæ, vt numerus est G
par vel impar. Quædã autẽ propriè & secũdariò: & hæ sunt illæ, in quibus passio superioris prædicat de inferiori, vt Isosceles habet tres angulos & illæ, in quibus passio inferioris prædicat de supiori particulariter sumpto, vt quædã figura habet tres: & illæ in quibus passio alicuius subiecti prędicatur per se de subiecto illius subiecti: vt mistũ est visibile, si color misto per se inest, & illæ, in quibus passiones mathematicales prædicant de sensibilibus, de quibus sunt demõstrabiles vel per mediũ naturale à priori, vt terra est rotũda, vel per mediũ mathematicũ, vt radij reflexi habẽt tres angulos æquales &c. Quædã verò impriè: & sunt tã illæ, in quibus diffinitũ prædicat de diffinitione data nõ scdm exigẽtiã rei, sed mo H
di significãdi, vt nasus curuus est simus, q̃ illæ, in quibus diffinitũ prædicat de sua diffinitione data scdm rei exigẽtiã, vt curuitas nasi est simitas, & aial rõnale mortale est homo. In his siquidẽ, quia subiectũ est ipsa ratio prædicati, & prædicatũ nõ denominatur subiectũ, ideo in secũdo mõ im ppriè reponi oportere diximꝰ. Sũt etiã hic locãdæ & illæ, in quibus directè inferiora sub disiũctione de superioribus prædicãtur, vt quãtitas discreta est numerꝰ vel oro. Est quoq; & hic attendẽda latitudo secũdi modi dicẽdi p se nõ solũ secũdũ istos tres propositionũ ordines, sed in quolibet ordine illa digniorẽ locũ videt tenere quæ priùs numerata est. Causas autẽ horũ satis ex rerũ ordinatarũ cõditionibus eluceſcere credimus.

Num omnia, quæ non primo, vel secundo modo insunt, per accidens insint.

CIrca ppositionẽ illã correlariã quãpost duos primos pseitatis modos addidit. s. (Quæcũq; verò neutraliter insunt accidentia sunt) dubitat. Si. n. hoc verũ est sequit quod illa, quę insunt per se iuxta quartũ modũ per se accidẽtaliter insunt, quod est manifestè falsum: qa ppositiones quarti modi ingrediunt demonstrationẽ, vt in textu dicit. Adhoc est dicendũ q̃ cũ quartus modus vt distinctus formaliter ab alijs vtatur per se vt cõditione causalitatis, & effectus, & vt sic non habeat vt prędicetur de causa, quælibet propositio quarti modi in quantũ includit perseitatẽ prædicationis, ingredit primũ vel secũdũ modũ, in quantũ includit perseitatẽ causalitatis ingredit quartum modũ, & ppterea oĩs ppositio p se ratione prædicationis, oportet q̃ sit in primo vel in secundo mõ. Vnde ista (decollatus interijt) ratione causalitatis est in quarto mõ, ratione verò prędicationis est in secũdo: qa interitus est vt passio decollationis, licet nõ adæquata sibi, sed subiecto superiori cõmuni decollationi, suspensioni, & cæteris huiusmodi. Subtiliter ergo ac optime dixit Arist. quæcũq; nec in primo, nec in secũdo mõ insunt accidẽtaliter insunt: qa oĩs inhæsio expers vtriusq; perseitatis, est ẽt expers quarti modi respectu illius subiecti. Vnde notãter dixit neutraliter insunt, insinuãs per ly insunt q̃ de pseitate prædicationis loquerẽt, ineſſe si quidẽ prædicationẽ fundat. Signũ quoq; huius nõ paruũ est, q̃ Arist. contra quodlibet per se ponẽs suũ accidens contra p se quarti modi nõ oppositum accidẽtalẽ prædicationem, sed causalitatẽ, dicens, q̃ verò non propter ipsum, accidẽs est, vt si ambulãte coruscauit.

Quòd autẽ omnis propositio extra primũ & secũdũ modũ sit pure p accidẽs, declarat sic. Termini ppositionis possunt dupliciter sumi. s. quid ditatiue, vel secundũ esse quod habẽt in hoc & in illo realiter, vel secundũ rationẽ. Manifestum est aũt quòd pseitas ppositionis cõfectæ ex eis nõ sequit habitudinẽ eorũ scdm esse qđ habẽt hic vel ibi, quia tale esse particulare cõtingens & corruptibile est, cũ oĩ eo qđ sequit ad ipsum: propositio aũt p se est necessaria & ppetuæ veritatis: vnde fit, vt propositio p se non fiat ex terminis, nisi secũdũ habitudinẽ, q̃ quidditatiuè sumpti interse habẽt. Talis autẽ habitudo in pposito nihil aliud est, q̃ q̃ ex diffinitione sua cõiũctio eorũ necessaria sit, & qa ppositio ex duobus resultat terminis subiecto. s. & p̃dicato, oportet q̃ quadrupliciter se habere possint ppositionis extrema ad perseitatẽ. Aut. n. subiectũ quidditatiue determinat sibi prædicatũ, aut ecõuerso prædicatũ quidditatiue determinat sibi subiectũ, aut vtrũq; reliquũ, aut neutrũ alterũ. Si primo mõ, fit propositio p se in primo mõ pseitatis, in quo p̃dicatũ est ipsa quidditas

ditas subiecti, vel de subiecti qdditate. Si secundo A
mõ, fit ppositio p se in secũdo pseitatis mõ, in q̃ prædicatũ determinat sibi ex sua diffinitione tale subiectũ. Si tertio mõ hoc est impossibile nisi in correlatiuis, qa daretur circulus diffinitionum. Correlatiuorũ autẽ diffinitio alteriꝰ nõ facit alterius prædicatũ extra primũ modũ, quia vnũ correlatiuorũ nõ diffinit ad reliquũ nisi in obliquo: Si autẽ quarto mõ tunc propositio est pure p accidẽs: vnde nãq; pseitas cõiũctionis terminorum erit, si neutrũ ex sua diffinitione, alterũ sibi necessario vẽdicat? Iam em̃ dictũ est, q̃ sola scdm diffinitionẽ habitudo pseitatẽ prædicationis cõstituit. Quęcũq; igitur neutraliter insunt, accidẽtia sunt.

3. modus substãtijs conuenit

CIRCA tertiũ modũ pseitatis aduerte ex supradictis quod cũ in textu dicit (q̃ p se sunt, quæ B
nõ de subiecto dicunt alio quodã) sufficit q̃ intelligat de subiecto in hæsiõis, quo substãtia caret, & hoc insinuasse videt Arist. p illa verba, alio quodã. subiectũ. n. inhęsionis est vere aliud ab eo qđ de eo dicit, & scdm hoc tã prima q̃ secũda substãtia p se est inxta hũc tertiũ modũ, vt etiã textus manifestè pponit. Vnde cũ. S. Tho. declarando tertiũ modũ dicit q̃ p se vt significat aliqd solitariũ, constituit tertiũ modũ pseitatis, nõ intelligit de qualibet solitudine, sed ea tm̃ quæ diuidit contra inalio: hęc. n. solitudo est q̃ tertiũ cõstituit modũ. nec ista solitudo scdm rem intelligẽda est negatiue, qa modus importatꝰ (in ly pse) vt cõstituit substãtiã, positiuꝰ est, licet negatiuè significetur.

Quartus modus ad causalitatem, licet ī adęquatospectat

CIRCA quartũ modũ pseitatis diligenter C
aduerte subtilissimã. S. Tho. expositionẽ, scdm q̃ iste quartus modꝰ distinguit à scdo formaliter (vt dictũ est) qa pseitas secũdi est pseitas prędicationis, quarti verò causalitatis. Et qa cõtingit q̃ñq; q̃ idẽ sit p se causa alicuiꝰ, & p se subiectũ eiusdẽ, vt patet de subiecto respectu pprię passionis, ideo q̃ñq; secundꝰ modꝰ & quartꝰ coincidũt in vnã propositionẽ scdm diuersas ei⁹ cõditiones. Apparet autẽ hoc manifestius q̃ supra in hac ppositione, aial rõnale mortale est risibile, in q̃ subiectum, & ponit in rõne p̃dicati, & causa illiꝰ ppria est. Vnde nõ intelligũt. S. Tho. qui eius expositionẽ impugnant, & ex rudi ingenio puenit impugnare hoc: qa quartꝰ modꝰ requirit cãm, q̃ ita sit causa q̃ nõ subiectũ, & q̃ dici debet, interfectus interijt D
scdm interẽptionẽ: hoc. n. falsum est, vt Albertus magnꝰ in hoc loco dicit, & ex Aristotelis verbis habẽt. ait. n. Itẽ alio mõ quod ppter ipsum ineſt vnicuiq; p se. In quibus verbis sufficienter quartũ modũ per se diffinitẽtibus, reduplicationis, aut causæ, de qua nõ prædicet effectus, nullo modo meminit, quin potiꝰ prędicationẽ effectus de causa in hoc modo concurrere affirmat per ly quod ineſt: ineſſe. n. prædicationem fundat.

Egidius hic.

Quimodi per se ingrediãtur demõstrationem.

CIRCA secundam cõclusionẽ sciendũ est q̃ aliud est loqui de his modis perseitatis in ordine ad totam demonstrationem simpliciter, & aliud in ordine ad eius conclusionẽ tantũ. Similiter aliud est loqui de illis in ordine ad demõstrationẽ cõcludentẽ talẽ conclusionẽ, & aliud in ordine ad demõstrationẽ simpliciter & in cõmuni. Si enim loquamur de tota demõstratione, simpliciter & in communi, sic oẽs modi ingredi possunt demonstrationẽ, maior. n. & minor & conclusio fieri possunt & in primo & in secundo & quarto mõ, vt patet discurrẽdo per demõstrationes, q̃ñ demonstrat vna diffinitio per aliã, vel passio prima per diffinitionẽ subiecti, vel secũda passio per primã &c. Tertius autẽ modus ratiõe subiecti, etiã â demonstratione vniuersaliter non excluditur. Si autẽ loquamur de demonstratione simplicirer cõcludente talẽ cõclusionẽ. s. verè & simplr scdm naturã suã scibilẽ, & quo ad eius conclusionẽ tantũ, sic dicit q̃ secũdus & quartus modus tantũ demonstrationẽ ingrediunt. Taceo de tertio, quia incõplexus est. Et hoc mõ intelligendus est. S. Tho. in hoc loco, q̃ simpliciter scibilia, cõclusiones scdm naturã suã simpliciter scibiles interpretatus est. Themistius autẽ Auerrois & Albertus primo mõ intelligendi sunt, cum dicunt primum modũ in simpliciter scibilibus admitti. capit. 11. con. 10.

Passio sub disiũctione ne qũocõparet ad subiectũ.

CIRCA tertiã conclusionẽ sciendũ est q̃ passio sub disiunctione necessaria, cuius textus meminit, non est vt quidã putãt passio vna simplex circunlocuta p tale disiunctũ, sed sunt (fortè) duę passiones inadæquatę si gillatim tali subiecto superiori: adæquatę autẽ eius inferioribus: & ideo, cũ disiunctione, necessario insunt superiori, & illud in earũ diffinitione vt additũ recipiunt. sicut & duæ differẽtiæ ex opposito euacuantes generis potestatẽ generi necessario insunt sub disiunctione, & in vtriusq; ratione genus vt addictum cadit. Sed quia metaphysici negocij hoc est sufficiat dixisse: quia sic est, ibi autem (si studiosam vitam concesserit nobis Deus) propter quid dicet.

Num omnis propositio per se conuertatur in propositionem per se.

DVbitatur an propositio per se conuertatur in propositionẽ per se. Pro parte siquidẽ affirmatiua est: qa oĩs propositio, in qua subiectũ ponitur in rõne p̃dicati est per se secundo mõ, & in qua prædicatũ ponit in diffinitiõe subiecti est per se primo mõ: cõstat aũt q̃ propositio per se in secundo mõ cõuertit in eã, in qua prędicatum ponit in ratione subiecti, ergo cõuertit in propositionẽ p se primo mõ, vt ista numerꝰ est par vel impar cõuertit in istã, par vel impar est numerꝰ. Pro parte verò negatiua est, qa in subiecto cuiuscunq; ppositionis p se claudit intrinsecè rõ formalis inhærẽtiæ p̃dicati, sed hoc nõ põt saluari in cõuertente propositionem per se: quia impossibile est quòd subiectum & prædicatum alicuius propositionis ita se habeãt q̃ vnum depẽdeat ab altero econuerso in eodẽ genere causę: ergo &c.

In hac dubitatione quidã Scotistæ tenent simpliciter partem negatiuam, & mouentur ex ratione secundo loco adducta, & ex eo q̃ credunt Scotistæ

subiectũ prædicari nõ posse de passione in primo modo, quia ponitur in diffinitione eius vt additũ, quod nihil aliud est q̃ esse extraneũ à ratione formali illius. Cõfirmãtq; opinionẽ suã ex dictis Auerrois in secundo de anima. cõmen. 66. & 67. vbi dicitur q̃ color est visibilis per se, quia subiectũ est causa prædicati. Sed hæc opinio Peripateticis nõ cõsonat. Tum quia iam ostẽsum est omnem propositionẽ necessariã esse per se, ac per hoc cũ ista sit necessaria, rationale est homo, erit per se. Tum quia illæ propositiones sunt per se, quibus cõueniũt modi perseitatũ secũdũ diffinitiones datas ab Aristo. Cõstat autẽ q̃ istis (rationale est homo) & his similibus, cõueni t diffinitio secũdi modi per se, & istis (par vel impar est numerus) cõuenit diffinitio primi modi, quia ĩ illis subiectum ponitur in ratione prædicati, & in his prædicatũ ponitur in ratione subiecti: ergo &c.

Cõ. 66. & 67. Reprobat.

Nec est audiẽdũ dictum eorũ. s. q̃ id, quod ponit vt additum, nõ prædicatur in primo modo, quia est extra rõnẽ formalẽ diffiniti. Cõtrariatur em primo Aristoteli, qui in hoc loco notãter exẽpladedit de his, quæ cadũt in diffinitione vt addita. Cõtrariatur secũdò veritati, quia cũ ratio formalis rei & diffinitio sint idẽ in habẽtibus diffinitionẽ, & Apud Arist. 7. Metaphysicæ, per lõgũ processum passiones & accidẽtia aut nõ habẽt diffinitionẽ, aut habent per additum, nulla est diffinitio quidditatiua accidẽtis in qua nõ claudatur intrinsecè subiectũ. Sed quod decepit eos est: quia aliud est subiectũ esse extra essentiã passionis & accidẽtis, & aliud est subiectũ esse extra rationẽ quidditatiuã eius, & cum primũ sit verũ, credidẽrũt secũdum quoq; verificari: quod tñ apud peripateticos est error. Est ergo via media approbãda, q̃ nec vniuersalis affirmatiua. s. omnis propositio per se cõuertitur simpliciter in propositionẽ per se. est vera: quia nõ cõuertitur ista, hõ est animal, nec vniuersalis negatiua. s. nulla propositio per se cõuertitur simpliciter in propositionẽ per se, est vera: quia ista, homo est animal rõnale, conuertitur in istã, animal rationale est homo secũdo modo (vt etiã in tractatu de demonstratione. S. Tho. nomine insignito dicitur) & ex hoc patet sufficiẽter q̃ subiectũ positũ in ratione prædicati, immo quod plus est, est ipsa ratio prædicati, & eius causa. Sed quædã ꝓpositiones per se cõuertũtur in per se, & hæ sunt omnes quarũ cõuertentes simpliciter sunt necessariæ ex terminis. Nec obstat his quod Aristo. inferius dicet, q̃ ista est per accidens, risibile est homo: ibi enim non accipitur accidẽs vt opponitur a d per se, de quo modo loquimur, vt in cap. 18. patebit diffuse ex textu. Confirmat autem sic esse (vt diximus) frequens philosophorum exercitium in demonstrando, dum conuertendo præmissam demonstrationes faciunt, vt patet dum vtuntur in demõstrationibus vtraq; harum, oẽ intellectiuum est liberũ & è cõuerso, omne liberũ est intellectiuũ, & similiter omne necessariũ est æternum, & è cõuerso, omne liberũ est intellectiuũ: & similiter omne necessariũ est æternũ, & e conuerso, omne æternũ est necessariũ, & similiter omne generabile est corruptibile, & ecõuerso, omne corruptibile est generabile, & infinitis huiusmodi propositiõibus philosophi vtũtur in diuersis demõstrationib⁹: cõstat aũt q̃ demõstrationes nõ nisi propõnes per se assumunt. Vnde vel fateamur oẽs errare, quod temerariũ est, vel cõcedam⁹ multas propõnes per se cõuerti simplr in per se. Ad rationẽ autem in oppositũ dicitur primò q̃ loquẽdo de subiecto, vt distinguit cõtra prædicatũ maior illa nec est probata, nec apparet vera vniuersalr: in ista em̃ homo est aĩal rationale, prædicatũ magis exprimit causam inhærere in subiecto q̃ ecõuerso: tñ nõ est dubium quin sit per se in primo mõ. Dicitur secũdo quod dato q̃ ista admitteret s. q̃ in oĩ propositione per se subiectũ claudit in se causam, quare prædicatũ insit sibi, sophismatũ cõsequẽtis est ex hoc inferre, ergo claudit in se causam formalẽ, qm̃ diuersis generibus causarũ cõtingere hoc põt, & propterea stat ex eisdẽ terminis fieri duas propõnes per se, & in vtraq; claudere subiectũ causam in se inhærẽtiæ prędicati in subiecto, diuersimodè tamẽ, in altera. s. materialẽ & effectiuã, in altera formalẽ &c. Non est opus tamẽ hanc descriptionẽ propositionis per se admittere, sed standum est in illis, quas dedit Arist. exquibus hæc non habẽtur: sat enim esse propositioni per se dixit si prædicatũ ponitur in ratiõe subiecti & ecõuerso, nisi quis diminutè eum diffinisse fingat. Auctoritas verò Auerrois ex secũdo de anima nõ cõfirmat aduersarios, sed magis deijcit: qm̃ ibi Auerrois expresse dicit q̃ in hoc differt secũdus modus per se à primo, q̃ in secundo subiectũ est causa prædicati, in primo verò econuerso prędicatũ est causa subiecti. Vnde si ex hac auctoritate arguendum est manifestè concludit q̃ in omni propositione per se subiectũ claudit causam inhærentiæ prædicati in subiecto, cuius oppositũ aduersarij inde concludere volebant.

Cõ. 66.

Replica.

T. c. 41.

T. c. 15. 16. & 17.

Rõ erroris.

Nota.

T. c. 35.

De Vniuersali. CAP. V.

definitio

Correlatiuum.

Propositio pria.

Videlib. 6. Top. cap. 5.

VNiuersale aũt dico, q̃ vtiq; de omni sit, & per se secundum quòd ipsum. Manifestum igitur est quæcunq; sunt vniuersalia ex necessitate insunt rebus. Per se au- & secundum quòd est ipsum idem est: vt per se inest lineæ punctum, & rectum: etenim secundum q̃ linea: & triãgulo secundum quòd triangulus duo recti. etenim per se triãgulus duobus rectis ęqualis est. Vniuersale autem est tunc, cum in quolibet

bet & primo de mõstretur: vt duos rectos habere, neque figuræ cuilibet inest vniuersale, quanuis est demonstrare de figura, quòd duos rectos habet, sed non de qualibet figura, nec vtitur qualibet figura demonstrans. Quadrangulus enim figura quædam est, non habet autem duobus rectis æquales, sed isoscheles quidem duobus rectis æquales habet, sed non primum sed triangulus prius. Quòd igitur quodlibet primũ mõstratur duos rectos habere, aut quodcũq; aliud huic primò inest vniuersale est, & per se demõstratio huius vniuersaliter est, aliorũ autem quodammodo nõ per se, neq; de equi crure est vniuersaliter, sed frequentius, ideſt per aliud. Oportet autẽ non latere, q̃ multotiens contingit peccare & nõ esse quod demonstratur primũ vniuersale, secũdum quod videtur vniuersale demõstrari primũ. Decipimur deceptione hac cum aut nihil sit accipere à superiori extra singulare, q̃ singularia. Aut sit quidẽ, sed innominatũ est indifferẽtibus specie rebus. Aut si cõtingat esse sicut in parte totũ in quo mõstratur, eis autẽ, quæ sunt in parte quidẽ inest demõstratio, & erit de omni, sed tamen nõ est huius primi demõstratio vniuersaliter: dico aũt huius primi secundũ quod est demonstratio cum sit primi vniuersalis. Si igitur aliq̃s demõstrabit quod rectæ quidem nõ coincidunt, videbitur vtiq; esse demonstratio propter id quod omnibus rectis inest, non autem est, siquidem nõ quoniã sic ęquales sint fiat hoc, sed secundũ quod quomodocunq; æquales. Et si triangulus non esset aliud q̃ isoscheles videbitur vtiq; esse demõstratio. Et proportionale quidẽ cõmutabiliter est secũdũ quod numeri sunt, & secũdũ quod lineæ, & secũdũ quod firma, & secũdũ quod tẽpora sunt: quẽadmodũ demõstrabatur aliq̃n seorsum, sic cõtingens est de omnibus vna demõstratione demõstrari, sed sunt propter id, quod innominatũ quiddã omnia hæc vnum, vt lõgitudines, firma, tempora, & specie differunt à se inuicẽ, seorsum accipiebatur. Nunc autem vniuersaliter monstratur: non enim secundum quod lineæ sunt, aut secundum quod numeri inerant, sed secundum quod hoc, quod vniuersale ponunt esse. Propter hoc neq; si aliquis monstrauerit vnumquẽque triangulum demonstratione, aut vna, aut altera quod duos rectos habet vnumquenque isochelem seorsum & iscalenon, ideſt gradatum: nondum cognouit triangulum quod duos rectos habet nisi sophistico modo: neq; vniuersaliter triangulum, neq; si nullus est præter hæc triangulus alter, neque secundum qnod triangulus est cognouit, neq; omnem triangulum, sed aut secundum numerum, secundum speciem, non autem omnem, etsi nullus est quem non nouit.

Modi erradi circa ꝑdicatũ vniuersale.

Secũd⁹. Tertius.

Corrolariũ secũ.

Corrolarium tertium

Quando igitur non nouit vniuersaliter, & quãdo nouit simpliciter. Manifestũ est quod si idẽ esset triangulo esse & isoscheli, aut vnicuiq;, aut omnibus: si verò non idem, sed alterum, ineſt autem secundum quod triangulus, non nouit. Vtrùm autem secundum quod est triangulus, aut secundum quod est isoscheles, & quando secundum hoc ineſt primo & vniuersaliter cuius est demonstratio? Manifestũ est, q̃ quãdo ablatis inerit primo, vt isoscheles æneo remoto triãgulo isunt duo recti: sed æneũ esse remoto & isoscheles, sed nõ figura aut termino, sed non primis duo ergo primo. siquidem triangulo secũdũ hoc ineſt alijs, & huius vniuersaliter est demonstratio.

Regula cognoscẽ divniuersale.

Regula cognoscẽ divniuersale.

Summa huius capituli hæc est.

Diffinitio.

Corrolariũ.

Propositioprima

VNiuersale dico quod cum de omni sit & per se, est secundum quod ipsum.

Quæcunque sunt vniuersalia ex necessitate insunt rebus.

Per se & secundum quod ipsum est idem, vniuersale autem tunc est cum in quolibet & primo demonstratur, declarantur vtraque exemplariter.

Demõstratio per se huius vniuersalis est, aliorum autem quodammodo non per se.

Propositio secunda.

Modi erandi.

Erramus autem circa vniuersalis acceptionẽ tripliciter: vel cum nihil sit accipere à superiori extra singulare: vt si triangulus non esset aliud quàm isoscheles. Vel cùm innominatum est subiectem proprium: sicut indifferẽtibus specie rebus vt commutata proportio inuenitur in numeris, lineis, formis & tẽporibus. Vel si cõtingat

esse sicut in parte totum in quo monstratur: vt si de rectis lineis non concurrere monstretur.

Corrolarium. Siquis mõstraret: vnũquẽq; triangulũ q̃ duos rectos habet, triangulũ nõ cognouit, qm̃ duos rectos habet, nisi sophistico modo, nec vniuersale triãguli, nec omnem triãgulũ scdm̃ speciẽ, sed secundũ numerũ, etiã si nullus est quẽ non nouit.

Corrolarium. Si triãgulo & isoscheli, aut vnicuiq;, aut omnibus idẽ erat esse cognoscens, hæc simpliciter nouit: si verò nõ idẽ, sed alterũ, nõ nouit vniuersaliter.

Regula. Id cui primo inest aliquid seu cuius aliquid est vniuersale, nõ est id quo remoto illud remanet: neq; oẽ illud quo remoto illud nõ remanet, sed illud cui inest, & per ipsum aliqd̃ quibusq; inest.

Series autem hæc est.

INTENDENS tertiũ præmittẽdũ. s. vniuersaliter in hoc capitulo explanare quatuor facit. Diffinit nãq; primò ipsum vniuersale & declarat eius diffinitionẽ ex cõueniẽtia inter per se, & scdm̃ quod ipsum prima propositione: secundò ostendit quomodo demõstrator vtatur vniuersali secũda propositione. Tres modos errãdi circa vniuersale tertio declarat, duobus adiunctis correlarijs, quorũ primũ sequitur ex secũdi erroris destructione: scdm̃ verò ex radicali ratione, qua omnes eliduntur errores, distinctione. s. vel indistinctione formali, quã errantes non aduertunt. Regulã vltimò valde notabilem subdit, ad sumẽdũ vniuersale accõmodatis exemplis isoscheli figuræ, & triãguli respectu ipsius habere tres &c.

Num Definitio Prædicati vniuersalis sit competens.

Nugatio semp reijcienda lib. 2. Pesi. cap 2.

CIrca diffinitionẽ vniuersalis dubitatur dupliciter primò quia videtur in ea cõmitti nugatio. Cùm em̃ scdm̃ qd̃ ipsum sit idẽ qd̃ per se (vt in textu dicitur) superflue vtrũq; in diffinitione ponitur: sufficiebat em̃ ponere scdm̃ qd̃ ipsum. Insuper cũ per se sit de oĩ, nõ oportebat ibi ponere de omni. Secũdò dubitatur quia nõ videt diffinitio illa explanare totã diffinitã naturã, sed diminuta: ista siquidẽ propositio, isoscheles habet tres, seu homo habet sensum tactus de omni & per se scdm̃ qd̃ ipsum est, tñ prædicatũ nõ est vniuersale talis subiecti, vt de se patet: quia habere tres est vniuersale triãguli, & esse sensitiuũ scdm̃ tactũ est vniuersale animalis. Assumptum declaratur quo ad tertiã particulã, quia quo ad primas duas euidẽs est: probatur ergo sic, illud cõuenit alicui scdm̃ qd̃ cõuenit sibi cũ reduplicatione sui, quia scdm̃ qd̃ ipsum & inquãtũ tale idẽ sunt: sed in qualibet istarũ hoc inuenit: ista. n. est simpliciter vera, homo inquãtũ hõ habet sensum tactus, & similiter ista, isocheles inquãtũ isoscheles habet tres: ergo &c. Et cõfirmatur, quia illud inest alicui cũ reduplicatione & scdm̃ qd̃ ipsum, qd̃ inest rõne suæ diffinitionis quidditatiuæ: sed supradicta sunt hmõi: ergo &c. patet minor: quia diffinitio subiecti assumeretur pro medio scdm̃ viã cõem ad demõstrãdũ talẽ cõclusionẽ. Mediũ autẽ est ratio quare maior extremitas insit minori. Ad primã dubitationẽ dicitur, q̃ qa in diffinitione oportet explicite ponere superiora oĩa vsque ad vltimã differẽtiã, & tñ posteriorẽ implicite quodammõ claudere priorẽ (vt patet: cũ dicitur aĩal est substãtia aĩata sensibilis) ideo in diffinitione vniuersalis explicauit de omni, & per se. Nec ob hoc sequitur nugatio, quia ad nugationẽ nõ sufficit qualiscunq; inclusio vnius in altero, sed exigitur, q̃ vnũ includatur formaliter & intrinsecè in cõceptu formali alterius. Vñ dicere aĩal rõnale nõ est nugatio, qa aĩal vt additũ in cõceptu rõnalis cadit, & similiter dicere nasus simus & similia. Et qm̃ per se nõ includit formaliter de omni, nec (scdm̃ qd̃ ipsum) includit formaliter per se, licet illa iterãt, sicut etiã rõnale infert aĩal, ideo nulla nugatio in ꝓposito accidit.

Quod aũt per se nõ includat formaliter & intrinsecè de omni, patet ex diffinitionib⁹ p se in capitulo præcedẽti. Quod verò (scdm̃ qd̃ ipsum) non includat formaliter & intrinsecè vtrũq; patet ex hoc capitulo, vbi Aristoteles in prima propositione, exponẽs scdm̃ qd̃ ipsum, ait q̃ idẽ sonat qd̃ primo: clarũ autẽ est ex dicẽdis, q̃ in rõne (primi) formaliter & intrinsecè nõ clauditur aliqd̃ horũ. Nec te decipiat q̃ dici cõsueuit q̃ ista se habent sicut supius & inferius: eo em̃ sensu dictũ est, quo dicim⁹ q̃ rõnale & aĩal se habent vt inferius & superius, quia omne rõnale est animal, & nõ è contra, vnde ex hoc non habetur, q̃ posterius inter ista includat formaliter & intrinsecè suum prius.

Num per se & secundum quod ipsum sint idem.

CIrca primã partẽ primæ propositionis. s. per se & (scdm̃ qd̃ ipsum) est idẽ. Aduerte aliquos S. Tho. expositionẽ nõ penetrare: credũt em̃ q̃ scdm̃ S. Tho. per se & scdm̃ qd̃ ipsum idẽ sint cõuertibiliter: occasionẽ autẽ sic opinãdi sumũt ex duobus. Primò ex eo q̃ introducendo præfata Aristotelis verba. S. Tho. ait q̃ ne aliquis crederet aliud esse qd̃ in diffinitione vniuersalis dixerat per se & scdm̃ qd̃ ipsum est, subdit per se & scdm̃ qd̃ ipsum est, idẽ est: secũdò ex eo q̃ paulò ante diuidẽdo textũ ait. Circa primũ duo facit. primo ostendit q̃ vniuersale cõtinet in se & dici de omni & per se: secũdò ostendit quid addit supra ea, ibi vniuersale autẽ. Hi aũt ideo ad S. Tho. mẽtẽ nõ peruenerũt, quia. S. Tho. expresse in secũ do cõtra Gẽtiles cap. 15. multũ interesse sentit inter per se, & scdm̃ qd̃ ipsum: põt em̃ vt clarè patet idẽ cõuenire pluribus per se, sed nõ põt idem cõuenire duobus scdm̃ qd̃ ipsum, quia qd̃ cõuenit alicui scdm̃ qd̃ ipsum, ipsum nõ excedit, sicut habere tres nõ excedit triangulũ. Quod si fortè dixerint q̃ per se & scdm̃ quod ipsum, simpliciter apud. S. Tho. differunt, sed nõ differũt scdm̃

Secundo cõtra Gẽtiles.

ctionis, sic (scdm̃ qd̃ ipsum) reduplicat rẽ rõne ꝓprij sibi soli cõceptus, quo formaliter est talis, & denotat illud esse adæquatã rationẽ talis prædicati, & sic per se est superius ad scdm̃ qd̃ ipsum: sic em̃ non omnis propositio per se est scdm̃ qd̃ ipsum: qm̃ qñcunq; genus dicitur de spẽ est per se in primo modo & nõ est scdm̃ qd̃ ipsum, eo q̃ specifica differentia nõ est ratio adæquata quare gen⁹ insit, cũ genus inueniatur extra illã, & multa cõueniũt inferiori per se rõne superiorũ, quæ nõ cõueniũt ei ratione eius quo differt ab illis, vt patet de omnibus passionibus superiorũ, & sic sumitur in proposito. Vnde ad obiectiones dicitur q̃ procedũt vtendo ly scdm̃ qd̃ ipsum primo modo & non secundo: hõ em̃ habet sensum tactus scdm̃ id quidẽ qd̃ formaliter est, quia scdm̃ qd̃ est aĩal, sed non scdm̃ id quo differt ab aĩali & cẽteris speciebus. Et similiter iuxta primũ sensum reduplicatiua admitti põt. Ad cõfirmationẽ dicitur, q̃ inesse alicui rõne suæ diffinitionis qdditatiuæ, põt intelligi dupliciter. Primo modo accipiẽdo diffinitionẽ à suis partibus, & hoc modo indubie verũ est, q̃ quicquid vẽdicat sibi aliquid rõne suæ diffinitionis, cõuenit ei scdm̃ qd̃ ipsum quia diffinitio soli diffinito cõuenit, & ipsum à cẽteris distinguit: & hoc mõ falsa est minor. Alio mõ põt intelligi inesse alicui rõne suæ diffinitiõis, accipiẽdo diffinitionẽ rõne suarũ partiũ, & sic falsum est in ꝓposito qd̃ assumitur in maiori, & qa ꝓbatio minoris ꝓcedit hoc mõ, qd̃ diffinitio hominis nõ assumitur vt mediũ ad cõcludẽdũ ipsum habere tactũ nisi ratione suæ partis, quæ est animal, sufficeret em̃ aĩal assumere ꝓ medio, & similiter est de isoscheles & habere tres, ideo nõ cõcludit minorẽ in eo sensu, in quo probãda erat.

Vbi supra contra Gentiles.

Primò quia superfluitatem scdm̃ hoc imposuit Aristo. si em̃ synonyma, aut idẽ formaliter & cõuertibiliter sunt, alterũ superfluit. Secdò quia diminutus esset S. Tho. nõ declarãdo q̃ equiuocè accipit hic scdm̃ qd̃ ipsum, & in cõi vsu philosophorũ: & præsertim quia & oẽs, & ipse ex hoc capitulo vti cõsueuerũt ꝓprietate vocabulorũ, seruãdo scdm̃ qd̃ ipsum, vt differt à ꝓ se, & sonat idẽ qd̃ primò vt in allegato capitulo euidẽter apparet. Nec superficieten⁹ cõsideres hoc præsertim plurimũ fiqdẽ apud me valet. Tertiò qa S. Tho. hoc expresse dicit, q̃ principiũ huius capituli, in quo dicit (vniuersale aũt dico qd̃ cũ de omni sit, & per se est scdm̃ qd̃ ipsum est) est diffinitio ipsi⁹ vniuersalis, q̃ si diffinitio est, totã diffiniti naturã explicat, & cõsequenter ly scdm̃ qd̃ ipsum non sumptũ est vt conuertitur cũ ly per se: vnde ideo Arist. dixit q̃ scdm̃ qd̃ ipsum, & per se idem sunt, quia idẽ essentialiter sunt sicut inferius & superius, ꝓpter qd̃ subiunxit quid addit supra per se q̃. s. addit ly primo. Quãdo ergo dixit. S. Tho. q̃ ne aliquis crederet aliud esse & c. intelligit aliud essentialiter. Quod verò præmiserat diuidendo textũ intelligẽdũ est explanatiuè, seu declaratiuè. Aristo. em̃ primò ostẽdit. i. explanat q̃ vniuersale includit de omni & per se: & secũdò ostẽdit i. explanat qd addit supra ea, & hęc indubieverа sunt sed cũ his stat q̃ etiã primò ponat integrã diffinitionẽ ipsius vniuersalis, in qua nõ ita clarè planũ sit quid addat vniuersale supra ea, sicut q̃ includat illa, propter obscuritatẽ illius vocabuli, scdm̃ quod ipsum declarati post, per ly primo. Et hæc videtur mihi sentẽtia Arist. Si quis tñ per se, & scdm̃ quod ipsum idẽ cõuertibiliter esse cõtẽderit si simpliciter hoc teneat, cõtra veritatem Theophrastũ, Albertũ. S. Tho. & viam cõmunẽ tenet. Si autem hoc in loco tãtum idẽ intelligat, quia Themistij Auerrois, &. S. Tho. verba hoc sibi fauent, ly secundũ quod ipsum nõ secũdo, sed primo mõ exponat: vel ly ꝓ se, ex altet, & scdm̃ eius summũ eo vtaĩ, & onus respõdẽdi assumat.

Thom. 1. posteriorũ ca. 12. Auc. c. 11.

Vtile est qd̃ inest primo quo intelligatur.

CIrca secundã partẽ ꝓpositionis primæ. s. vniuersale autẽ est, cũ primo demõstrat. Notãdũ est q̃ cũ superlatiuũ dupliciter exponatur. s. negatiue & positiue, hic ly primo, vtroq; modo expositũ veritatẽ habere oportet: quia quod cõuenit alicui vt vniuersale eius (vt modo loquimur de vniuersali) nulli alteri inest prius, & sibi inest prius omnibus alijs, alias ei nõ cõueniret primo, vt in textu habet: cũ autẽ audis vniuersale oportere inesse ita ei cui⁹ est vniuersale, q̃ nulli alteri pri⁹, esto caut⁹, & scito q̃ quo ad hoc id tãtũ cẽsẽt alterum qd̃ formaĩ differt à subiecto, ſumpto secũdũ qd̃ ipsum modo expositio. i. sumpto scdm̃ id quo formaliter differt à cæteris: propter qd̃ tã genus ipsius subiecti, q̃ qdlibet inferius ipso, alterũ in ꝓposito est à subiecto: ita q̃ si aliqd̃ est subiecto rõne sui generis, vel cuiusuis supioris vel inferioris

ferioris nõ ineſt illi primò. Differẽtia verò ꝓpria ſubiecti cõſtitutiua cũ ipſo cõuertibilis alterũ à ſubiecto nõ eſt in ꝓpoſito, ſicut nec tota diffinitio ſubiecti alterũ ab ipõ hic cẽſetur: neq; eñ differẽtia talis formaliter differt à ſubiecto ſumpto ſcđm qđ ipſum eſt, neq; diffinitio tota vt de ſe patet: idẽ nãq; eſt formalis cõceptus omniũ triũ: differẽs ſcđm diuerſos modos cõcipiẽdi, ſeu ſignificandi illũ: vnde ex hoc ꝙ hominis diffinitioni, ſeu cõuertibili differẽtiæ prius ineſſe dicimus riſibile q̃ homini, nõ ſequit, ergo nõ cõuenit homini primò: quia vt dictũ eſt, alteri cõuenire nõ dicitur niſi alterũ habeat cõceptũ formalẽ à ſubiecto ſecũdũ quod ipſum. Nec prætereũdũ eſt ꝙ ſi uc tale prædicatũ immediatè fluat à differẽtia cõuertibili, ſiue mediatè hoc nõ obſtat. Tam. n. primã paſſionẽ q̃ ſecũdã & q̃ tertiã ineſſe primo ſubiecto à quo originãtur dicimus, eo ꝙ oẽs à ſubiecto ſumpto ſcđm qđ ipſum effluant, licet quædã prius natura alia. Nec in hoc ergo fallaris, vt quia paſſio tertia per ſecũdã de ſubiecto demõſtrat à priori, & ſimiliter ſecũda per primã, ꝙ propterea neges ipſam ineſſe primo ſubiecto. Ad demonſtrationẽ eñ ſufficit mediũ eſſe cauſam proximã prædicati, & nõ oportet eſſe id à quo primò fluit prædicatũ. Et ſi arguat: priùs ſecũda paſſio ineſt primæ, q̃ ſubiecto: qa prima paſſio verè mediũ eſt tunc, & prima paſſio differt formaliter à ſubiecto, ergo nõ primo ineſt ſubiecto. Dicitur primo ꝙ maior eſt falſa: qm̃ licet inſit ſcđa primę proximius q̃ ſubiecto, non tñ prius. Dicitur ſecũdò ꝙ maior vniuerſaliter loquẽdo eſt impropria qm̃ paſſio ſecũda nõ vniuerſaliter ineſt primæ, ſed fluit ab illa, à ſubiecto aũt & fluit & eſt ī illo. Dicitur tertiò ꝙ prima paſſio vt manet in ea vis qđditatis ſubiecti nõ cẽſetur alterũ à ſubiecto. Dicitur quartò ad euellẽda s omnes hmõi ambiguitates, ꝙ cũ dicitur vniuerſale alicuius eſt qđ ineſt illi primò &c. intelligiť vt ſubiecto, ita ꝙ id cuius. A. eſt vniuerſale ſcđm qđ ipſum debet ſubijci ipſi. A. ita ꝙ à nullo formaliť diſtincto mẽdicet ſubijci illi, licet alteri cõicet vt medio: & ſic cauſat illud, qđ à nullo ſibi mẽdicat hoc: licet alteri cõicet vt cauſę mediç, & ſic omnes obiectiones ceſſant.

Obiectio

Rñdetur primo. ſecundo. tertio. quarto.

Nota.

CIRCA declarationẽ ſecundæ partis primæ ꝓpoſitionis aduerte ꝙ ex eis quæ dicũtur: ſumitur illa regula generalis: ꝙ quãdo aliquid conuenit alicui ſubiecto primo, per illud ſubiectũ põt de quolibet alio cui cõuenit (tã ſuperiori q̃ inferiori q̃ cõiũcto &) realiter eidẽ demõſtrari à priori. Hæc tñ regula q̃liter intelligenda ſit (propter quædam prædeclarãda dicetur in. 7. capitulo.)

Vniuerſale prædicatum conuenire ſubiecto oportet ita quod per ipſum formaliter, vel participatiue inuentum reperiatur in alijs.

ſuper. t. cõ. 18. in ſolutiõe primi dubij circa finem.

CIrca regulã cognoſcẽdi vniuerſale. Dubitať an illud, qđ cõuenit alicui primo, poſſit inueniri in aliquo, in quo eius primo ſubiectũ nõ inuenitur ſcđm ſe. Et quia hæc quæſtio eſt inconſueta & valde neceſſaria, ideo exẽplariter declaro titulũ. Videmus ꝙ habere tres angulos æquales &c. primò cõuenit triãgulo, & ſecũdariò conuenit ſuperioribus & inferioribus eo, puta figuræ & iſoſcheli, & ſubiecto & accidẽtibus eius, puta æri & albedini, triãgularibus. In omnibus aũt his nũquã inuenitur actualiter habere tres &c, niſi præinueniatur in eis ipſius triãguli natura ſe cũdũ ſeipſam, vt patet. Nũquã eñ figura habet tres æquales &c, niſi ſit triangularis & ſimiliter nũquã æs, aut aloedo habet tres &c, niſi triãgularitatẽ ſapiat. Quia igitur ſic videmus in huiuſmodi, dubitamus, an vniuerſaliter verũ ſit, ꝙ id, quod cõuenit alicui primò, ita vẽdicet ſibi illud primo ſubiectũ, ꝙ inueniri nõ poſſit in aliquo, in quo nõ inueniatur illud primò ſubiectũ ſcđmſe. Dico aũt ſcđm ſe, i. formaliter, vt diſtinguitur cõtra virtualiter, ita ꝙ oporteat ad hoc ꝙ vniuerſale alicuius inueniať in alio, ꝙ eius primo ſubiectũ formaliter ſit cõiunctũ illi alij, vel vt ſuperius inferiori, aut è cõuerſo, vel vt actus potẽtiæ, aut è cõuerſo, vel vt pars toti, aut è cõuerſo, & hmõi, & nũquã ſufficiat coniunctũ eſſe illi virtualiter. Oritur autẽ quæſtio hæc hoc in loco ꝓpter exame vltimę particulę, quę regulã cõplet. ſ. ꝙ ipſum alijs quibuſq; ineſt: oportet nãq; diſcurrere ſubly alijs, quæ referri intelligũtur, & quæ nõ. Prima autẽ facie intuẽtib⁹ textũ, & expoſitores illuſtres apparet, ꝙ impoſsibile ſit inueniri vniuerſale alicuius abſq; eius primo ſubiecto formaliter. Ex textu quidẽ, quia in tota eius ſerie nõ niſi de his fit ſermo, quibus ſubiectũ formaliter cõicatur, vt in oĩbus exẽplis adductis, ibi etiã in ſingulis erroribus manifeſtè liquet. Ex expoſitoribus verò qa dicũt ꝙ vniuerſale, ḋ quo loq̃mur, cõſiſtit in adæquatione ſubiecti ad prædicatũ, & è cõuerſo: ꝙ ſi mutuò adæquanť, ergo vnũ nõ inueniť vbi alterũ nõ eſt. Subtilius autẽ ſi ꝑſcrutati fuerimus, inueniem⁹, ꝙ id, qđ cõuenit alicui primò, ĩuenitur vbi eius primò ſubiectũ, nõ formaliť, ſed participatiuè tãtũ reperiť. Quod ſic manifeſtať: quẽadmodũ in textu habeť, idẽ ſonãt hæc tria. A. ineſt alicui ꝑ ſe ſcđm qđ ipſum eſt, &. A. ineſt alicui primò, &. A. ineſt alicui & ꝑ illud ineſt cæteris, ac ꝑ hoc neceſſe eſt, vt vbicũq; verificatur aliqđ horũ triũ, ibi verificeť qđlibet illorũ. Et qa multa ſunt quæ alicui inſunt & ꝑ illud cæteris quæ illud participãt, ita ꝙ nõ ſunt illi ſubiecto realiť cõiuncta, nõ multa ſunt, q̃ cõueniũt alicui primo, & extra illud formaliť, licet nõ extra illud participatiuè ĩueniunť. Sunt aũt hmõi ꝓfectiones cões deo & alijs, vt in Metaphyſica oſtẽditť, ꝓfectiones ſiqdẽ tales deo formaliť inſunt, & ꝑ plius participatiõnẽ formaliť inſunt alijs, in quibus naturã ipſam diuinã formaliter nõ inueniri manifeſtũ eſt, vnde ex hoc põt ſic formari ratio ad propoſitũ oſtendẽdũ. Quicquid ineſt alicui & ꝑ ipſum cæteris ineſt ei primo ſiue ſcđm qđ ipſum perfectio cõis deo, & alijs, ineſt deo, & ꝑ ipſum cæteris: ergo ieſt deo primo, ſiue ſcđm ipſum. Tũc vltra. Sed in illis cæteris nõ ineſt natura diuina formaliter, ſed participatiue tm̃: ergo aliquid, quod cõuenit alicui primò, poteſt inueniri extra eius primò ſubiectũ formaliter, licet nõ participatiuè, qđ erat in tẽtũ. Maior eſt ipſa Ariſto. regula, minor autem ex metaphyſicæ ſuppoſitis. Et quia multis fortè videbitur hoc nouũ, & quærẽt quomodo poterũt gloſare regulã Ariſto. ideo cõfirmo ſupradicta auctoritate. S. Tho. in ſecũdo cõtra Gentiles. cap. 15. volẽtis ꝙ eſſe cõuenit deo ſcđm qđ ipſum & cæteris ipſius participatione. Fũdatur aũt doctrina hæc ſupra ipſis rerũ naturis, quibus oportet noſtros cõceptus cõformes eſſe: ita, vt ſcđm diuerſitatẽ rerũ de quibus loquimur diuerſimodè oporteat applicare vniuerſales regulas ad ipſas: vnde fit, vt quia res habẽs aliquod ꝓprium cõicatur alijs ſcđm ſeipſam tm̃ modis ſupradictis & etiã propriũ eius cõiceter eiſdẽ, ratione illius formaliter tm̃ inuẽti in eis, vt de triãgulo & eius proprietate patet. Quia verò res aliqua non eſt cõicabilis ſcđm ſeipſam, ſed participabilis, oportet ꝙ eius propriũ in alijs inuẽtũ participatione quadã illius primi ſubiecti eis inſit, vt ſic cõmunicatio proprietatis, cõmunicationẽ quãdã nature ſequatur, vt ſic propriũ nõ fateamur exire ſuum primo ſubiectũ. Sũt eñ (vt ꝓpoſita exẽpla ſequamur) oĩa alia à Deo quædam diuinæ naturæ participationes, quaſi deitates participatę, & ideo id, quod primo diuinæ conuenit naturæ eis conuenit, nõ exit ſuũ primo ſubiectũ, immo comitatur illud. Saluatur igitur mutua adequatio ſubiecti, & ſui vniuerſalis, nõ ſolũ quãdo ipſum vniuerſale inueniť tm̃ in eis, in quibus ſubiectũ eius formaliter inuenitur, ſed etiã quãdo inueniť extra ſuũ primo ſubiectũ formaliter, quia nõ inuenitur extra ſuũ primo ſubiectũ participatiuè, & hoc ſufficit: & maximè q̃do tale vniuerſale etiã participatiuè, inueniť extra ſuũ primo ſubiectũ, licet formaliť vt ī ſimilib⁹ eſt. Regula ergo Ariſt. dicẽs ꝙ ī primo alicui⁹ ſubiectũ, cui illud ineſt, & ſcđm ipſum alijs ineſt, nõ eſt reſtringẽda quo ad illã particulã, & ſcđm ipſum alijs, vt intelligať ſecũdũ ipſum formaliter inuẽtũ in alijs, ſed in ſua amplitudine ſuſcipiẽda, vt qualitercũq; fiat, dũ modo ſaluẽtur iſtæ duæ cõditiones. ſ. ꝙ illud tale prædicatũ inſit formaliter ſubiecto, & ꝙ nõ niſi ꝑ illud, vel ſcđm illud, vel rõne illius cęteris inſit.

Secundo cõtra Gẽtiles. c. 15

Quòd demonſtratio eſt ex ijs quæ ſunt per ſe, & ex neceſſarijs. CAP. VI.

SI igitur eſt demõſtratiua ſciẽtia ex neceſſarijs principijs: quod eñ ſcitur nõ poteſt aliter ſe habere: quæ autẽ per ſe ſunt neceſſario inſunt rebus: hæc eñ ſunt in eo quod quid eſt quibuſdã: alia ĩſunt in eo qđ quid

A eſt prædicãtibus de ipſis, quorũ alterũ oppoſitorũ neceſſe eſt ineſſe: manifeſtũ eſt qđ ex hmõi quibuſdã vtiq; fit demonſtratiuus ſyllogiſmꝰ. Omne eñ aut ſic eſt, aut ſcđm accidẽs: accidẽtia autẽ nõ neceſſaria ſunt. Aut igitur ſic dicẽdũ, aut principium ponẽdũ quod demõſtratio neceſſaria eſt: & ſi demõſtratũ eſt, illud aliter ſe habere nõ poteſt: ex neceſſarijs igitur oportet eẽ ſyllogiſmũ: ex veris quidẽ eñ eſt & nõ demõſtrãtẽ ſyllogizaſſe: ex neceſſarijs autẽ nõ eſt, niſi demõſtrantẽ: hoc autẽ propriũ

B demõſtrationis eſt. Signũ autẽ, ꝙ demonſtratio ex neceſſarijs, qm̃ & inſtãtias ferimus ſic ad opinãtes demõſtrare, ꝙ nõ neceſſe, ſi opinemur aut omnino cõtingere aliter, aut ſermonis cauſa. Manifeſtũ autẽ ex his quod ſtulti ſunt qui ſe exiſtimãt rectè accipere principia, ſi probabilis ſit propoſitio, & vera, vt ſophiſtæ, ꝙ ſcire, ſciẽtiã eſt habere. Nõ eñ quod probabile eſt, aut verũ, principiũ eſt, ſed primum in genere circa quod demonſtratur, & verum non omne propriũ. Quòd autẽ ex neceſſarijs

C oportet eſſe ſyllogiſmũ manifeſtũ ex his eſt. Si enim qui nõ eſt habens rationẽ propter quid exiſtente demõſtratione nõ eſt ſciens. Eſſe autem poſſet vt A de C ex neceſſitate eſſet: B autem medium, per quod demõſtratum eſt, non ex neceſſitate: non ſciuit propter quid. Nõ enim eſt hoc propter medium: hoc enim cõtingit non eſſe cõcluſio aũt neceſſaria. Amplius ſi aliquis neſciuit rem nũc, habens rationẽ, & ſaluatus eſt ſalua re, nec oblitus, neq; prius ſciuerat: corrũpi autem poſſet medium ſi nõ eſt neceſſarium: quare habebit quidem ra

D tionem ſaluã, re ſalua, neſcit autẽ: neq; ergo prius ſciuerat. Si verò nõ corruptũ eſt, contingit autem corrumpi, quod accidit, vtiq; eſſet impoſsibile & contingens: ſed eſt impoſsibile ſic ſe habẽtem ſcire. Cum igitur cõcluſio ex neceſſitate quidem ſit, nihil prohibet medium non neceſſarium eſſe per demõſtratũ eſt: eſt enim ex nõ neceſſarijs neceſſarium ſyllogizare, ſicut & verũ ex non veris. Cùm autem mediũ ex neceſſitate eſt, & cõcluſio ex neceſſitate: ſicut ex

Cõcluſio prima.

Cõcluſio ſecunda.

cut ex veris verũ ſemp. Sit em̃ A de B ex neceſsitate:& hoc de C:neceſſe eſt ergo& A C ineſſe. Sed cũ nõ neceſſaria eſt cõclu ſio,neq; mediũ eſſe neceſſarium poſsibile eſt:ſic em̃ A in C nõ ex neceſsitate: ipſi au tẽ B ex neceſsitate: hoc in C ex neceſsitate,& A ergo in C ex neceſsitate:inerit,ſed nõ conceſſum eſt. Quoniã igitur qđ ſcitur demõſtratiuè, oportet ex neceſsitate ineſſe,manifeſtũ, q & per mediũ neceſſarium oportet hr̃e demõſtrationẽ: aut non ſciet neq; propter quid, neq; q neceſſe eſt illud eſſe: ſed aut opinabitur neſciens, ſi accipia tur tanquã neceſſariũ non neceſſariũ, aut neq; opinabitur, ſimiliter & ſi qđ ſciat per mediata, ſiue ꝓpter quid, & p immediata.

Cõcluſio tertia.

Summa huius capituli hæc eſt.

DE mõſtratiua ſciẽtia ẽ ex neceſſarijs. Probat quadrupliciter: primò à priori, quia qđ ſcitur eſt neceſſariũ, ſecundò probatur à poſteriori ſic:qđ eſt ex his,quæ ſunt per ſe, eſt ex neceſſarijs,vt patet inductiue in primo & ſecũdo modo perſeitatis. Demõſtratio eſt ex his,quæ ſunt per ſe:qa oẽ aut ſic ineſt, aut ſcđm accidẽs qđ neceſſariũ nõ eſt:ergo &c. Tertiò ꝓbatur à priori, qa cõcluſio per eã ſcita eſt neceſſaria:tenet cõſequẽ tia:primò ex differẽtia inter ſyllogiſmũ & demõ ſtrationẽ orta ex fine ꝓprio demõſtrationis,qui eſt ſcire. Quartò ꝓbat à ſigno:qa cõtra opinãtes demõſtrare iſtam⁹ q aſſumptũ nõ ſit neceſſariũ.

Stulti ſunt opinati accipere bene principia, ſi ꝓbabilis ſit propoſitio & vera,vt ſophiſtæ,quoniam principium demonſtrationis non eſt probabile vel improbabile,aut omne verum,ſed primum & proprium vnicuiq;.

Corrola.

Secundò probatur illa conſequentia à priori, quia ſcire eſt cognoſcere ꝓpter quid res eſt: neceſſarij autem propter quid neceſſarium eſſe oportet,aliter concluſionem oportet eſſe & prę miſſas non,vt patet in terminis generalibus.

Tertiò probatur â poſteriori, quia ſiquis nũc neſcit,habẽs rationẽ ſaluatus,ſalua re nõ oblitus neq; prius ſciuit. Talis eſt cognoſcens concluſio nẽ neceſſariã per mediũ nõ neceſſariũ: quia cõtingit illud corrũpi, ſi corruptũ nõ eſt,ergo &c.

Cõcluſio

Cõcluſio neceſſaria nõ infert mediũ nõ neceſ ſariũ: ſicut nec cõcluſio vera ĩfert p̃miſſas veras.

Cõcluſio

Medium neceſſarium infert cõcluſionem ne ceſſariam eſſe:ſicut ex veris non niſi verum:patet in terminis generalibus.

Cõcluſio

Concluſio non neceſſaria infert medium nõ neceſſarium eſſe,patet in terminis generalibus.

Cõcluſio addita.

Medium nõ neceſſariũ non infert concluſio nem non neceſſariam eſſe. Reliquum erat hoc.

Correla.

Cognoſcens neceſſariam concluſionem per E medium non neceſſarium, aut opinetur ſe per medium neceſſariũ ſcire aut nõ neſcit tam quia & per mediata, q̃ ꝓpter quid & per immediata.

riũ ſecũdum.

Series autem hæc eſt.

TRactaturus promiſſa. ſ. ex qualibus ſit demõſtratio, intẽdẽſq; in hoc capitulo declara re q demõſtratio eſt ex neceſſarijs,duo facit:primo ponit cõcluſionẽ principalẽ & quadrupliciter eã ꝓbat,adiũcto poſt quartã probationẽ corolario,ſequẽtibus deinde alijs duabus rõnis ꝓpoſitionibus: ſecundo declarat habitudinẽ inter mediũ & cõcluſionẽ in ſyllogiſmo,penes hoc qđ eſt eſſe neceſſariũ tribus concluſionibus quartã reſiduam oſtendentibus, corrolario oppoſito.

Egidius. lege.

Intentum philoſophi in hoc capitulo quod ſit.

F CIrca principalẽ cõcluſionem ſcito quoſdam, quibus nõ ſat eſt oſtẽdere ingeniũ ſuũ in ad inuẽtione nouæ expoſitionis, niſi mordeãt alienã,quæ à veritate nõ recedit,hoc in loco S. Tho. expoſitionẽ impugnare. Aiunt em̃ q non recta eſt expoſitio dicẽs q in prima huius capituli ꝓpoſitione Ariſto. probat demõſtratiuã ſciẽtiam eſſe ex neceſſarijs, quia quod ſcitur impoſsibile eſt aliter ſe habere, propterea, quia in textu fit ſermo cõditionalis ſic. (Si igitur eſt demõſtratitiua ſciẽtia,ex neceſſarijs principijs, qđ em̃ ſcitur nõ põt aliter ſe habere.) Ex hoc arguitur ſic. Nota cõditionis. ſ. ly ſi:nõ cõſueuit poni ſupra cõſequẽs,ſed antecedẽs: ergo nõ probatur in iſta cõſequẽtia demõſtratiuã ſciẽtiã eſſe ex neceſſarijs: G ſed aſſumitur. Pudet reſpõdere. Manifeſtatur ſiquidẽ eorũ cæcitas de ſibi ipſis nõ intẽdẽtes alienа fædare volũt, non enim illud totũ eſt antecedẽs apud nos,quod fit ab ipſis,neq; totus ſermo adductus vnã integrat cõditionalẽ, ſed antecedens eſt. Si demõſtratiua ſciẽtia eſt, cõſequẽs verò ex neceſſarijs principijs: ſupple oportet eã eſſe, reſiduũ verò eſt probatio cõſequentiæ,vt clarè habes in expoſitione. S. Tho. Illorũ aũt expoſitio an recta vel nõ recta ſit,mihi curę nõ eſt, q̃m circa textũ⁹ expoſitionẽ, cuilibet licẽtiã nõ nego dicẽdi,vt libet,dũmodo textum non deſtruat.

Egidius.

Num omne per ſe ſit neceſſarium.

CIrca ſecundam propoſitionem principalis concluſionis occurrit dubium nõ diſſimulandum ex eo quòd aſſumitur ibi, q omne per ſe eſt neceſſarium. Hoc em̃ non videtur verum quia iſta, ſortes eſt homo, eſt per ſe in primo modo dicendi per ſe, cum prædicatum ponatur in diffinitione ſubiecti, ſi diffiniretur,vt habetur in quinto Metahy. capitulo de per ſe, & tamen iſta nõ eſt neceſſaria, quia tẽporalis eſt & corruptibilis: neceſſariũ autẽ æternũ eſſe cõſtat, quia impoſsibile eſt aliter ſe habere: patet autẽ q eius veritas tẽporalis & cõtingens ſit ex corruptione alterius extremi, ſortis. ſ. neq; em̃ fieri põt vt cõiũctio ſignificata per affirmatiuã ꝓpoſitionẽ remaneat inter aliq̃ altero eorũ corrupto. Ad euidentiam

T.c. 23.

dentiam huius dubitationis ſciendũ eſt, q quia A vera, ſed neceſſaria. Decipiũtur verò in hac materia dicẽtes oppoſitũ, qa ea equiuocè ſortis noſe vtũtur,& nõ aduertũt,q nõ minus eſt neceſſaria iſta, ſor. eſt hõ, q̃ iſta: ſortes eſt ſortes, qa neceſſariò prima ad iſtã ſequit̃. Nõ minus em̃ ſeqũtur: ſortes eſt ſortes: ergo ſortes eſt hõ, q̃ ſequatur A eſt ſortes: ergo A eſt hõ: illã aũt. ſ. ſortes eſt ſortes: eẽ ꝓpetuę incorruptibilis. ſ. & neceſſariæ veritatis ſimpliciter, eſt adeo p ſe notũ, vt idiſciplinati & indiſpoſiti ad philoſophãdũ ſit quærere eius ꝓbationẽ. Amplius ꝓpter ꝓteruos & debilioris ingenij viros, Oĩs enũciatio cuius res ſigñata non põt aliter ſe hr̃e, q̃ ſicut per illã enũciatiõnẽ ſignificat, eſt enũciatio neceſſaria: patet iſta ex Ari. in prædicamentis. Sicut em̃ ab eo q res ſigñata eſt vel nõ eſt oĩo dicit vera vel falſa, ita ex eo q res ſigñata nõ põt aliter eſſe, vel põt: oĩo dicitur neceſſaria vel cõtingẽs: ſed enũciatio quælibet, in qua ſpẽs de idiuiduo ꝓprio p̃dicat eſt hmõi, q ſ. res ſigñata p eã nõ põt aliter ſe hr̃e, q̃ ſicut ſignificat p illã: ergo &c. patet minor, qa res ſigñata per hmõi ꝓpoſitiones nil aliud eſt, q̃ cõiunctio ſubiecti cũ prædicato vt patet. Talẽ autẽ coniunctionẽ (vt probatum eſt) impoſsibile eſt aliter ſe habere. Eſt igit̃ iſta, ſortes eſt hõ, perpetuę & ſimpliciter neceſſariæ veritatis, licet vtrũq; extremũ poſsit nõ eẽ, hoc em̃ nihil obeſt, vt declaratũ eſt.

In prædi camẽto ſubſtãtię circa fi. dicta vltima.

Quæcunq; ſunt per ſe eo modo quo eorum naturalis diſpoſitio exigit neceſſaria ſunt.

GIrca eãdẽ ſecũdã probationẽ principalis cõcluſionis. Dubitat̃ qũo illudmet aſſumptũ, ſ. Quęcunq; ſunt per ſe ſunt neceſſaria: verificet̃. Cũ em̃ oĩs cõcluſio demõſtrationis ſit per ſe, & propõnes, in qbus cõiũctiões, aſpect⁹ & eclipſes luminariũ prædicãtur demõſtratiuè cõcludant̃, eas per ſe oportet eſſe, & tamen neceſſariæ non ſunt, qa poſſunt aliter ſe hr̃e eorũ ſigñata. Clarũ eſt, em̃ q corpora cæleſtia aliter & aliter ſe habẽt ſcđm hmõi accidentia: qm̃ nõ ſemper eis inſunt. Ad hoc multipliciter rñdetur: primò negatur, q iſtæ propõnes ſint per ſe: qa nõ demõſtrãtur in actu, ſed in aptitudine, ſed hoc eſt ſuperius in quarto capitulo improbatũ. Scđò dicitur, q iſtæ ſunt neceſſariæ in ordine ad cauſas ſuas ita q ecliꝑſis relata ad lunã nõ ineſt ſibi neceſſariò, relata aũt ad cãm ſuã, puta interpõnẽ terræ, ineſt ſibi neceſſariò, qa poſita ĩterpoſitione neceſſariò in eſt. Sed nec reſpõſio hęc ſic ĩtellecta ſatisfacit, qa hoc ad neceſſitatẽ cõclõnis nõ ſufficit. Primò qa remaneret in rei veritate cõcluſio nõ neceſſaria qm̃ in ea cauſa nõ ponit̃, ſed ſubiectũ, puta luna & eclipſis. Scđò, qa iterũ redit q̃ſtio eadẽ de neceſſitate alterius præmiſſę, in qua ſubiecto cauſa cõiũgitur, puta ĩterpoſitio terræ ipſi lunæ, nõ em̃ eſt magis neceſſaria interpoſitio terræ q̃ eclipſis; & ſi hoc iterũ dicat̃ præciſè neceſſariũ in ordine ad cãm, iterũ de illa cauſa quæret̃, & ſi aſſignabitur ſit⁹ luminariũ in talibus locis, iterũ de neceſſitate talis ſitus quæret̃: cũ & ipſe nõ ſit neceſſarius

Egidij. opinio.

T.c.8.

Primo notã Io circa finem.

Rõ errorisaliorũ

magis

magis, aut procedetur ergo in infinitũ in huiusmodi necessarijs in ordine ad causas, aut ad aliquod necessariũ in ordine ad subiectum & causam simul venietur. Et cõfirmat hoc, quia oportet nõ solũ maiorẽ extremitatẽ inesse medio necessariò, sed etiã mediũ necessariò inesse minori, & maiorẽ minori necessariò cõiũgi: aliter demõstratio nõ est. Secũdũ autẽ hanc rationẽ tãtũmodo colligatio maioris extremitatis cũ medio est necessaria, vnde nõ magis necessaria est ista, luna eclipsatur, quàm ista, homo est disgregatiuus visus, vtriusq; liquidẽ prædicatũ necessariũ est in ordine ad causam suam, disgregatiuũ nãq; visus necessariũ est in ordine ad albedinẽ, quæ est eius causa. Et cũ clarũ sit q necessitas istius nõ sufficit ad demõstrationis cõclusionẽ, dicatur q necessitas in ordine ad causam præcisè ad demonstrationis cõclusionẽ nõ sufficit. Amplius necessariũ præcisè in ordine ad causam est necessariũ nõ nisi ex suppositione. ſ. si causa sit, sed ad necessitatẽ cõclusionis demõstrabilis nõ sufficit q reducatur ad necessitatẽ suppositionis, quia sic omnis cõclusio esset necessaria: cũ ex fine primi Perihermenias habeatur: q quælibet propositio necessaria est ex suppositione. Ex supradictis ergo in quarto capitulo sumẽda est rñsio: & dicendum est, q istę sunt per se & necessariæ: eo modo quo perpetuæ sunt: sempiternæ autẽ veritatis sunt, nõ scđm omne tẽpus simpliciter, sed secũdũ omne tẽpus, quo prædicata nata sunt inesse subiectis: nunq̃ siquidẽ fallit, qñ nata est esse cõiunctio, vel oppositio luminariũ. Vnde ad id quod assumitur, q possunt eorũ significata aliter se habere, eodẽ modo dicitur q impossibile est eorũ significata aliter se habere tẽpore quo nata sunt esse, licet aliquo tẽpore nõ sint, & hoc sufficit: immo (vt in philosophia naturali experiẽtia ostẽdit) ad necessitatẽ cõclusionis demõstrabilis sufficit, qđ vt in pluribus nõ possit aliter se habere. Necessitas em̃ propositionũ, de qua posterio risticus loquitur, ex materia sumẽda est, & sicut analogicè, & nõ vniuocè inuenitur in diuersis rebus, ita analogicè in premissis & cõclusionibus demõstrationũ diuersarũ requirẽda est: fatuũ est siquidẽ quærere propositiones omnes necessarias vniuocè necessarias, si res ipsæ significatę nõ sunt vniuocè necessariæ. Vnde (sicut superius distinctũ est) de omni, in tres ordines: ita necessariũ distinguẽdũ est. Inseparatis siquidẽ à materia est necessariũ simpliciter: i mobilib⁹ aũt, sed incorruptibilib⁹, ẽ necessariũ regulariter: in mobilibus aũt & corruptibilib⁹ est necessariũ vt in pluribus. Quouis ergo horũ triũ modorũ ꝓpositio necessaria sit: demõstrationẽ ingredi nõ ꝓhibeт.

Infra tex. cõ. 29.

circa fi. In prio notãdo.

Hoc clare hẽs in fra tex. c. 43. cap. 23. primo notãdo.

Omnem propositionem necessariam esse per se & è conuerso, alias omnes per accidens esse & non necessarias ostendit.

CIrca id qđ assumitur in probatione eadẽ. ſ. Omne aut sic ineſt, aut scđm accidẽs. (Accidẽtia em̃ nõ necessaria sunt.) Aduertẽdũ q ex ꝓcessu Aristotelis euidẽter apparet: q propositio per se in primo vel secũdo modo, & propositio necessaria cõuertũtur: & propositio per accidẽs & ꝓpositio nõ necessaria, similiter cõuertũtur. Si em̃ oĩs propositio est aut sic. i. per se in primo vel secũdo modo, aut scđm accidens: & quęlibet taliter per se est necessaria: & omnis scđm accidẽs est nõ necessaria: nulla remanet propositio necessaria: quæ nõ sit per se modo dicto: & nulla remanet propositio necessaria, quæ non sit per accidẽs. Aliter diuisio sufficiẽs nõ fuisset, qua dictũ est, omne aut sic ineſt, aut scđm accidẽs. Cũ igitur oporteat hãc cõuertibilitatẽ acceptare, & verã esse, scito propositiones per se in primo & secũdo modo vocari hic omnes, quas supra diximus esse per se tã propriè q̃ impropriè: & eas vocari per accidẽs, quæ nec propriè nec impropriè primũ vel secũdũ modũ perseitatis ingrediũtur. Tu autẽ qui scrutator es operis hinc aduertas q̃ recta & cõsona Aristoteli fuerint supra à nobis explanata doctrina (in capitulo de per se) & quã optimè dictũ sit, q omnis propositio per se, oportet q sit in primo vel secũdo modo. Reliquas em̃ Aristoteles expresse hic ponit esse nõ necessarias. Et qm̃ prauę dispositionis ignorãtia multos occupasse ac detinere videtur in hac cæcitate (vt iam velut cõmunis animi cõceptio à multis proferatur) q ꝓpositio necessaria cõmunior est propositione per se. Vltra ea, quæ diximus cõfutandos eos esse duximus auctoritatibus apertis vt vel sic resipiscat, aut erubescat. Themistius in cap. 14. huius expresse dicit, q sola ea, quæ dicũtur per se, sunt necessaria, & dicit Aristotelẽ hoc demõstrasse: cõstat aũt ab excluſiua ad vniuersalẽ terminis transpositis tenere argumẽtũ: ergo oĩa necessaria sunt per se. Auerrois quoq; in cõmẽ. 35. huius expresse dicit: q sicut dixit Aristoteles demõstratio nõ euadit quin sit aut ex ꝓpositionibus per se, aut accidẽtalibus: & accipit accidentale vt infert cõuertibiliter nõ necessariũ (vt probabitur:) ergo apud ipsũm & Aristo. propositio per se, & propositio accidẽtalis ideſt nõ necessaria diuidunt sufficiẽter propositionẽ: cũ ergo cõstet propositionẽ necessariã nõ claudi sub nõ necessaria: ergo clauditur sub altero mẽbro. ſ. ꝓpositione quæ est per se: nulla ergo restat foris propositio necessaria: sed omnes claudũtur sub per se. Quòd autem Auerrois accipiat (ly accidentale) vt distinguitur contra necessariũ, patet ibidẽ: quia immediatè post diuisionem factam subdit has consequentias: quòd si est ex accidentibus non est ex necessarijs: quia accidentalia nõ sunt necessaria: & si est ex necessarijs non est ex accidẽtalibus. Arist. & hic (vt diximus) & in capitulo sequẽti: vt ibi dicitur: & in capitulo de per se, vbi post diffinitos modos per se dixit quæcũq; neutraliter insunt, accidentia sunt, hoc idem sentit.

Cõ. 25.

C. 4. de per se.

Infra. te. c. 18. t. c. 19.

Num scientia corrumpatur corrupta re scita.

CIrca vnam illarũ quatuor conditionũ quib⁹ amitti scientia dicitur in tertia probatione illius quæstionis. ſ. salua re. Dubitatur an scięntia corrũpatur corrupta re scita. Experientia. n. ostende re videt q non oporteat corrũpi scientiã re scita corrupta. Philosophi nãq; habẽtes scientiã de rosis: non perdunt eam hyemali tempore: quo rosæ corruptę sunt: & similis est ratio in alijs.

Ad hoc breuiter dicit q cũ ab eo q res est vel nõ est, oratio & vniuersaliter scientia, quæ conclusionũ est habit⁹, sit vera vel falsa, vt in prædicamẽtis dicitur, & scientiã falsam fieri sit ipsam non esse, impossibile est scientiã remanere re scita corrupta. & ideo notãter Aristoteles addidit in textu illã particulã, salua re. Sed aduertere oportet, q res scita, ꝓpriè loquẽdo non est subiectũ vel p̃dicatum, sed coniunctio prædicati cum subiecto: quam quia necessariam esse oportet & per se incorruptibilẽ esse constat: si tamen corrumperetur: scientia ipsa necessariò corrumperetur. Vnde ad id quod in oppositum adducitur dicitur: q licet tempore hyemali corruptæ sint omnes rosæ: res tamẽ scita corrupta non est. Tum quia res scita non est rosa (sed rosam esse. a.) quod est impossibile aliter se habere: qm̃ necessariũ est incorruptibile. Tũ qa rosa suo mõ scita. i. vt de quo est scientia: vt sic incorruptibilis est. rosa. n. vniuersalis: de q̃ est scięntia corruptibilis nõ est, vt infra dicet: sed hæc rosa & illa corrũpunt: de quib⁹ nõ est scięntia.

subę circa finem.

cap. 91

Et si arguat: rosa est corrupta tẽpore hyemali. Rosa est res scita: saltem vt subiectum, ergo res scita est corrupta. Sophisma fit secundũ fallaciã accidentis. sed de his infra. Ex hac autẽ tam facili fundata & breui respõsione apparet quantũ vagent illi, qui scientiã remanere corrupta re ideo saluãt: qa remanẽt semper res in causis suis. hoc em̃ est ꝓ accidens: nihil enim minus remaneret scięntia mea de trianguli passionib⁹ & rosa &c. si oĩa annihilarent me solo remanẽte: q̃ si remaneret prima causa: aut corp⁹ cęleste &c. extranea em̃ hęc sunt à scięntia iã habita: nulla em̃ mutatio ex his sequit in ea.

Arguitur

Quòd demonstratio est ex his quæ sunt per se, & non ex his, quæ sunt per accidens. CAP. VII.

Vide. 6. Metaphy capit. 2. Prima cõclusio.

ACcidentiũ autẽ non per se, qũo determinatũ est per se, non est scientia demonstratiua. Non. n. est ex necessitate demonstrare cõclusionẽ: Accidens. n. contingit nõ ineſse. de tali. n. dico accidẽte. Atqui dubitare fortasse aliquis posset, cuius causa hæc oportet interrogare de his, si nõ necesse est cõclusionẽ esse. Nihil em̃ differt si aliquis interrogatus quæcũq;, & postea dicat conclusionẽ. Oportet autem interrogare non tanquam necessarium sit propter interrogata, sed quod dicere necesse est illa dicenti & verè dicere si verè erũt quę sunt. Quoniam autẽ ex necessitate insunt circa vnũ quodq; genus quæcunq; per se & secundũ qđ vnũquodq; est, manifestũ est: q de his q̃ per se sunt, demõstratiuæ scientię ex talibus sunt: accidẽtia em̃ non necessaria sunt. Quare nõ necessariũ est conclusionẽ scire ꝓpter qđ sit neq; si semper sit, nõ per se autẽ, vt sunt ꝑ signa syllogiſmi. qđ em̃ ꝑse nõ per se sciet, neq; ꝓpter quid. Propter quid autem scire est per causam scire. propter ipsum ergo oportet & medium tertio, & primum̃ medio ineſse.

Reſpõſio

Tertia cõclusio.

Correlarium.

Summa huius capituli hæc est.

SCientia demonstratiua nõ est accidentiũ non ꝑ se. probat à priori, quia ex necesitate demonstrat conclusionẽ, accidens autẽ contingit nõ esse.

Prima cõclusio.

Quare de accidentibus non per se fiunt interrogationes, si ex eis nõ põt fieri cõclusio necessaria.

Oppõ.

Oportet interrogare de his, nõ vt ex eis fiat cõclusio necessaria, necesitate consequentis, sed necesitate cõsequętiæ & vera si verę sunt præmissę.

Reſpõſio.

Demonstratiuæ scientiæ sunt de his, quæ sunt per se, & scđm q vnũ quodq; est. Probatur à priori: quia est, de & ex necessarijs circa vnũquodque genꝰ. Accidẽtia em̃ q̃ reliq̃ sunt, nõ sunt necessaria.

Secũda cõclusio.

Non est necessarium conclusionem scire propter quid sit si mediũ semper est, & non per se est. Probatur à priori: quia scire propter quid, est scire per causam, tũc autẽ cõclusio ꝑ se non ꝑ se scit.

Tertia cõclusio.

Propter ipsum ergo oportet medium tertio, & primum medio ineſse.

Correlarium.

Series autem hæc est.

DECLARATVRVS in hoc capitulo de monstrationis propositiones esse per se, prima cõclusione determinat conclusiones demonstrationis nõ esse per accidens, subiungens circa hoc dubitationem quãdam & soluens. In secũda deinde conclusione, demonstrationis conclusiones per se & præmissas per se, & secundum quod vnũquodq; est fore determinat. Et quia præmissas, quæ faciũt scire simpliciter, oportet esse ꝑse ꝓmissas, ideo deducit tertiã cõclusionẽ, & eius correlariũ ex ea.

dubium.

Num demonstrationis conclusio posit esse per accidens.

CIrca primam cõclusionem dubitatur, quia videtur q demonstrationis conclusio posit esse per accidens. omnis enim conclusio, in qua propria passio inferioris prædicatur de superiori est per accidens, cũ etiam ipsum inferius superiori accidat. Multæ autem tales demonstratiuè concluduntur. igitur multæ demonstrationis conclusiones sunt per accidens. Minor habetur ab Aristotele superius in capitulo quinto vbi dixit q licet vniuersale

T. ca. 11.

niuersale trianguli non demonſtretur primò niſi de triangulo, per ipſum tamen triangulum cõtingit monſtrare de figura, q̃ habet duos rectos. Ad hoc dicitur, q̃ aliud eſt concludere paſsionẽ inferioris de ſuperiori, & aliud eſt cõcludere eãdẽ paſsionẽ de eodem ſuperiori particulariter ſumpto: paſsio ſiquidem inferioris, quãuis accidat ſuperiori, non accidit tamẽ ei particulariter ſumpto. Vndè iſta eſt per accidens, figura habet tres angulos æquales duobus rectis, iſta autem eſt per ſe (licet reductiuè) aliqua figura habet tres angulos æquales duobus rectis. Et q̃ prima ſit per accidens probatum ſufficienter eſt. Quòd aũt ſecũda ſit per ſe & neceſſaria, probatur ſic. Omnis cõcluſio ex veris neceſſarijs & per ſe rectè ſyllogizata, eſt neceſſaria & per ſe, vt habetur ex præcedenti capitulo, vbi dictum eſt ex neceſſarijs neceſſarium tantum ſequi, & q̃ propoſitio per ſe & neceſſaria conuertuntur: ſed concluſio, in qua paſsio inferioris prædicatur de ſuperiori particulariter ſumpto rectè ſyllogizatur ex veris neceſſarijs, & per ſe: ergo talis concluſio eſt neceſſaria & per ſe. Minor exemplariter oſtenditur, faciendo talem demonſtrationem in primo tertiæ: omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus rectis: omnis triangulus eſt figura: ergo quædam figura habet tres angulos æquales duobus rectis. Quia ergo aliud eſt cõcludere de ſuperiori, & aliud de ſuperiori particulariter ſumpto, dicitur ad dubium q̃ nulla cõcluſio, in qua paſsio inferioris prædicatur de ſuperiori eſt demonſtrabilis, licet ſit demõſtrabilis de eo particulariter ſumpto. Et ad id quod adducitur ex textu Ariſtotelis, dicitur q̃ Ariſtoteles intẽdit eo modo quo nunc declaratum eſt. Vnde cum dixiſſet, & tamen eſt de figura monſtrare, q̃ habet duos rectos, ſubiunxit. Sed non cuiuſlibet figuræ eſt, nec vtitur qualibet figura demonſtrans habere tres. Vbi clarè inſinuat q̃ non de figura, ſed de quadam figura demonſtratur habere tres. Quòd ſi obieceris ex eo q̃ indefinita particulari æquiualet, quòd ſicut particularis in tertia figura concluſa eſt, ita indefinita concluditur, & conſequenter ita eſt neceſſaria iſta, figura habet tres, ſicut iſta, quædam figura habet tres.

Rũdetur

Capit. 6. T.c. 17.

Nota.

Vbi ſuprà. T. cõ. 11.

Arguitur

Memento q̃ poſterioriſtica doctrina traditur hic, ſecundum quam, quia ad materiam deſcendit ſubiectũ ſimpliciter & abſq; ſigno, vniuerſalis magis vim obtinet q̃ particularis, & propterea incõpactè loco particularis ſubiectũ ſimpliciter abſq; ſigno poneretur. Sed qm̃ in verbis vis faciẽda nõ eſt, vbi de rebus conſtat, ideo dicitur q̃ dummodo demonſtrans paſsionem inferioris de ſuperiori vtatur ipſo ſuperiori non vt ſuperius eſt, ſeu nõ vniuerſaliter, ſiue hoc faciat particularizatione, ſiue indefinitione, non eſt curæ: quouis nanq; modo loquaris oportet ſi demonſtrare vis, q̃ ſuperiori particulariter ſecundũ rem vtaris. Vnde & Ariſtoteli (vbi ſupra) non ſat fuit dicere, non cuiuſlibet figuræ eſt, ſed addidit nec vtitur qualibet figura demõſtrãs habere tres, ſophiſticas importunitates per hoc excludens. Ex his habes qualiter in telligẽda ſit regula illa ex. 5. cap. ſumpta. ſ. Quãdo aliquid conuenit alicui primò, per illud ſubiectũ põt de quolibet alio, cui ineſt à priori demonſtrari, intelligenda eſt enim quando coniunctio illius alterius cum primo ſubiecto illius proprij eſt neceſſaria & per ſe, aliter altera præmiſſarum eſſet p accidẽs: quod demõſtratio nõ patit, vt hic patet. Hanc gloſam diligenter memoriæ commendato.

Rũſio.

ex. T.cõ. 11. in fi.

Num quæ per ſe inſunt neceſſariò inſint.

CIrca probationem eiuſdẽ primæ concluſiõis, aduerte q̃ ibi expreſſe Ariſtoteles ait accidẽs non per ſe non ex neceſsitate ineſſe: & declarat ſe loqui de per ſe eo modo, quo ſuperius determinatum eſt de per ſe: & cõſequẽter oĩno vult q̃ omne accidẽs, quod neceſſariò ineſt per ſe ineſt, & omne accidẽs, quod non per ſe ineſt, non neceſſariò ineſt, ita q̃ accidẽs neceſſariò ineſſe & per ſe ineſſe cõuertibiliter ſe ſequi aſſerit. Et qm̃ ſnĩa hæc profunda eſt, ſubtiliſsima eã S. Tho. expoſitiõe declarauit, & quia ſua quoq; expoſitio difficultate & dubitatione non caret, eam declarare volo & enucleare ſecundum vires. Intendens igitur declarare S. Tho. prædictã Ariſt. ſnĩam, qua dicitur: q̃ ſi accidens per ſe non ineſt, neceſſariò non ineſt. Cum accidẽs triplex ſit. ſ. ſeparabile, inſeparabile, & ꝓpria paſsio: primo reiecto, qa non neceſſariò ineſt ad duo reſidua ſe cõuertit, & ſupponens q̃ vtrũq; eorũ neceſſariò inſit, declarat q̃ vtrunq; eorũ per ſe ineſt ei cui neceſſariò ineſt tali proceſſu, omne accidens, quod neceſſariò ineſt alicui ſubiecto, oportet q̃ habeat in illo ſubiecto cãm, ex qua ita fluat, q̃ nõ poſsit non ſequi, aliter nõ eſſet aſsignare cãm huius neceſſariæ cõnexionis. Sed vtrunq; horũ. i. tam propria paſsio, q̃ accidẽs inſeparabile neceſſariò ineſt: ergo vtrũq; horũ habet ĩ illo ſubiecto, cui neceſſario ineſt, cãm, ex qua ita fluit q̃ nõ põt non ſequi. Tunc vltra: omne accidens habẽs taliter cãm in ſubiecto, aut cauſatur à principijs ſpẽi, aut ex principijs indiuidui: ſi taliter cauſatur ex principijs ſpeciei eſt propria paſsio, & cõſequenter eius ſubiectum, cui neceſſariò ineſt, eſt ſpecies. Si verò taliter cauſat ex principijs indiuidui eſt accidens inſeparabile, & cõſequẽter ei ſubiectũ cui neceſſariò ineſt eſt indiuiduum. Tunc vltra: omne accidens, quod cauſatur ex principijs ſubiecti, recipit in ſua diffinitione illud ſubiectũ, ex cuius principijs cauſat, quia vnũquodq; diffinitur ex proprijs principijs: ſed accidẽs inſeparabile cauſat ex principijs indiuidui: ergo in diffinitiõe accidẽtis inſeparabilis ponit indiuiduũ. Tũc vltra: ergo accidẽs inſeparabile p ſe prædicat de indiuiduo in ſecũdo modo dicẽdi per ſe: ergo de primo ad vltimũ: omne accidẽs, quod neceſſariò ineſt alicui: ineſt illi per ſe, quod erat declarandum.

Dubium primum.

CIRCA hunc proceſſum quadrupliciter dubitatur. Primò circa id quod ſupponitur. ſ. q̃ accidens inſeparabile neceſſariò inſit: primò quia hoc eſt cõtra Porphyriũ dicentẽ q̃ accidẽs vt cõprehẽdit ſub ſe ſeparabile & inſeparabile eſt q̃ cõtingit eidẽ ineſſe & nõ ineſſe, & quod adeſt & abeſt ſubiecto præter ſubiecti corruptionẽ. Si em̃ accidens inſeparabile abeſſe põt, non ineſt neceſſariò: quia q̃d neceſſario ineſt impoſsibile eſt nõ ineſſe vt (dicitur in ſecundo Perihermenias.) Secũdo quia q̃d neceſſario ineſt ſemper ineſt: accidẽs autem inſeparabile nõ ſemper ineſt, quoniam pulli coruorũ albi naſci dicuntur & poſtmodum nigreſcũt. Tertio qm̃ Albertus in prædicabilibus ſuis dicit q̃ corui poſſunt fieri albi: impoſsibile eſt autẽ fieri oppoſitum eius quod neceſſarium eſt eſſe: ergo. &c.

c. de accidente.

Secundo perihermenias.

c. de accidente.

Dubiũſe cũdum.

SECVNDO dubitatur circa proceſſum ipſum: videtur enim q̃ comitatur æquiuocatio illius termini. ſ. (ineſſe neceſſario) quia nũc vt ſumitur pro ineſſe ſcdm rẽ, nunc verò pro vt ſumit pro ineſſe ſcdm intellectũ cõponentem & diuidẽtẽ: cùm em̃ ſupponitur accidẽs inſeparabile ineſſe neceſſario, intelligitur ſcdm rem tm̃ (vt Porphyri⁹ dixit) quia poteſt coruus intelligi alb⁹. Cũ autem Ariſtoteles ait, q̃ oẽ accidens, quod neceſſario ineſt, per ſe ineſt, intelligitur de illo accidẽte quod neceſſariò ineſt ſcdm intellectũ cõponẽtẽ & diuidentẽ. i. q̃ ita ineſſe intelligitur q̃ propoſitio negatiua remouẽs tale accidẽs ab illo ſubiecto, ſit nõ ſolùm falſa, ſed impoſsibilis, & implicãs cõtradictionẽ &c. accidens em̃ q̃d ſic neceſſario ineſt, per ſe ineſt, quia ab ſq; ſubiecto diffiniri non poteſt, non autem omne quod ſecundũ rem à ſubiecto remoueri non poteſt, vt de nigredine corui patet &c.

Dubium tertium.

TERTIO dubitatur circa id quod in fine aſſumitur. ſ. q̃ in diffinitione accidẽtis inſeparabilis ponitur indiuiduũ. Hoc em̃ videtur omnino impoſsibile: quia inter accidens & ſubiectũ propriũ, per q̃d diffinit, eſt talis adæquatio q̃ ſoli illi cõuenit primo, & ſi alteri cõuenit rõne illius cõuenire neceſſe eſt. Inter accidẽs aũt inſeparabile, & indiuiduũ, talis adæquatio nõ videt: intuemur enim nigredinem, quæ accidẽs inſeparabile eſt corui, extra ſpeciem coruorum inueniri, & non propter indiuidualem complexionem coruorum, vt patet &c. & ſimiliter de albedine reſpectu cigni &c.

T.cõ. 12 &. 13.

QVARTO dubitatur circa cõcluſionẽ principaliter intentã ex hoc proceſſu. ſ. q̃ accidẽs inſeparabile ſit accidẽs per ſe. Eſt em̃ regula generalis ex quinto capitulo huius ſumpta, q̃ omne accidẽs cõueniens pluribus per ſe & vni non rõne alterius cõuenit eis ratione alicuius cõmunis per ſe inuẽti in illis: quoniã oportet cuiuſq; accidẽtis per ſe inueniri ſubiectũ cui cõuenit ſecũdũ q̃ ipſum. Accidẽs aũt inſeparabile, puta nigredo cõuenit coruis pluribus, & non rõne alicuius cõmunis per ſe illis cõueniẽtis: ergo non cõuenit indiuiduis corui per ſe &c. quod non cõueniat eis ratione alicuius cõmunis, ex eo patet, quia principia indiuidui ſunt cauſa accidẽtis inſeparabilis, vt dictũ eſt: principia em̃ indiuidui cõmunia nõ ſunt plurib⁹, ſed indiuiduo cuius ſunt principia propria ſunt. Quòd autẽ illud commune (ſi fingeretur) non inſit per ſe indiuiduis, ex eo patet quod omne prædicatum per ſe, aut eſt genus, aut eſt ſpecies, aut differentia, aut proprium. Tale autem commune nihil horum eſt, vt clarum eſt.

Præterea, iſtud cõmune aut eſt ſubſtantia, aut accidens: ſi ſubſtantia, ergo datur gradus ſubſtantialis medius inter ſpeciem & indiuidua, quod eſt alienum à philoſophia. Si accidens iterũ redit quæſtio, quomodo per ſe inſit illis plurib⁹ indiuiduis, cum non inſit eis per ſe in primo modo perfeitatis, & oportebit inuenire vnũ cõmune aliquod cõmune per ſe eiſdẽ, ratione cuius tale accidens illis cõueniat, & tunc iterũ quæratur de illo, aut eſt ſubſtantia, aut accidẽs, & procedẽdo vt prius, dabitur proceſſus in infinitum, quod eſt abſurdum &c.

Poſtremò dicere, q̃ accidens inſeparabile ſit accidens per ſe eſt contra communem conceptum philoſophorum, vnanimiter differentiam ponentium inter accidens proprium & inſeparabile, ex eo quòd illud eſt accidens per ſe, hoc autem eſt accidens per accidens, inſeparabile tamen.

Soluſio primi dubij.

AD PRIMVM dubiũ dicitur, q̃ de accidẽte inſeparabili cõtingit dupliciter loqui. Vno mõ in ordine ad ſpeciẽ. Alio modo in ordine ad indiuiduũ: ſi primo mõ ſumatur, tunc eſt prædicatũ accidentale, & accidẽs quintũ prædicabile, & vocatur accidẽs inſeparabile, & ſic accipit ipſum Porphyrius ponẽs illas deſcriptiones &c. Si autẽ ſumatur ſecũdo mõ tunc cadit ſub quarto prædicabili proprio. ſ. Nec cõueniũt diffinitiões accidẽtis aſsignatæ à Porphyrio, qm̃ (vt oſtẽſum eſt) prædicatur per ſe de indiuiduo, & vocãdũ eſt proprium, quoniã reſpectu eius (vt dictũ eſt) accidẽs non eſt, ſed propriũ. Et quoniã. S. Tho. hoc ſecũdo modo loquebatur de accidente inſeparabili (vt verba eiꝰ oſtẽdũt) ideo rectè ſuppoſuit ipſum neceſſariò ineſſe. Ad reliqua duo obiecta ſimiliter dicit, q̃ quia oportet differenter applicare regulas poſterioribus rebus, & nõ vniformiter vti illis in omnibus, inde eſt, q̃ nihil obſtãt doctrinæ huic ea, quæ obiciẽdo adducũtur: ſicut em̃ iam diximus, ſempiternitas non eodẽ modo reperitur in phyſicis & alijs & ſimiliter neceſsitas: propter quæ ſicut ſtat aliquã probationẽ in materia phyſicali eſſe de omni, & tamẽ carere vniuerſalitate ſuppoſitorũ & tẽporũ ſimpliciter, vt patet de illa, omnis canis habet viſum, & ſimilibus, ita ſtat eã eſſe neceſſariam, & tamẽ non ſempiternã ſimpliciter, ſed phyſicè. Cõſtat autẽ q̃ accidẽtia, de quibus loquimur, phyſica ſunt, & ideo ſat eſt in eis inueniri neceſsitatem, ſempiternitatem vniuerſalitatem & perfeitatem phyſico more. ſ. vt frequenter ſeu ſemper deductis impedimẽtis, quãdo natũ eſt eſſe: q̃ ergo corui naſcãtur albi ſempiternitati ſimpliciter obſtat nõ phyſicæ, ſicut canẽ carere viſu ante nonũ diẽ. Quod autẽ corui poſsint fieri albi, nec neceſsitati ſimpliciter, non phyſicæ obſtat, ſicut & hominẽ naſci vel fieri cæcum aut mutũ. Clarum eſt enim

Cap. 4.

Iã corui viſi ſunt Albili. 5. de. gña. cap. 7.

ꝙ hmõi propoſitiões (homo habet viſum) homo habet auditũ,& hmõi ſunt neceſſariæ & per ſe,& demõſtrabiles(niſi ad ſenſum eẽnt notæ) & tñ impedimenta aliqua facilius inueniunt priuãtia hominem talibus q̃ coruõ nigredine. Cauſa aũt quare impediri põt accidens inſeparabile vr eſſe, non quia illud à quo primò fluit,ſeparabile ſit ab hoc coruo,qm̃ illud (vt infrà dicetur) in primo modo perſeitas cõuenit huic coruo,ſed ꝙa impediri põt fluxus nigredinis ab illo principio in tali particulari:ſicut & viſus impedit in hoẽ cæco non ꝑ ſubtractionẽ principij,ex quo originatur oculus tam quo ad potẽtiã viſuã,q̃ quo ad organũ, ſed ꝑ admiſtionẽ alicuius impediẽtis,ne à tali cauſa veniat nunc talis effectus,& in propoſito plus eſt: nõ em̃ puto coruũ ita à nigredine poſſe abduci quin fuſcus remaneat & ſic ſaluaꝝ neceſsitas Phyſica &c.

Solutio quarti dubij.

Solutio ſecundi dubij.

AD ſecũdum dubiũ dr̃ ꝙ nulla eſt in hoc proceſſu æquiuocatio,qm̃ loquimur de accidente inſeparabili in ordine ad propriũ eius ſubiectũ qđ eſt indiuiduum,modo declarato. Indiuiduo autẽ ineſt accidens inſeparabile neceſſariò,non ſolũ ſecundũ rem,ſed etiã ſecundũ intellectũ cõponentẽ & diuidentẽ, phyſicè tñ, cũ in eius diffinitione cadat ſecundũ aliquid ſui,qa ꝓpriũ illius eſt. Vnde ꝓpoſitio negans accidens inſeparabile ab indiuiduo illius ſpẽi cuius eſt accidẽs inſeparabile nõ ſolũ eſt falſa,ſed impoſsibilis:ſicut negãs,quodcũq; aliud prædicatũ neceſſariũ phyſicè. Quãdo ergo dr̃ à Porphyrio, ꝙ accidens inſeparabile nõ ſcđm intellectũ,ſed rẽ eſt inſeparabile, eſt intelligendũ in ordine ad ſpeciẽ,reſpectu cuius denoïatur illud prædicatũ accidens inſeparabile, & non reſpectu indiuidui,reſpectu cuius denoïaꝝ ꝓpriũ: & ſic ſermo eius formaliter verificãt & nr̃æ nõ obſtat inſiẽ; quia(vt diximus) hic loquimur de accidente inſeparabili in ordine ad indiuiduũ. Nulla igit̃ æquiuocatio eſt, ſed ſemper de neceſſariò in eſſe ſcđm intellectũ componentẽ & diuidentem eſt ſermo.

Antequam autem tertio ſatisfiat dubio, quartum ſoluendum cenſeo, vt facilior ſit diſciplina.

Solutio quarti dubij.

AD quartum ergo dubium dicitur, ꝙ accidẽs inſeparabile ineſt indiuiduis ratione alicuius cõis per ſe inuenti in illis:& cõmune illud ipſa indiuidui principia ſunt. Et ad huius improbationẽ dr̃ ꝙ cũ principia rei ſint duplicia,formalia.ſ. & materialia:& principia formalia ſint ſpecifica, principia indiuidui materialia principia eſſe oportet. Principia autem materialia dupl̃r ſumi põt. Vno modo vt cõſtitutiua ſunt huius, & ſic ꝓpria ſunt huic,& cõia neq; eſſe neq; intelligi põt. Alio modo abſolutè ſecundũ ſe &vniuerſaliter,qm̃ cũ qua dã latitudine,plura vel oïa indiuidua illius ſpẽi vel gñis ambiunt: & materialẽ ſimilitudinẽ vel diſſimilitudinẽ inter illa faciunt,& ſic cõia ſunt pluribus nõ ſolũ indiuiduis, ſed ſpecieb⁹ & gñibus: qa forma,quã primò reſpiciunt, eſt forma valde gña lis, vt alibi dictũ eſt.v.g. principia materialia animaliũ,ex quib⁹ oritur maſculineitas,& ea, ex qui bus oritur femineitas,cũ latitudinem habeant,ſecundũ quã hæc ſunt oïbus fæmellis cõia,& illa oïbus maſculis,dupliciter põt accipi.ſ.vt cõſtituunt hunc maſculũ vel illam fœminã,& vt ſunt cõmunia oïbus vel maſculis vel fœminis: oẽs em̃ maſculi cum aſsimilentur ĩ maſculineitate, in principijs quoq; talis ſexus neceſſariò aſsimilantur,& ſimiliter eſt de fœminis inter ſe,hic quoq; maſculus,ſicut ita eſt hic maſculus ꝙ nõ ille,ita hæc habet ſui ſexus principia ꝓpria, ꝙ nõ illa:& ſic de alijs &c.

Vide.2.de gc.A.c.1. & libr.2. cap.1.

Ad primam verò probationem, ꝙ tale commune non inſit indiuiduis per ſe:dicitur ꝙ tale cõmune ineſt indiuiduis per ſe, non vt genus, aut ſpẽs, aut differentia, aut proprium, ſed vt principium materiale eorum,quod in cuiuſque eorum diffinitione ſi diffinirentur apponeretur, vnde cõuenit eis per ſe in primo modo dicendi per ſe, ſicut pũctum ineſt lineæ,& tamen neque genus,neq; ſpecies,neque differentia,neq; proprium eius eſt.

Ad ſecundam probationem eiuſdem dicitur, quòd tale commune eſt ſubſtantia:quia eſt principium materiale indiuidui ſubſtantiæ.Nec ſequitur ergo ꝙ datur gradus medius inter ſpeciem & indiuidua, quia tale cõmune pars indiuidui materialis eſt.Sola aũt forma gradum in prædicamẽto conſtituit. Vnde non oportet quærere amplius per quod tale cõmune inſit plurib⁹ indiuiduis,qa (vt dictum eſt)in primo modo ineſt eis, ſicut nec per aliqd aïal ꝑ ſe ineſt boui,leoni,& homini &c.

Ad id quod vltimo additur dicitur,ꝙ ſecũdùm Philoſophos illa differẽtia intelligẽda eſt de proprio & accidente inſeparabili in ordine ad ſpeciẽ & non in ordine ad indiuidua. Et meritò, quia aliter non eſſet locutio formalis:res enim quæ eſt accidens inſeparabile (vt dictum eſt) denominatur accidens inſeparabile in ordine ad ſpeciem,in ordine nãq; ad indiuidua proprium denominatur.

Solutio tertij dubij.

Ad tertium nunc dubium dicitur, ꝙ quia accidens inſeparabile non fluit à principijs formalibus ſpeciei,qa eius propria paſsio eſſet,nec à principijs materialibus indiuidui,vt conſtituunt hoc: quia ſic extra hoc non inueniretur, ſed à principijs materialibus, quæ extra illam ſpeciem indiuidui abſolutè inueniũtur:ideo nec hic coruus, nec aliquis coruus in diffinitiõe nigredinis, ꝙ accidẽs corui eſt inſeparabile,recipitur, ſed principia illa materialia, ex quibus neceſſariò oritur nigredo, ſeu cõmune illud principium materiale, cui conuenit nigredo,puta coruus terminatũ minimum lucis ſapiens in diffinitione nigredinis ponere debet,ſiquis eam diffinire vellet.Et quia tale cõmune(vt diximus)per ſe in primo modo cõuenit indiuiduis corui & carbonis(& ſiqua ſunt hmõi) vt principium tamen materiale,cõſequens eſt,ꝙ nigredo per ſe in ſecundo modo inſit talibus indiuiduis. Continent enim per ſe in ſe ipſis ſubiectum proprium,per quod diffinienda eſt nigredo:ſicut Sor.& Plato cõtinent in ſeipſis ſubiectũ propriũ riſibilitatis. Vnde ex malo intellectu eorum, quæ dixit

dixit S. Tho. procedit obiectio: nõ em̃ volumus ꝙ ipſum indiuiduum,de quo accidẽs inſeparabile prædicatur per ſe in eius diffinitione ponaꝝ, quia hoc nõ oportet, ſed quod per ſe in ſeipſo cõtineat cauſam,ex qua neceſſariò fluit,& cõſequẽter ſubiectũ,per qđ diffiniri debet &c.Et ſic patet q̃ vr̃ verificatũ ſit Ariſtotelis dictũ ꝙ.ſ.oẽ accidens,quod nõ ineſt per ſe,nõ ineſt neceſſario &c. Oſtẽdimus em̃ ꝙ etiã accidẽs inſeparabile, illi, cui neceſſario ineſt per ſe ineſt nulla æquiuocatiõe interueniẽte.

A monſtrationis, verè à priori demoſtratiuus fuit, dum ex diffinitione ſcire, demonſtrationem eſſe neceſſariorum concluſit dicens.Scitum eſt neceſſarium,ergo demonſtratio eſt neceſſariorum.

CIRCA ſecundũ verò maior occurrit difficultas:manifeſtè ſiquidẽ apparet falſum illud ſecũdò dictũ. ſ. ꝙ proceſſus in præcedẽti quoq; capitulo factus.ſ.demonſtratio eſt neceſſariorũ,quia eſt de his quæ ſunt per ſe,nõ verè demõſtratiuus, ſit ſed oſtenſio ad hominẽ:proceſſus em̃ à priori(cæteris ſaluis cõditionibus)verè demõſtratiuus eſt:ille aũt à priori eſt,quia per ſe pri⁹ eſt neceſſario: ideo em̃ propõ eſt neceſſaria,quia per ſe: cæterarũ autẽ cõditionũ nullus apparet defectus:ergo demonſtratiuus verè videt. Ad hoc dupl̃r: primò ꝙ neceſſariũ eſt prius ſimpliciter per ſe: & ꝙ ideo eſt propõ per,quia eſt neceſſaria,& nõ econtra:cũ em̃ neceſſariũ pertineat ad rationẽ cauſæ vt S.Tho. ait quĩ to Metaphyſicæ. cap. de neceſſario, quia cauſa eſt,ad quã de neceſsitate ſequit̃ effectus, & per ſe vel modus cauſandi,vel modus prędicãdi,ponitur in quinto Metaphyſicæ: prius autem ſit cauſę ratio q̃ cauſandi, & prædicandi modus conſequens eſt, quod neceſſarium ſimpliciter ſit prius per ſe.

solutio.2 T.c.15. sup.t.c.6 super. 1. cap.23.

Et cõfirmatur hoc ex maiori ambitu ipſius neceſſarij,neceſsitas em̃ inuenitur in rerũ natura inter illa,quæ ſi fierẽt extrema propõnis, non facerent ꝓpoſitionẽ per ſe,vt patet in oïbus ꝓpõnib⁹ de ſecundo adiacẽte in ſubſtãtijs incorruptibilib⁹ alijs à deo. Vñ ideo iſta eſt per ſe,hõ eſt riſibilis,qa hõ neceſſario cauſat in ſe riſibilitatẽ, & ſic de alijs &c. Scđo dicit̃ ꝙ quidquid ſit de ordine neceſsitatis & ꝑfeitatis,clarũ eſt, ꝙ neceſſariũ pri⁹ ineſt ſcito,vt ſit,q̃ per ſe, eo ꝙ neceſſariũ in diffõne ipſius ſcire ponit̃,per ſe aũt nõ: nihil autẽ eſt magis intimũ alicui,q̃ ſua diffõ &c. Clarũ quoq; eſt, ꝙ ſcire ponit̃ in diffõne demõſtrationis ex fine ſumptæ: & cõſequẽter de primo ad vltimũ neceſſariũ cadit in diffinitiõe demõſtrationis, & cõuenit ei in primo mõ dicendi per ſe,& ideo dato, ꝙ per ſe prius ſimpl̃r ſit neceſſariò, nõ tamẽ prius ineſt demonſtrationi,ſicut eſſe corp⁹ eſt prius ſimpl̃r q̃ eſſe diſgregatiuum viſus, intimius tñ albo ineſt eſſe diſgregatiuũ viſus q̃ eſſe corpus &c. Vñ quia cõcluſio in hoc proceſſu eſt demõſtratio eſt neceſſariorũ & mediũ erat quia eſt de per ſe, ſatis ſubtiliter intuẽdo terminos cõcluſiõis formaliter,quia maior extremitas inerat ſubiecto intimi⁹ & prius q̃ mediũ,oſtẽſio ad hoïem dicta eſt,& nõ verè demõſtratio.& hæc rñſio videt̃ mihi ſcđm mẽtẽ S.Tho. tenẽda.Hoc.n. videnꝫ eius verba ſonare cũ ait, ſed eſt oſtẽſio ad hoïem,apud quẽ notũ eſt ꝙ demonſtratio ſit eorũ,quæ ſunt per ſe:quaſi diceret, ꝙ ſe cũdũ naturã notius eſt ꝙ demõſtratio ſit neceſſariorũ:ſcđm hoïem verò ꝙ ſit per ſe &c.Et qm̃ oppoſitorũ eadẽ eſt ſcientia, vt dicitur nono Metaphyſicę,ideo patet ex his rõ tertij dicti à S. Tho.

CIRCA quartũ verò põt dubitari,quia ex reſpõſione iſta nõ videt̃ inconueniẽs dari circulum

CIRCA eandẽ probationẽ eiuſdẽ cõcluſiõis, aduerte:ꝙ S.Tho.mouet dubiũ ex eo, ꝙ Ariſtoteles circularẽ demõſtrationẽ feciſſe videt̃,dũ ſuperius demonſtrationẽ neceſſariorũ eſſe oſtẽdit, qa eſt de per ſe,& nũc oſtẽdit ipſam eſſe eorũ q̃ ſunt per ſe, quia eſt de neceſſarijs &c. Et in reſpõſione quatuor dicit dubitationẽ inducentia. Primũ eſt, ꝙ oſtendere demõſtrationẽ eſſe neceſſariorũ (qa quod ſcitur eſt neceſſarium)eſt vera demõſtratio. Secundũ eſt, ꝙ oſtendere demonſtrationem eſſe neceſſariorum(quia eſt eorum quę ſunt per ſe)nõ eſt vera demonſtratio, ſed ad hominẽ oſtẽſio. Tertium,ꝙ tamẽ non expreſſè confirmat,ſed neceſſe eſt ſubintelligi,eſt ꝙ oſtendere demonſtrationem eſſe eorum,quæ ſunt per ſe, quia eſt neceſſariorũ, eſt vera demonſtratio, qua in hoc capitulo vtitur Ariſtoteles.Ex his autem conficitur quartũ,quod eſt reſponſio ſua ad dubium motum, ꝙ licet Ariſtoteles ſecundo & tertio proceſſu qui circulares ſunt,vſus fuerit,ſecundo tamen non vſus eſt vt de mõſtratione ſimpliciter, ſed ad hominem,& ideo circulũ demonſtrationũ non facit, propter quod primũ proceſſum qui ſimpliciter demõſtratiuus eſt & circulo caret ad demõſtrandã cõcluſionẽ ſe cũdi proceſſus,appoſuit.Inducũt autẽ horũ ſingula dubitationes ſingulas, ſigillatim proſequẽtis.

Solutio.1 T.c.5.

CIRCA primum enim videtur, ꝙ falſo dictũ ſit, ꝙ ille proceſſus factus præcedenti capitulo.ſ. demonſtratio eſt neceſſariorum,quia quod ſcitur eſt neceſſarium,ſit verè demonſtratio. Nullus ſiquidẽ proceſſus ab effectu ad cauſam eſt verè (vt modo loquimur)demonſtratio: ſcire autem effectum eſſe demonſtrationis ipſum demõſtrationis nomen ſuperius oſtendit, quando dictum eſt demonſtratio eſt ſyllogiſmus faciẽs ſcire:igitur procedere ã cõditionibus ipſius ſcire ad cõditiones demonſtrationis nõ eſt verè demonſtrare.Ad hoc faciliter dicitur, ꝙ quia cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ(vt dicitur in quinto Metaphyſicæ)non incõuenit ſcire effectũ & cauſam demõſtrationis eſſe. Vnde põt dupliciter accipi:vno modo vt effectus eſt demõſtrationis in gñe cauſę efficiẽtis,& ſic illo nõ vſi ſum⁹ in ꝓpoſito proceſſu.Alio mõ vt finis eſt demõſtratiõis, quæ nihil aliud eſt,q̃ inſtrumẽtũ intellect⁹ ordinatũ ad ſcire:& ſic eſt cauſa demõſtrationis in gñe cauſę finalis,& ſic ſumpſimus ſcire in ꝓpoſito, & qm̃ cauſa finalis eſt prima oïum cauſarũ & cauſa cauſarũ, ideo ꝓceſſus Ariſt. aſſumens pro medio ipſum ſcire, vt cauſam finalẽ de-

T.c.2.

2.Phyſic. cap.3.

Cõclusio Metaphysica. T. c. 32.

Quarto metaphysicæ. tex. cõ. 4.

Solutio quarta. Super T. cõ. 30. in dubiocirca scdam cõclusionem.

difformẽ, ita q̃ primus ꝓcessus sit verè demõstratio, & secũdus demonstratio à posteriori. Vtrum aũt talis circulatio posit secundũ veritatẽ fieri, sed quia vt præmisimus, oportet ante hoc multa discutere in cap. 13. vbi ex intentione de hoc tractabit, quæstio hæc disputabit: sufficit pro nũc Aristotelem circulum à se improbatum non fecisse.

CIRCA probationem secundæ conclusionis dubitatiuncula quędã est, quo ꝓbatio sit efficax: nõ em̃ vr̃ sequi, demonstratio est ex necessarijs circa vnũquodq; genus: ergo est ex per se, & secũdũ q̃ ipsum &c. quia demõstratio à posteriori est ex necessarijs in illo gñe, q̃a nec ipsa egredit subiectũ genus, & tñ non est ex his, quę sunt scđm q̃ ipm, cũ nõ sit ex causis: scđm quas insunt passiões &c. Ad hoc facilẽ dr̃, q̃ q̃a iam præsupponimus ex declaratis demõstrationẽ esse ex prioribus simpliciter, & scire de quo loquimur, esse rem per cãm cognoscere, non oportet amplius solicitũ esse de necessarijs à posteriori. Quia quærim⁹ ergo ex qualibus prior⁹ est demonstratio, sufficiẽter ꝓbatũ est, q̃ est ex per se, & secũdũ quod ipsum, q̃a ex necessarijs, circa vnumquodq; genus est &c. Posset quoq; non inconuenienter dici, q̃ ly circa, quãdã necessariorum prioritatem insinuare videtur.

Num si præmissæ essent necessariæ & non per se sciretur conclusio propter quid.

CIrca tertiã conclusionẽ dubitatur: quia ibi secũdũ expositionẽ S. Tho. dicit q̃ si præmissæ essent semper & necessariæ, & non per se, nesciret cõclusio propter qd vt sunt per signa syllogismi. Ex hoc enim vr̃ q̃ necessariũ & per se in propositionibus nõ cõuertibiliter se sequant, cuius oppositum superius dixit Aristoteles. Si em̃ aliqua præ T. c. 18. missa est necessaria, quæ nõ est per se (vt hic dicit) clarum est q̃ non cõuertibiliter se comitat. Sequi quoq; videt ex hoc aliud incõueniens, q̃. s. in demonstrationibus à posteriori præmissæ non sunt per se, & cõsequẽter nec necessariæ, scđm doctrinã traditã. Et tñ in fine sexti capituli: dictũ est, q̃ nec q̃, nec ꝓpter quid sciri põt nisi ex necessarijs &c. T. 1 8. Ad hæc simul dicit, q̃ præmissa & est præmissa, & est enuntiatio, inquantũ enũtiatio est ad hoc q̃ sit per se, sufficit q̃ prędicatũ sit in diffinitiõe subiecti, vel è conuerso. Inquantum aũt est præmissa (quia respectu cõclusionis est præmissa) non solũ exigit quod dictũ est, sed etiã q̃ sit ꝑ se præmissa illius conclusionis: & q̃a hoc habet ex medio, ideo exigit, q̃ mediũ sit per se mediũ illius cõclusionis: mediũ autẽ nullũ est per se mediũ, nisi sit ꝑ se causa illius conclusionis, & ideo oportet de primo ad vltimũ, q̃ si præmissa debet esse per se, q̃ sit per se cã cõclusionis. Quia ergo aliud est ꝓpositionem esse ꝑ se (inquãtũ enũtiatio est) & aliud inquantũ præmissa est, quia ad illud sufficit perfeitas prædicationis, & ad hoc exigit perfeitas causalitatis in medio respectu cõclusionis. Et multæ sunt enũtiationes ꝑ se, quæ non sunt præmissæ ꝑ se: & similiter q̃a ad necessitatẽ præmissarũ (vt sic) sufficit q̃ contineãt mediũ, quod necessariò inferat talẽ cõclusionẽ, & ad perfeitatẽ earum vt sic exigit q̃ mediũ sit cã per se cõclusiõis, & multæ sunt præmissę necessariæ, quæ nõ sunt ꝑ se, vt patet, q̃ ex tertia passiõe cõcludit scda, & ex secũda prima &c. ideo cõuertibilitas ꝑ se & necessarij in ꝓpositionibus posita, intelligenda est de eis secundũ q̃ enuntiationes sunt, & non secũdũ q̃ præmissæ sunt. Et q̃a Aristoteles & S. Tho. hoc in loco de præmissis vt præmissæ sunt, loquebatur, ideo dixerũt q̃ in syllogismis à posteriori, præmissæ & si sint necessarię, non tñ sunt per se. Quòd aũt hæc sit eorũ mẽs, patet ex verbis subiũctis, q̃ait, hoc em̃ ꝑ se, nõ ꝑ se scitur: quasi diceret, tunc em̃ cõclusio per se nõ scietur ꝑ præmissas, quæ sint per se præmissæ ei⁹, sed per accidens: accidit enim eis ex nostro intellectu, vt scire faciant illam conclusionẽ, quia non in essendo, sed in cognoscendo causæ sunt: vnde hoc magis explicãs subdit neq; propter quid.

Quòd demonstratio non est ex extraneis.

CAP. VIII.

Hęc cap. 1. fuerũt tacta.

NOn igitur est ex alio genere trã scendente etiã mõstrare, vt geometricũ Arithmetica. Tria em̃ sunt, quæ sunt in demonstrationibus, vnum quidẽ, quæ demõstratur, ipsa conclusio, hoc autem est, quod ineſt genere alicui per se. Vnum aũt, dignitates, dignitates aũt sunt ea, ex quibus: tertium genus ipsum subiectum, cuius passiones & per se accidentia declarat demonstratio. Ex quibus quidem igitur demonstratio, cõtingit eadem esse, quorum autem genus alterũ, quemadmodum Arithmeticæ & Geometriæ, non est Arithmeticam demonstrationem coaptare ad accidentia magnitudinibus, nisi magnitudines numeri sint. Hoc autẽ vt contingit in quibusdam, posterius dicetur. Arithmetica verò demonstratio semper habet genus, circa quod demõstratio, & aliæ consimiliter: quare aut simpliciter necesse est idem esse genus, aut aliquo modo, si debet demonstratio transcendere, aliter verò, q̃ impossibile, manifestum: ex eodem enim genere necesse est extrema & media esse: nanq; si non per se, accidentia erunt. Propter hoc Geometriæ nõ licet monstrare, q̃ contrariorum vna est scientia, sed neq; q̃ duo cubi cubus, neque alij scientiæ, quod alterius, nisi quæcunq; ita se habent inter se, vt sit alterum sub altero, vt

ro, vt Perspectiua ad Geometriam, & Harmonica ad Arithmeticen. Neq; si quid in est lineis, non secundum q̃ lineæ, & secundum q̃ ex principijs ꝓprijs: vt si recta pulcherrima linearum, aut si in contrarium se habet ipsi circunferentia: non enim secundum q̃ proprium genus ipsorum est, sed secundum quòd commune aliquod.

Summa huius capituli hæc est.

Cõclusio principalis.

NOn est ex alio genere demonstrare descendẽtem. Declaratur sic. Tria sunt in demonstrationibus. s. quod demonstratur, & hoc est passio cõclusa: ex quibus demõstrat, & hæ sunt dignitates: & de quo demonstrat, & hoc genus subiectũ, cuius passiões demonstrãtur. Et in his quorũ genus est alterũ, dignitates easdẽ esse contingit: ꝑ se aũt accidentia nõ contingit esse eadẽ, vt patet in accidẽtib⁹ numeri & magnitudinis, jn Arithmetica & geometria. Sed & subiectũ nõ cõtingit esse idẽ. Arithmetica enim habet propriũ genus, circa quod fit demõstratio, & aliæ sciẽtiæ similiter &c.

Secunda cõclusio.

Necesse est simpliciter idem genus esse, aut sic, si debet demonstratio descẽdere: probat à priori, quia necesse est ex eodẽ genere media & extrema esse: aliter non per se insunt, sed accidentia sunt.

Cor. primum.

Alterius scientiæ non est demonstrare quod alterius est, vt patet ī geometria quæ nõ demõstrat, q̃a cõtrariorũ eadẽ est disciplina, nec q̃ duo cubi sunt vnus cubus: nisi quæcunq; sic se habent q̃ alterũ sit sub altero, vt perspectiua ad geometriam.

Secundũ cor.

Nullius sciẽtiæ est demõstrare id qđ ineſt subiecto suo & nõ ex ꝓprijs principijs eius vt sic, vt patet in geometria, quæ nõ demõstrat q̃ linea recta ẽ pulcherrima linearũ, nec q̃ sit cõtraria circulari.

Series autem hæc est.

INTENDENS in hoc cap. declarare demõstrationẽ nõ esse ex extraneis duo facit. Primò ex fine præcedentis capituli cõcludẽdo ꝓponit principalẽ cõclusionẽ, & enumerãdo requisita ad scientiã declarat eã inductiõe: secũdo ex dictis cõcludẽdo, repetit eandẽ quã tñ secundã fecimus conclusionẽ, vt eius sensum sub alijs verbis aperiat & ꝓbet, correlaria duo addẽdo. Dixi aũt eãdẽ esse primã & secundã cõclusionẽ, quia cũ in secũda dicat, q̃ oportet esse idẽ genus simpr̃, vel (sic) in demonstratiõib⁹, & in prima dicat, q̃ nõ põt esse aliud & aliud gen⁹: nihil aliud in scđa fit: nisi qđ declarat, q̃ ly aliud, in prima positũ intelligat aliud oĩno.

Num & quomodo medium & extrema eiusdem generis esse oporteat.

CIrca primam conclusionem dubitat, qũo Aristo. generis noĩe vtat. Si em̃ genus accipit vt est vnum quinq; vniuersalium, falsum esse videt, q̃ media & extrema oportet esse eiusdẽ generis: contingit enim medium esse in genere substãtiæ, & alterum extremorũ in genere qualitatis. Si autem genus aliter accipit, quomodo verificabitur quod à S. Tho. in expositione secundæ conclusionis dicitur, q̃ tũc simpliciter idem est genus, cum ad inferius propria differentia superioris constitutum descendit, & tunc est idem, sic, qñ ad inferius constitutum per extraneam differentiam venit.

In capitulo de genere.

Ad hoc dicitur, quòd genus (vt à Porphyrio dicitur) potest accipi tripliciter: & secundum quanlibet significationem eius verificatur, quòd nõ licet descendere de genere in genus. Si enim (ly genere) denominet subiectum scientiæ, tunc genus sumitur tertio modo, vt est vnum de quinq; vniuersalibus, extenso tamen generis nomine, & ad analogum & speciem specialissimam. Et sic cùm dicitur q̃ mediũ & extrema oportet esse vnius generis, non est intelligẽdũ in recto, sed in obliquo: seu non formaliter, sed causaliter. 1. oportet media & extrema eiusdẽ generis esse ita q̃ alterũ extremũ est ipsum genus, alterũ est eius per se accidẽs, & sic est eiusdẽ generis causaliter, & in⁹ obliquo. Mediũ verò est alterius illorũ, vt sic per se principiũ & cõsequẽter est in obliquo eiusdẽ generis, & scđm hũc intellectũ clarè patet, q̃ nõ licet demonstrãdo descẽdere de vno genere in aliud oĩno genus, q̃a alia oĩno sunt principia, & aliæ passiões eorũ &c. Nec reputo hãc expositionẽ esse cõtra Albertũ hic dicẽtẽ, q̃ hic nõ accipit gen⁹, vt est vnũ ꝑdicabile, qm̃ extẽdimus nõ gñis nomen ad id, ad qđ genus primũ prædicabiliũ non se extẽdit &c.

Si autem ly genere, denominet principia subiecti, vel subiectũ rõne suorũ propriorũ, principiorum tunc genus sumitur secũdo modo, vt significat principiũ generationis, & est sensus, q̃ non licet descendere de principio vnius generationis in aliud oĩno principiũ alterius generationis: & hoc verum est: quia cũ idem sit proprium principiũ subiecti, & suarum passionum & scientiæ de eis, vbi est aliud omnino principium, est aliud subiectum & aliæ passiones: & consequenter primę demonstrationes non possunt descendere ad istas, & secundum hoc media & extrema sunt eiusdem generis secundum originẽ: vt patet, & illud censetur aliud oĩno genus, quod nec per differentiã extremã, prius ante se principiũ contrahit, nec per differentiã propriã &c. Si aũt (ly genere) denominet oĩa, quæ sub vnica cadũt scientia (vt sic) subiectũ. s. partes & passiones, tunc genus sumit primo modo vt idẽ significat, quod collectionem multorũ ad seinuicem & ad vnũ principiũ quodãmodo se habentiũ: & est sensus, q̃ nõ licet descendere de genere in genus. i. de vna cognatione, vel colligatione per se rerum fluentium ordine quodam ab vno in oĩno aliam cognationem &c. Et hoc verũ esse cõprobatur ex dictis, quia tales colligationes oĩno diuersæ, oĩno diuersa necesse est habere principia propria, & ea, quæ à principijs oriuntur, & consequenter ex vna alia sciri nõ põt &c. & scđm hoc media & extrema esse eiusdẽ gñis: nihil aliud est q̃ esse eiusdẽ cognationis &c. & vnũ genus esse oĩno aliud ab alio est vnam colligationẽ non in-

cludere aliam: quod accidit qñ principiũ vtriusq; generis oĩno aliud est, modo supra expoſito &c. Et licet hæc tertia expoſitio clariùs quodãmodo inſinuet veritatẽ: ſecundaq; Alberto conſona ſit: prima tñ ſecundã participãs iudicio meo directè
T.c. 43. textum cõprehendit: eo q̃ Ariſto. expreſſe ſubiectum ipſum genus denominat tam hic, q̃ inferius dicturus ſcientiam vnã eſſe vnius generis ſubiecti partes & paſſiones cõſiderantẽ &c. & puto q̃ Ariſto. ſubiectũ genus nominet nõ ſolũ ea rõne, quia vt in pluribus eſt prædicabile de pluribus differẽtibus ſpecie: ſed etiã & potius qa eſt vniuerſale id, vnde generanť eius paſſiones per ſe accidentia & partes ſubiectiuæ: ſicut & in phyſicis aliq̃ eſſe eiuſdem generis & dicunť: quia ſunt eiuſdẽ ſubiecti: quod eſt eorũ generationis principiũ, in quo immediatè recipiunť &c. Et ſcđm hoc addẽdo primę expoſitioni: q̃ ſubiectũ ipſum denominať genus: vtroque modo: clarius eſt qũo media & extrema ſunt eiuſdẽ gñis: qa oportet ad eãdẽ gñationẽ oĩa in demõſtratiõe poſita p̃ ſe pertinere &c. Licet diuerſimodè hoc vt principiũ: illud vt effectus &c.

CIRCA declarationem primæ concluſionis: dubitatiuncula oriri poteſt: cur Ariſtoteles numerans ea, quæ in demõſtratione ſunt: medij nõ meminerit. Ad hoc facilè dicitur: quòd numerans extrema ſubiectum. ſ. & paſſionem ſufficiẽter per ea inſinuauit medium, quod ſubiungendo declarauit eſſe eiuſdem generis cum extremis.

Quòd demonſtratio eſt ſempiternorum.
CAP. IX.

Vide 2. Pri. c. 21. MAnifeſtum autem, & ſi fuerint propoſitiones vniuerſaliter, ex quibus eſt ſyllogiſmus, q̃ neceſſe & cõcluſionem perpetuã eſſe huiuſcemodi demonſtrationis, & vt ſimpliciter dicam demonſtrationis. Non eſt igitur demõſtratio corruptibiliũ, neq; ſcientia ſimpliciter, ſed ita ſicut ſecũdum accidẽs: qm̃ non vniuerſalis ipſius eſt, ſed aliqñ, & quodãmodo. Quando aũt ſit, neceſſe eſt alterã non vniuerſalem eſſe ꝓpoſitionem, & corruptibilẽ, corruptibilẽ quidem, quoniam & concluſio, exiſtente: nõ vniuerſalem autem, quoniam hoc quidẽ erit, illud verò non erit, in quibus, quare non eſt ſyllogizare vniuerſaliter, ſed quòd nunc. Conſimiliter autem ſe habet & circa definitiones, quoniam definitio eſt, aut principium demonſtrationis, aut demonſtratio poſitione differens, aut concluſio quædam demonſtrationis. Eorum verò, quæ ſæpe fiunt, demonſtrationes, & ſcientiæ, vt lunæ defectus, manifeſtũ, q̃ ſecũdũ q̃ quidem tales ſunt, ſemper ſunt: ſecundũ q̃ verò nõ ſemper, ſecundũ partem ſunt: quẽadmodũ aũt defectus, cõſimiliter alijs.

Summa huius capituli hæc eſt.

Cõcluſio prima. NEceſſe eſt concluſionẽ demonſtrationis ſimpliciter perpetuam eſſe.

Secunde Non eſt ergo demonſtratio, nec ſcięntia ſimpliciter corruptibiliũ: probatur vtraq; concluſio à priori: quia demõſtratio ſimpliciter eſt ex vniuerſalibus: tenet conſequętia, qa tẽporalitas concluſionis includit nõ vniuerſalitatẽ eiꝰ: nõ vẽritas autẽ eius infert nõ vẽritatẽ p̃miſſæ: & econuerſo, nõ vẽritas præmiſſæ infert non vẽritatem cõcluſionis &c.

Propoſitio. 3. Scientia eſt corruptibilium ſecundũ accidens.

Diffinitio quoq; eſt perpetuorum: & non corruptibiliũ: probatur à poſteriori: quia aut eſt principium, aut cõcluſio demonſtrationis: aut demõſtratio poſitione differens.

Quarta. Eorum autem, quæ ſæpe fiunt: demonſtrationes: & ſcientiæ ſunt: declaratur à priori: quoniam ſecundùm quòd huiuſmodi ſemper ſunt, inquantum autem non ſemper ſecundum partem ſunt.

Series autem hæc eſt.

CVm declaraſſet demõſtrationẽ perfeitatem habere, deduxeritq; inde non eſſe ex extraneis, in hoc capitulo intendit ex eo q̃ demõſtratio eſt de omni, ſempiternitatẽ eorũ: quorũ eſt demõſtratio oſtendere: & tria facit. Primò ponit primas duas propoſitũ cõtinentes cõcluſiones, quarum ſecunda oritur ex prima poſita p̃ modũ conſequẽtis, vnius conditionalis, cuius antecedens fecimus mediũ, & ſequelã manifeſtauimus &c. Subdiditque quaſi aduerſatiuã ꝓpoſitionẽ ad priorũ declarationẽ perfectã. Tertiã ſecundo cõcluſionẽ: quia diffinitio eſt de numero eorũ, quæ ingrediũtur demonſtrationem ſatis cõmode inſeruit: tertio qũo non ſempiternorum ſimpliciter, quæ tñ ſæpe fiunt ſcientia ſit, quarta concluſione declarat, q̃a hoc contra dicere determinationi videbať.

ADVERTE circa literam duo: primũ eſt q̃ text' gloſatus à S. Th. affirmatiuè legiť, ibi (Quòd aũt vniuerſaliter non ipſius eſt.) Dico aũt hoc, qa aliorũ textus habet. (Quòd aũt vniuerſaliter &c.) ſecũdũ eſt, q̃ cũ multa antiq̃ cõmẽtaria S. Tho. viderim in nullo inueni gloſata ab eo verba textus immediatè ſequentia (ly quare & concluſionẽ: vſque adly, ſimiliter ſe habet &c.) Miror autem de hoc, quia in antiqs textus exẽplaribus verba illa inueniunť: & ſunt hæc, cum ſit, nõ vniuerſalẽ aũt, q̃ hoc quidẽ erit, hoc aũt non erit, ex quibus eſt: quare non eſt ſyllogizare vniuerſaliter, ſed quoniam nũc eſt. Quæ ſaluo meliori iudicio poſſunt ſic continuari cũ expoſitione S. Tho. quare & cõcluſionẽ neceſſe eſt eſſe ſempiternam, cùm ſit præmiſſa vniuerſalis: non vniuerſalem autẽ præmiſſam dico, quòd hoc quidẽ erit, hoc autem nõ erit, ideſt, quando in hoc vel nũc continget: & in hoc alio vel tunc non cõtinget coniungi terminos ex q̃bus eſt, & ꝓpterea cum talì p̃miſſa nõ eſt ſyllogyzare. i. cõcludere vniuerſaliter, ſed qm̃ nunc eſt.

Num non vniuerſalitas concluſionis inferat non vniuerſalitatem alterius præmiſſæ.

Dubi. CIrca probationẽ primæ & ſecũdæ cõcluſiõis dubitať, qa nõ vť verũ quod ibi aſſumiť & exponiť à S. Tho. ſ. q̃ non vẽritas cõcluſionis inferat nõ vniuerſalitatẽ alteriꝰ præmiſſæ: hoc em̃ falſum eſſe apparet: in primo tertio non ſolũ ſyll ogizando ſed demõſtrãdo: vt patet dicẽdo: oĩs homo eſt riſibilis: omnis homo eſt animal: ergo quoddam animal eſt riſibile: vbi euidenter apparet concluſionem non vniuerſalẽ eſſe: & tamen præmiſſæ ſunt vẽres prioriſticæ: & poſterioriſticę &c.

Reſpõſio Ad hoc dicitur dupliciter & bene: primò, q̃ dictum Ariſto. & S. Tho. intelligendum eſt de præmiſſis aſſumentibus verè medium: q̃ in prima tñ figura contingit ſumere: in qua medium primo, ſubijcitur: & tertio præeſt: nanq; ſiquidem fallit q̃ ſi concluſio non eſt vniuerſalis: & verè mediũ aſſumit: q̃ oportet alterã præmiſſarum eſſe non vniuerſalem, & quia inſtantia adducta aſſumpſit medium, quod & primo & tertio ſubeſt, ideo nõ eſt contra intentionem textus. Secundò diciť q̃ illud dictum eſt verum vniuerſaliter in omni figura: ſtando tamen infrà limites demonſtratiõis: nõ enim nunc loquimur de forma ſyllogiſtica ſimpliciter, ſed ad demonſtratiuam materiam applicata &c. Et dicitur q̃ illa concluſio. ſ. quoddã animal eſt riſibile & ſibi ſimiles, ſunt perſe & de omni, vt ex dictis patet, & vniuerſaliter omnis cõcluſio ex neceſſarijs cõcluſa tam in illo, q̃ quocunq; alio modo eſt neceſſaria, quia ex neceſſarijs non
T.co. 17. Capit. 6. ſequitur niſi neceſſarium, vt docuit Ariſt. Omnẽ autem propoſitionem neceſſariam eſſe per ſe, & conſequenter de omni, ſupra declaratum & probatum eſt &c. Vnde licet iſta, animal eſt riſibile, ſit per accidens, & iſta, quoddam animal eſt riſibile, ſit particularis prioriſtice, ꝓpter ſingularũ particulare, reductiuè tñ apud poſterioriſticũ eſt de oĩ, qm̃ nihil eſt ſumere, ſub quodã aĩali, qđ nõ ſit riſibile, & nullũ tempus eſt ſumere inquo non ſit riſibile oẽ contentũ ſub quodã aĩali &c. (vt de ſe patet &c.) Sed contra: qm̃ de oĩ poſterioriſticum præſupponit de oĩ prioriſticum: ergo rñſio nulla. Ad hoc dicitur, q̃ illa propoſitio virtualiter eſt de oĩ prioriſticè: qm̃ omne quoddã animal eſt riſibile &c. & hoc ſufficit. Dixi vtrãq; rñſionem eſſe bonam: qm̃ prima rñſio cõnexionẽ prædicaticũ ſub iecto abſolutè cõſiderans: q̃ poſterioriſtici negotij primaria intentiõe eſt: veritatẽ dicit: ſecũda totã propoſitionẽ amplectens: qđ à poſterioriſtico alienum nõ eſt: veritatẽ quoq; declarat, vtraq; ergo bona eſt: ſed prima Ariſtotelis mentẽ demonſtrationi potiſsimè intentã penetrare magis vť.

Scia qũo corruptibilium. Primo metaphyſice t. cõ. 4. & 5. CIrca propoſitionẽ illam. Scientia eſt corruptibiliũ ſcđm accidens notãda ſunt duo. Primò cauſa à S. Tho. poſita, qua motus eſt Ariſtoteles ad eius appoſitionem. Secundò ſenſus multiplex eiuſdem. Cauſa propter quã adiecit hic hanc propoſitionem, fuit diuerſitas opinionis ſuæ ab opinione Platonis. Cùm em̃ eſſet cõis animi conceptio, q̃ ſcientia eſt impoſsibiliũ aliter ſe habere, & ſempiternorum. Plato ſecurus in hoc Cratilum & Heraclitum, dixit, q̃ entium corruptibilium, quæ apud nos ſunt ſcientia nõ eſt: & adinuenit ideas horũ entiũ, ſeparatas ab eis ſecundũ eſſe, incorruptibiles & perpetuas, de quibus dixit dari diffinitiones & demonſtrationes: & ad hoc ſequebatur, q̃ ſciendo hmõi ideas, neſciebamꝰ entia corruptibilia quæ apud nos ſunt (vt. 7. Metaphyſicæ deducitur) & maximè ſingularia &c. Ariſt. aũt ſenſibilia ſequens & nihil intelligens eſſe, ad quod ſenſibilia non manuducunt: tales ideas figmẽta putauit: & ſcientiã eſſe corruptibiliũ, & ſempiternorũ ſaluauit: & vltra hoc poſuit ſcientiã eſſe corruptibiliũ ſcđm accidens. Intuitus ſiquidẽ eſt in re corruptibili, puta Socrate, naturã ſeu eſſentiam. ſ. humanitatẽ: & cõditiões eius indiuiduales. Ș has carnes, hæc oſſa, hũc locũ &c. Conſiderandãq; cẽſuit naturã nõ cõſideratis indiuiduãtibus cõditionibꝰ (ſicut & vnius pomi vť color viſo odore) & quoniã natura cuiuſq; rei abſq; conditionibus indiuiduantibus cõſiderata, ſcđm rẽ quidẽ eſt cõiuncta ſingulari, ſecundũ abſtractionẽ verò intellectus, ſeu ſcđm ſe, non includit aliquod ſingularium, & corruptio oĩs & motus ad ſingularia per ſe termi natur: ideo naturas rerũ: ſecũdũ ſe ſumptas incorruptibiles & perpetuas dixit, & de eis dari diffinitiones & demonſtrationes, & de corruptibilibus (incorruptibiliter ſumptis) ſcientiã eſſe ponẽs, ipſa corruptibilia ſcđm accidens ſciri poſſe, cùm dixiſſet: ergo, incorruptibiliũ & ſempiternorũ eſſe diffinitiones, & demonſtratiões: ne fortè crederes talia ſempiterna ideas eſſe: aut quæcũq; ſeparata ſcđm res à corruptibilibus, addit, q̃ etiã ipſorum corruptibiliũ ſcđm accidẽs, ſciẽtia eſt, vt Platonis opinionẽ ſimul & cãm elideret &c. opinio quidẽ deijcit in expoſitiõe iſtius ꝓpoſitiõis (vt patebit) Cauſa aũt qa declarat, q̃ radix illa opiniõis Platonicæ. ſ. corruptibiliũ nõ põt eſſe ſciẽtia, intelligi debet, q̃ ſe, & non per accidẽs. Et cõſequẽter q̃ deceptus eſt, nõ diſtinguẽs inter per ſe: & per accidẽs: nec mirum, quia etiam ſapientes (vt. 1. Elenchorum dicitur) per accidens falli contingit. 1. elench. Cap. 4.

Ad euidentiã aũt ſenſus prædictæ propoſitiõis aduerte, q̃ ly ſcđm accidẽs, poteſt determinatè ly corruptibiliũ: & põt determinatè ly eſt. Si primò modo ſumať, tũc ly corruptibiliũ ſtat pro vniuerſalibus. Et eſt ſenſus, q̃ ſciẽtia eſt eorũ vťium quæ ſunt corruptibilia p̃ accñs: & abſq; dubio hoc verũ eſt: qa ſciẽtia eſt nõ de vťibus ſeparatis ſcđm rẽ à ſingularibꝰ, quæ corrũpuntur (vt Plato poſuit) ſed vťibus habentibus eſſe in particularibꝰ gñalibus & corruptibilibus: & conſequenter eſt de his, quæ corruptibilia ſunt ſcđm accidẽs. i. aliud (particulare. ſ.) vel ſcđm accidens. i. ſcđm particularia

quæ accidũt eis vt sic &c. Si aũt secũdo modo sumatur sicly corruptibiliũ stat pro particularibus: & est sensus q̃ scientia per accidẽs terminatur ad corruptibilia.i.particularia quæ per se corruptibilia sunt. Et ideo absolutè corruptibilia vocantur: & hic sensus est nõ minus verus: & magis (vt arbitror) secundum mentem Aristotelis.

Verus quidem dupliciter. Primo quia cũ scientia per se & primo terminetur ad vniuersalia, quæ incorruptibilia sunt, non separata secundũ esse à corruptibilibus (vt Plato posuit) sed inquibus cõtinẽtur singularia corruptibilia: oportet q̃ scięt̃ia p̃ accidẽs terminetur ad singularia. Dictũ est em̃ q̃ scire rẽ prout est in alio, est scire rẽ illã scđm accidẽs. Tali siquidẽ mõ. Sciẽs omnẽ dualitatẽ esse parẽ, scit hãc dualitatẽ esse parẽ &c. & sciẽs hominis naturã scit oĩa hominis singularia &c. secũdo quia ex eo q̃ scięt̃ia per se & primo terminat̃ ad vniuersalia, extẽdere se põt adminiculo inferiorũ virium ad singularia corruptibilia, quorũ naturæ sunt illa vniuersalia. Põt em̃ sciẽs vti vniuersali cognito dupliciter. Vno mõ vt obiecto: & hoc facit cũ intellectuales limites nõ egreditur, diffiniẽdo demõstrãdo passiones &c. Alio mõ vt medio respectu singulariũ & hoc ministerio inferiorũ viriũ applicatus facit: quoties cõclusio est ,ppositio singularis: oportet siquidẽ tunc alterã præmissarũ saltem esse vniuersalẽ. Quia ergo sciętia nostra est de vniuersalibus sempiternis, nõ talibus, quæ singulariũ naturę nõ sunt, vt Plato posuit, sed talib⁹, vt eorũ applicatiõe ad corruptibilia, quorũ sunt naturę ipsorũ corruptibiliũ notitiã habeamus, corruptibiliũ dicit sciętiã esse per accidẽs: tũ quia terminari ad indiuidua corruptibilia nõ conuenit sciętiæ in intellectu cõsistẽti & directè, sed dũ egredit quo dãmodo & reflectitur adminiculo sensuum supra corruptibilia in quibus saluat̃ vniuersale illud &c. Dixit aũt hũc sensum esse magis intẽtũ ab Aristotele primo. Quia iuxta hunc tm̃ sensum actualiter scimus & vniuersalia incorruptibilia & singularia eorũ corruptibilia, licet diuersimodè. Scđm enim priores sensus vniuersale actualiter sciri tantũmõ dicebat̃ (vt patet.) Et cõsequẽter funditus opposita opinio destruit̃, dũ ad oĩa scientiã extendimus: scđo qa scđm hũc sensum dicta Peripateticorũ ꝓfundius intelligũtur: dũ dr̃ ab eis: q̃ diffinitiões & demonstrationes rerum extra animam existentium & particularium sunt: vt habetur à Commẽtatore primo de anima: commento octauo &c.

Co. 8. Vniuersalia sunt ꝑpetua.

Ad supra dictorũ maiorẽ euidentiã aduerte q̃ cũ dicitur naturas rerũ corruptibiliũ scđm se sumptas, de quibus dãtur demõstrationes & diffões, esse incorruptibiles & perpetuas põt intelligi dupliciter. Vno mõ positiuè: & sic est sensus q̃ nunq̃ desinũt esse in rerũ natura: quia semper aliquod indiuiduũ eorũ saluatur: licet hoc & illud corrumpatur: & hoc licet de multarũ rerum naturis scđm ponẽtes æternitatẽ mundi verificari posset nõ tñ posset scđm eos, de omnibus, quorũ est scientia, verificari. Clarũ est em̃ (vt inferiora omittamus) quę in alijs terrę quartis perpetuari fortè dicẽtur: q̃ cõiunctiones, & situs & aspectus cęlestiũ corporũ in rerum natura semper nõ sunt &c. Propterea hoc modo intelligendum non est: vniuersalia incorruptibilia & perpetua esse. Alio ergo modo intelligitur. s. negatiuè: & tũc est sensus: q̃ abstrahũt à corruptione & tẽporũ differẽtijs. i. nõ habẽt in se vñ corruptioni, aut tẽpori subdãtur: licet hoc habeãt secundũ quod in particularibus sunt: quorum per se primo tã generatio quàm corruptio est: & hic sensus est verus in omnibus: quoniã siue in rerum natura res sint, siue nõ vniuersaliter conceptæ, variabilitatem aliquam non incurrunt: nihil enim minus habitudines & cõnexiones rosæ ad ea, quę per se illi insunt, saluãtur (particularibus rosis corruptis: quàm existẽtibus) vt patet inductiuè in his quæ per se insunt secundũ omnes modos perscitatis, vt nũc probabitur. Cõstat aũt q̃ neq; in diffõne, nec inscientia cadunt nisi ea quę per se insunt.

Num positiones, in quibus prædicantur prædicata quidditatiua, vel essentialia, sint perpetuæ veritatis.

NON cõtingere autem simul asserere & negare, nulla accipit demõstratio, nisi oporteat mõstrare & cõclusionem sic. Monstratur autem accipientibus primum de medio, ꝙ verum, negare autem nõ verum. Mediũ autem nihil differt esse, & nõ esse accipere: consimiliter autẽ & tertiũ:si em̃ datũ est,de quo hominẽ verũ dicere,si & nõ hominẽ verũ, sed si solũ hominẽ animal esse,totũ nõ animal autẽ nõ:erit enim verum dicere Calliam,si & nõ Calliam, tamẽ animal,nõ animal autem nõ. Causa autem, quoniã primũ nõ solũ de medio dicitur,sed & de alio,eo ꝙ est in pluribus, quare neq; si mediũ & idẽ est, & nõ idem, ad cõclusionẽ nihil differt. Omne autẽ assere re,aut negare demõstratio ad imposibile accipit: & hæc neq; semper vniuersaliter, sed quãtum sufficiens est:sufficiens autem est in genere: dico autẽ in genere, vt circa quod genus demõstrationes fert,quemadmodũ dictũ est & prius. Cõmunicant autẽ omnes scientiæ sibinuicem secundum cõmunia: communia autem dico, quibus vtuntur,tanquã ex his demonstrantes,sed nõ de quibus mõstrant, neque quod monstrant. Et Dialectica omnibus,& si aliqua vniuersaliter tentet mõstrare cõmunia: vt ꝙ omne asserere, aut negare:aut ꝙ æqualia ab æqualibus:aut talium nõnulla. Dialectica verò nõ est ita determinatorũ quorundã,neq; generis alicuius vnius, nõ em̃ interrogaret: demonstrantẽ enim non est interrogare, eo ꝙ oppositis existentibus non mõstrauit idem : monstratum est autem hoc in ijs,quæ de syllogismo. Si verò idem est interrogatio syllogistica, & propositio cõtradictionis:propositiones autẽ secundum vnamquanq; scientiam, ex quibus syllogismus secũdũ vnamquanq; scientiam:erit vtiq; aliqua interrogatio scientialis, ex quibus, qui secundum vnamquãq;, proprius fit syllogismus. Planum igitur, ꝙ nõ omnis interrogatio geometrica fuerit, neq; medicinalis : similiter autẽ & in alijs: sex ex quibus, aut monstratur aliquid, de quibus Geometria est:aut ex eisdem monstratur Geometriæ, quemadmodum Perspectiua:cõsimiliter autem & in alijs:& de his quidẽ & rationem subijciẽdum ex geometricis principijs, & conclusionibus. De principijs verò rationẽ nõ subijciẽdũ Geometræ,inquantũ Geometra: consimiliter autẽ & in alijs sciẽtijs. Neq; igitur omnẽ in

4. Metaphy.4.

D

terrogationē vnuſquiſq; ſcientificus inter E rogare debet: neq; omne interrogatū reſpōdere de vnoquoq;: ſed quæ ſecundum ſcientiā determinata ſunt. Si autem diſputabit cū Geometra, inquantū Geometra, ſic, manifeſtum ℘ bene, & ſi ex his aliquid mōſtret: ſi autem nō, nō bene. Planum autem, ℘ neq; redarguit Geometrā, niſi ſecū dū accidens: quare non erit in nō Geometricis de Geometria diſputandum: latebit enim prauè diſputās: cōſimiliter autem & in alijs ſcientijs ſe habet. Quoniā autē ſunt Geometricæ interrogationes, ſunt ne igitur: & nō Geometricę: & iuxta vnāquanq; ſcientiā, quæ ſecundū ignorantiā qualem nā Geometricæ ſunt? Et vtrum ſecundum ignorātiam ſyllogiſmus, qui ex oppoſitis ſyllogiſmus, aut paralogiſmus? Secundum Geometriā verò, aut ex alia arte: vt muſica eſt interrogatio nō Geometrica de Geometria: coalternas verò coincidere exiſtimare, Geometrica quodammodo, & non Geometrica alio modo. Duplex eſt hoc, quēadmodū irrhythmicū: & alterū quidē nō Geometricū, eo ℘ non habet, quemad modū irrhythmicū alterū verò, eo quòd malè habet: & ignorātia hæc, & quæ ex talibus principijs cōtraria. In Mathematicis verò non eſt ſimiliter paralogiſmus, quoniam mediū eſt ſemper, quod duplex: de hoc eſt omni, & hoc rurſus de alio dicitur omni: quod autem prædicatur non dicitur omne: hæc autē ſunt, ac ſi intellectione viderētur. In rationibus verò latet: nunquid omnis circulus figura: ſi verò deſcripſerit, planū: quid autem, carmina circulus: manifeſtū, quod nō ſunt. Non oportet autē inſtantiam in ipſum ferre, ſi ſit propoſitio in H ductiua: quemadmodū eſt neq; propoſitio eſt, quæ nō eſt in pluribus: non eſt erit in omnibus: ex vniuerſalibus autē ſyllogiſmus: planū ℘ neq; inſtantia: eædē eſt propoſitiones, & inſtantiæ: quam eſt fert inſtantiā, hæc fieri poteſt propoſitio, aut demōſtratiua, aut dialectica. Cōtingit autem quoſdam non ſyllogiſticè dicere, eo ℘ ex vtriuſq; cōſequētia accipiūt: quēadmodū & Cæneus facit, ℘ ignis in multiplicata, portione: etenim ignis celeriter gignitur, vt ait: & hæc eſt proportio: ſic autem non eſt ſyllogiſmus, niſi celerrimā, proportio ſequatur multiplex: & ignē celerrima in motu proportio. Aliquādo quidem igitur nō cōtingit ſyllogizare ex acceptis: nōnūquam verò cōtingit, ſed nō videtur. Si autē impoſsibile eſſet ex falſo verū monſtrare, facile vtiq; eſſet reſoluere: conuerteretur eē ex neceſsitate. Sit eē A ens: hoc autē exiſtente, hæc ſunt, quæ noui, ℘ ſunt, vt B: ex his itaq; mōſtrabo, ℘ illud eſt. Conuertuntur autē magis quæ ſunt in Mathematicis: qē nullū accidens accipiunt (ſed & hoc differunt ab ijs, quæ ſunt in diſputationibus) ſed definitiones. Augentur autē nō per media, ſed eo ℘ aſſumunt. Vt A de B: hoc autem de C: rurſus hoc de D: & hoc in infinitum. Et in latus: vt A, & de C, & de E: vt eſt numerus quantus, vel & infinitus, hoc, in quo A: impar numerus qūantus, in quo B: numerus impar, in quo C: eſt igitur A de C: & eſt par quātus numer⁹, in quo D par verò numer⁹, in quo E: eſt igit A, de E.

G *Summa huius capituli hæc eſt.*

NVlla demōſtratio vtitur hoc principio contingere ſimul affirmare & negare eſt impoſſibile, ſed nō cōuenit ſimul affirmare & negare: probatur à priori, quia ſi vteretur ex parte maioris extremitatis ſuperfluè fieret, quia idem ſignificat dicendo homo eſt animal: & dicendo homo non eſt non animal: ſi ex parte medij aut minoris extremitatis nihil differt, quo ad illationem concluſionis & neceſsitatem præmiſſarum. non minus enim præmiſſæ ſunt veræ, & ſequitur concluſio vera, ſi de medio affirmato tantum verificetur maior extremitas q̄ ſi de eo affirmato & negato verificeť, & ſimiliter eſt de minori extremitate tā reſpectu medij q̄ maioris extremitatis: probatur, quia primū nō ſolū de medio dicitur, ſed de alio, qē de pluribus dicitur q̄ mediū. Primacō cluſio.

Demonſtratio ducens ad impoſsibile vtitur hoc principio: omne affirmare aut negare verū eſt, & nō ſemper vniuerſaliter, ſed contracto ad genus, circa quod demonſtrationes ſunt. 2. concluſio.

Communicāt oēs ſciētiæ ſcām cōmunia, vt ex quibus, nō vt de quibus, nec vt quæ demōſtrant. 3. concluſio.

Dialectica & ſi aliqua vniuerſaliter tentet demonſtrare cōmunia omnibus vtitur. 4. concluſio.

Sed Dialectica nō eſt ſic determinatorū quorundam, neq; generis alicuius vnius: probatur à poſteriori: quia eſſet, non interrogaret: probať, quia demōſtrator nō interrogat: probatur, quia idem 5. concluſio.

idem oppoſitorum eſſe non poteſt demōſtrari. A præmiſſarum, vt patet in terminis A antecedente vero, & B conſequente.

6. concluſio. In qualibet ſcientia ſunt propriæ interrogationes ſcientiales: probatur à priori, quia propoſitio & interrogatio ſyllogiſtica idem ſunt.

7. concluſio. Propriæ interrogationes in geometria ſunt, ex quibus aut demonſtratur aliquid de geometricis, aut aliquid demonſtratur geometricè, ſicut in ſpeculatiua, & ſimiliter eſt in alijs ſcientijs.

8. concluſio. De proprijs interrogationibus geometriæ pōnēda eſt ratio ex principijs & cōcluſionibus geometricis, principiorū verò rō nō eſt dāda à geometra ſcām q̄ geometra ē: ſimiliter eſt & in alijs.

9. concluſio. In qualibet ſcientia ſunt proprię reſpōſiones, quæ. ſ. ſunt ſcām illam determinatam ſcientiam: declaratur ex prōprijs interrogationibus, quia non eſt vnumquēq; ſcientem quodlibet interrogare, nec ſcām omne interrogatum reſpōdere.

10. cōcluſio. In qualibet ſcientia ſunt propriæ diſputationes, quæ. ſ. ſunt vt inter geometras ſecundum ℘ geometræ: probatur à priori, quia aliter non arguit geometra ſi ſecundum accidens.

Corr. Quare nō erit in non geometricis de geometria diſputandum: probatur, quia latebit prauè diſputantem, & ſimiliter eſt in alijs ſcientijs.

Qē prima. Vtrum ſint aliquæ interrogationes non geometricæ, & ſimiliter in alijs ſcientijs.

Secunda. Vtrùm interrogationes, quæ ſunt ſecundum ignorantiam geometrię ſint geometricæ: & ſimiliter in alijs ſcientijs.

Tertia. Vtrùm ſyllogiſmus ignorantiæ in vtraq; ſcientia ſit ex oppoſitis ſyllogiſmus, an paralogiſmus.

Ad primam. Interrogatio ex alia arte, puta muſica, nō geometrica eſt.

Secūdā. Secundum ignorantiam geometrica quodāmodo eſt, & quodammodo non geometrica: dicitur eē non geometricum dupliciter ſcilicet in nō habendo & praue habendo: ſicut irrhithmicum dupliciter. ſ. non ſonans & praue ſonans.

Tertiam. In doctrinis nō ſimiliter eſt paralogiſmus: probatur à priori: primo quia medium in eis ſemper eſt dupliciter. ſ. de ipſo omni, & ipſum de alio omni, & quod prædicatur nō dicitur de omni: probatio maioris, quia hæc ſunt videre intellectu. Declaratio huius probationis, licet in orationibus lateat ℘ omnis circulus ſit figura, ſi tamē ſcribatur, manifeſtū eſt, ℘ nō ſunt carmina circulus. D

Propoſitio. Non oportet ferre inſtantiā in ipſum ſyllogiſmū. ſ. demōſtratoris, ſi ſit propoſitio inductiua. i. particularis. probatur à priori, quia inſtantia in demonſtratione eſt propoſitio demonſtratiua, quia quam ferunt inſtantiam propoſitionem faciunt, propoſitio autem demonſtratiua vniuerſalis eſt, quia de omni.

Secunda. Aliquando non contingit ſyllogizare ex acceptis, cū accipiunt vtriuſque inhęrentia vt Cenęus facit: aliquando contingit, ſed non videtur.

Tertia. Si eſſet impoſsibile ex falſo verum mōſtrare facile eſſet reſoluere, probatur à priori, quia conuerteretur ex neceſsitate veritas concluſionis & Quarta. Conuertuntur magis quę ſunt in mathematicis, probaťā priori, qm̄ nullū accidens recipiūt: quod declaratur, quia in hoc differunt ab his, quæ ſunt in diſputationibus, ſed aſſumunt diffinitiones.

Quinta. Augentur demonſtrationes nō per media, ſed in poſt aſſumendo: vt A de B. B. de C. C de D, & hoc in infinitum. Et iterum in latus, vt A primo modo, de C tertio modo: & E tertio modo per B medium vt infinitum, aut infinitum de numero pari & impari per numerum quantum.

Series autem hæc eſt.

INTENDENS in hoc capitulo declarare B qūo ſciētiæ vtātur cōibus, & proprijs, tria facit: & primò, qūo vtātur cōibus declarare intēdens, primis duabus cōcluſionibus inſinuat, qūo vtantur principijs cōmuniſsimis addēs in tertia cōcluſione, qūo vtātur principijs cōmunibus vniuerſaliter loquēdo: apponitq; in quarta & quinta differētiā, quo ad vſum cōmuniū inter ſpeciales & cōmunes ſciētias, & cōmunes inter ſe: ſecūdò qūo vtātur proprijs inſinuare intēdēs, qualiter interrogādo, reſpōdēdo & diſputādo eis vtanť, quinq; ſequētibus cōcluſionibus ordinatè enucleat: tertiò adhuc circa propriorū vſum inſiſtēs, & qualiter cū decipiūtur proprijs vtātur declarare volēs, tres quæſtiones circa proprias interrogationes, & ſyllogiſmos deceptorios pprios mouet & ordinatè ſoluit vt poſuimus. Sed circa tertiæ quæſtionis ſolutionē, quia difficultatē patitur, ſic procedit: qm̄ in ipſo principio reſpōſionis in demōſtratiuis nō eſſe paralogiſmos in dictione, declarat ex eo qđ intellectu videtur adducens exēplū in fallacia æquiuocationis, & de ſimilibus idē ſumēdū relinquēs iudiciū: deinde in prima propoſitione quales ſint propriæ inſtātiæ in demōſtratiuis interponendo ſubdit: ſubdit quidē quia hic determinādū, erat qūo demōſtrationes proprijs inſtādo vterētur: interferit verò, quia hoc ad declarādā ſecūdā reſpōſionis partē, ℘. ſ. nō ſunt paralogiſmi extra dictionē in demōſtratiuis preparat: vnde proſequendo reſpōſionē intēdēs, ℘ nec paralogiſmi extra dictionē fiūt in demōſtratiuis: vel & in idē redit, intēdēs declarare, qđ demōſtrationes habēt hoc peculiare, ℘ vtunť proprijs abſq; ea forma ſyllogiſtica, cui⁹ negligētia fit ſophiſma cōſequētis in alijs: & per hoc habeť, ℘ in demōſtratiuis nō eſt paralogiſmus extra dictionē, ex quo nō eſt ille, de quo maximè eſt dubiū, qa in quā hoc intēdit & ſophiſma cōſequētis à poſitione cōſequētis fieri, & ex puris affirmatiuis in ſecūda figura, æquialet: eo ℘ ſyllogiſmus in ſecūda figura ex affirmatiuis vtitur medio vt cōſequēte & antecedēte: primū ſicut argūēs à poſitione cōſequētis vtitur vno & eodē vt cōſequēte & antecedēte, ideo in ſecūda ppoſitione declarat qūq; licere ex affirmato bis prædicato ſyllogiza

re & qñq; nõ: & ex tertia propoſitione conditionali, ſubintellecta vera categorica. ſ. ꝙ demõſtratio nõ põt eſſe ex falſis, quæ ponit particulariter antecedens illius cõditionalis intentum habetur quod diximus, & cõfirmat quarta propoſitione idẽ alia rõne ſpecialiter in mathematicis: quintã verò, quæ vltima eſt propoſitionẽ, vel reſpõdens tacitæ obiectioni, quæ ex quarta ꝓpoſitione oriri põt adiecit, vel vt rõne adidẽ, vt ſ. Tho. habes vel qa determinatis ꝓprijs interrogationib⁹, reſpõſionib⁹, diſputationib⁹, deceptionibus, tã dictione q̃ extra dictionẽ, & inſtãtijs ſuperat de ꝓprijs augmẽtationibus demõſtrationũ determinare.

Num prima principia ingrediantur formaliter demonſtrationem oſtenſiuam.

Ita arg. cõ. 2. phyſicorum. cõ. 12.

CIrca primã cõcluſionẽ occurit dubiũ. An prima principia ingrediãtur formaliter demõſtrationẽ oſtenſiuã: videtur eñ ꝙ ſic: primò quia experimur hũc proceſſum eſſe demõſtratiuum (ſaltẽ materialiter loquẽdo) idẽ ſimul eſſe & non eſſe eſt impoſsibile: materiã primã eſſe ſine forma eſt idẽ ſimul eſſe & nõ eſſe: ergo materiã primã eſſe abſq; forma eſt impoſsibile: & tamẽ maior huius demõſtrationis eſt principiũ primũ in ſua communitate ſumptũ: ergo prima principia formaliter demõſtrationẽ ingrediũtur. Secundò quia Ariſtoteles in hac prima cõcluſione ponit expreſſe primũ principiũ aſſumi in demõſtratione ex parte maioris extremitatis, & experiẽtia cõuincit hoc poſſe fieri, vt patet i exẽplo ex textu ſumpto. ſ. homo eſt animal, & nõ eſt nõ animal: Callias eſt homo: ergo Callias eſt animal, & nõ eſt nõ aial: ergo idẽ quod prius. Tertiò, quia niſi prima prĩcipia formaliter ingrederent aliquã oſtẽſiuã demõſtrationẽ ſequeretur alterũ horũ. ſ. vel ꝙ inter cõcluſionẽ demõſtrabilẽ & prima principia eſſet infinita diſtãtia, vel quod demõſtratio ad impoſsibile eſſet prior demõſtratione oſtẽſiua: quorũ vtrũq; eſt incõueniẽs: cõſequẽtia deducitur ſic: ſit A cõcluſio, quæ demonſtretur per B principiũ: & B per C & C: per D: & ſic deinceps aſcẽdẽdo: aut deuenietur ad id quod immediatè cõcludetur oſtenſiue ex primis principijs, & habetur intentum, aut nõ: & ſi non, deuenietur ad aliquid, qđ immediate cõcluditur ex primis principijs demõſtratione ducente ad impoſsibile, & habetur ſcđm incõueniẽs: aut nunq̃ deuenietur ad aliquid immediatè cõcluſum ex primis principijs, & ſic eſt diſtãtia infinita inter cõcluſionẽ illã & prima principia. Si eñ finita eſſet pertranſiretur tãdẽ, aſcendẽdo ex cõcluſione ad ipſa principia.

Ad euidẽtiã huius dubitationis ſciẽdum eſt ꝙ principia ingredi demõſtrationẽ, dupliciter intelligi põt. ſ. virtualiter & formaliter. Virtualiter ingredi demõſtrationẽ eſt virtutẽ ſuã ad demonſtrationẽ cooperari, & in propoſito fit quãdo id, in quo ſaluatur principiorũ virtus, illorũ virtute cõcluſionẽ infert: & hoc modo nõ eſt dubiũ prima principia oẽs demõſtrationes ingredi, qñ in omnibus præmiſsis, quæ demõſtrationẽ integrãt ſaluatur primorũ principiorũ vis, qua cõcluſionẽ inferũt, roborãt & cõfirmãt, ſicut in omnibus cauſis ſecundis vis primæ cauſæ operatur. Vnde Ariſtoteles ad ſciẽtiã requiſita numerãs loco præmiſſarũ dignitates enumerauit cãm principalem tãgẽs, à qua oẽs præmiſſæ deriuãtur, & in hoc capitulo ait, quod oẽs ſciẽtiæ cõmunicãt ſcđm cõia, vt ex quib⁹ demõſtrãt. i. vt dignitatibus ſeu principijs virtualiter. (Modũ autẽ declarare quo prima principia cooperãtur oĩbus præmiſsis altioris negotij eſt, nec pigeret ſi logicus intellectus tãtæ rei capax eſſet.) Formaliter autẽ ingredi demõſtrationẽ eſt ſcđm ſeipſum in demõſtratione aſſumi. Quod quia multipliciter in ꝓpoſito fieri põt, duplici diſtinctiõe ad hoc elucidãdũ ẽ op⁹.

Infra. T. c. 20. T. c. 27.

Prima eſt: principia prima dupliciter ſumunt ſ. in terminis cõmuniſsimis, vt nõ cõtingit ſimul eſſe & nõ eſſe, & ad terminos ſpeciales cõtracta, vt nõ contingit ſimul hr̃e tres angulos & nõ hr̃e, moueri & nõ moueri, & hmõi. Secunda diſtinctio eſt, principia prima ſumũtur dupliciter. ſ. in actu ſignato, vt nõ cõtingit ſimul eſſe, & nõ eſſe, moueri & nõ moueri, & ſimilia: & in actu exercito, vt A eſt ens, & nõ eſt nõ ens: & B mouetur & nõ mouetur, & hmõi. Cũ eñ primũ principiũ ſit: affirmationẽ & negationẽ eiuſdẽ de eodẽ &c. nõ ſe cõpati: hoc qđ dico, nõ cõtingit ſimul eſſe & nõ eſſe, vel affirmare & negare, vel moueri & nõ moueri, ſignificãt illud, ſed nõ exercent affirmationẽ cõtingẽtẽ, & negationẽ nõ, vel è cõuerſo. Illud verò qđ dico A eſt ens & nõ eſt nam ens & ſimilia ipſius affirmationis cõiũctionẽ & negationis ſeparationẽ exercẽt. Secãt autẽ ſe mutuò pdictæ diſtinctiones, quia & principia tã cõiter q̃ cõtracte ſumpta in actũ ſignatũ & exercitũ diuidũtur: & è cõuerſo, principia tã in actu ſignato q̃ in exercito in cõiter ſumpta & cõtracta ſecãtur. Tãgit verò vtraq; diſtinctio principia formaliter ſumpta: quia cũ mẽbra vtriuſq; coincidant, & mẽbra primæ diſtinctiõis principia ſint formaliter ſumpta, in omnibus mẽbris principia formaliter ſumẽda erũt. Quòd autẽ primæ diſtinctionis membra principia ſint formaliter ſumpta, licet ex ſe euidẽs ſit, tñ ex eo ſuaderi põt, ꝙ ſuperius formaliter ſumitur nõ ſolũ qñ ſcđm ſe ſumitur, ſed etiã qñ applicatũ ad ſuũ inferius accipitur, eo ꝙ inferius actu & intellectu includit in ſe ſuperius: ſicut in mathematicalibus nõ ſolũ formaliter ſumitur hoc principiũ, ſi ab æqualibus &c. qñ dicitur ſi ab æqualibus æqualia demas &c. ſed etiã qñ dicitur, ſi ab æqualibus magnitudinibus æquales magnitudines, & ſi ab æqualibus lineis &c. Põt ergo, ad ꝓpoſitũ deſcẽdẽdo, principia prima ingredi formaliter demõſtrationẽ oſtẽſiuã, intelligi quadrupliciter. Primò, loquẽdo de principijs primis in ſua cõmunitate ſumptis in actu ſignato, puta ꝙ hoc quod dico, nõ cõtingit eſſe & nõ eſſe, aſſumitur vt præmiſſa alicuius demõſtrationis

nis: & hoc modo nõ inuenit prima principia demõſtrationẽ oſtenſiuã formaliter ingredi, vt primũ argumẽtũ & ſimilia oſtẽdũt & demõſtrationes, in quibus principiũ ipſum cõcluditur de inferiori: quod fit, qñ cõcluſio eſt principiũ cõtractũ: verbi gratia: idẽ ſimul eſſe & nõ eſſe nõ contingit: moueri & nõ moueri ſunt eẽ & nõ eſſe: ergo idẽ ſimul moueri, & nõ moueri nõ contingit. Secũdò, loquendo de principijs primis c õtractis tñ, & in actu ſignato: puta A nõ põt ſimul moueri & nõ moueri, & hoc modo etiã demõſtrationẽ ingrediũtur, vt patet in exẽplo adducto de materia prima, dicẽdo, idẽ eſſe in actu & nõ in actu nõ cõtingit: materiã eſſe ſine forma eſt materiã eſſe in actu & nõ in actu: ergo materiã eſſe ſine forma nõ cõtingit, & ſic de alijs. Tertiò, põt intelligi de principijs primis in ſua cõmunitate in actu exercito: puta A eſt ens & nõ eſt nõ ens. Et ſimiliter quarto & vltimo mõ, põt intelligi de principijs primis cõtractis in actu exercito: puta A eſt mobile & nõ eſt nõ mobile. Et neutro horũ modorũ principia prima demõſtrationẽ ingrediuntur oſtẽſiuã, quia ſuperfluitatẽ demonſtratio abhorret, vanũ autẽ eſt poſtquã affirmauimus aliquid de aliquo addere negationẽ contradictorij ab eodẽ, ſufficit eñ affirmaſſe. Si eñ intendimus demõſtrare mũdũ nõ eſſe infinitũ, ſed finitũ, nõ oportet aſſumere, omne corpus eſt finitũ & non eſt infinitũ, ſed ſufficit dicere, omne corpus eſt finitũ: mũdus eſt corpus: ergo &c. nihil eñ minus vel magis efficax redditur demõſtratio illius ſub tractione vel additione. Et nota ꝙ quia Ariſtoteles de vſu primorũ principiorũ agebat nũc, vſus autẽ rei attẽdatur penes exercitiũ eius, ideo indiſtinctè docens, quo demõſtrationes accipiũt prima principia dixit, neq; vnã demõſtrationẽ oſtẽſiuã illa accipere, intendens de illis in actu exercito (vt patet in exẽplo ſubdito) homo eſt animal & nõ eſt nõ animal &c. Ad primum ergo aliter reſpõdere nõ oportet quia primũ mẽbrũ oſtendit. Ad ſecundũ dicitur ꝙ textus Ariſtotelis non vniformiter videtur haberi apud omnes, &. S. Tho. textus: ſiquidẽ qui hodie cõmuniter inuenitur ille nõ eſt quẽ. S. Tho. gloſauit, vt diligẽter in tuẽti clarè liquet, & lõgè melior eſt litera. S. Tho. litera cõmuni in hoc paſſu, vt patebit. Secũdum eñ cõmunẽ literã Ariſtoteles affirmat (cõditionaliter tamẽ) principiũ primũ aſſumi in demonſtratione. Secũdũ verò literã. S. Tho. probat oppoſitũ vt ſummariè deduximus, & licet cõmuni literæ applicare verbales glo. S. Tho. ſit difficile (niſi fortè extorquẽdo) à ſenſu tamẽ ſua expoſitio nõ lõge eſt, quoniã dicimus, ꝙ propter formã ſyllogiſticã illud affirmauit: & ꝙ cõditionalis nihil ponit, ſed vera eſt tã antecedẽte q̃ cõſequẽte exiſtẽte impoſsibili, & ꝙ breuitate vtens dicens principiũ primum cõtingere exerceri in maiori extremitate, ſubintelligi voluit hoc eſſe ſupfluũ vt litera. S. Tho. habet, vel ipſe exponendo adie

A cit, quoniã euidens ex ſe eſt, licet alij antiqui ſibi in hac expoſitiõe nõ cõſentiãt. Sed cõtra hãc reſpõſionẽ vt magis eluceſcat inſtatur dupliciter. Primò quia ſi volo cõcludere aliud ineſſe alicui, & eius oppoſitũ nõ ineſſe, neceſſariũ & nõ ſuperfluũ eſt cõditionare maiorẽ extremitatẽ, affirmatione eius & negatione oppoſiti. Verbi gratia: ſi cõcludẽdũ eſt mũdũ eſſe & finitũ & nõ infinitũ, oportet aſſumere. Omne corpus eſt finitũ, & nõ infinitũ: mũdus eſt corpus: ergo mũdus eſt finitus & nõ infinitus. Secũdò quia illa additio non eſt ſuperflua, quæ poſito eo, cui additur, cadit ſub dubio: ſed poſita affirmatione alicuius prædicati de aliquo adhuc cadit ſub dubio remotio oppoſitæ negationis ab illo: ergo &c. minor exẽ

B plariter declaratur, quia ſcito ꝙ corpus ſit animal adhuc neſcitur & nõ eſt nõ animal, quia iſta additio falſa eſt, cũ eius contradictoriũ ſit verũ. ſ. corpus eſt nõ animal, vt patet. Ad primũ horũ dicitur, ꝙ aliud eſt loqui de requiſitis ad ſyllogiſmũ, & aliud de requiſitis ad demõſtrationẽ: licet eñ ad formã ſyllogiſticã integrè ſeruãdã ſtãte illa hypotheſi oporteret cõditionare maiorẽ extremitatẽ affirmatione & negatione &c. quãtũ tamẽ ad vim demõſtrãdi nõ minus efficaciter cõcluderetur cõcluſio illa, ſi aſſumeretur, omne corpus eſt finitũ q̃ ſi cũ negatione oppoſiti aſſumitur: nihil eñ importat plus veritas iſtius, mũdus eſt finitus & nõ eſt infinitus, q̃ iſtius, mũdus eſt finitus (vt de ſe patet) & forte antiqui ratione &

C formæ ſyllogiſticæ ſic intellexerũt Ariſto. nõ ratione vis demõſtratiuæ, quia hoc valde clarũ eſt cuiq; diſciplinato. Secũdò dicitur ꝙ cõditionalis illa, ſi cõcludẽdũ eſt mũdũ eſſe finitũ, & nõ infinitũ &c. eſt vera: ſed tã antecedẽs q̃ cõſequens eſt falſum, quoniã demõſtratio nõ minus vitat ſuperfluitatẽ in cõcluſione, q̃ in præmiſsis: & ideo nulla demõſtratio illã cõcluſionẽ cõcludit formaliter, ſed virtualiter, dũ cõcludit affirmatiuã, ſed mũdus eſt finitus: & hoc ſufficit, ad hoc ꝙ ſit ſcibilis, & merito, quia negatio per affirmationẽ cognoſcitur & priuatio per habitũ. Ad ſecũdũ verò horũ dicitur: ꝙ argumẽtũ illud exinaduertentia ſuppoſitionũ procedit: corpus eñ poteſt ſumi dupliciter. Vno modo pro corpore in cõmuni, cũ abſtractione ab inferioribus, & ſic, ſi quæratur, aut eſt animal, aut eſt nõ animal, verè reſpõdetur neutrũ, quia illæ cõtradictoriæ nõ ſunt, ſed affirmatiuę de prædicato finito & infinito, inter quas cũ reduplicatione & præciſione &c. datur mediũ: ſi verò quæratur, aut eſt animal, aut non eſt animal, negatiua conceditur: qm̃ vera eſt denoiatiuè tñ, & ſic corpus habet ſimplicẽ ſuppoſitionem. Alio modo ſumitur corpus vt ſupponit perſonaliter indefinitè tñ: & ſic duę, quæ cõtradictoria videtur ſimul verificãtur, vt corpus eſt aial & corpus non eſt animal, quia ſcđm diuerſa ſuppoſita (licet vage) vtriq; parti ſubſternitur (vt patet) ſi fiãt particulares, de quibus eſt idẽ iudiciũ di

cēdo aliqđ corpus est animal, & aliqđ corpus nō est aīal. Sciēdū est secūdo, ꝙ cū dicitur affirmatio ni superfluè addi negationē oppositi, intelligimus respectu eiusdē ad idē, & similiter, & quæcūq; cōtra sophisticas importunitates, qualia hæc ēt dicere cōsueuimus: aliàs de vsu primi principij sermo nō eēt, & in æquiuoco laboraretur: & ideo cū dico, corpus est aīal, & nō est nō aīal, corpus debet ꝓ eodē, vel eiusdē præcisè accipi, vt stat sub affirmatiōe aīalis, & vt stat sub negatione nō aīalis, aliter subiectū nō esset idē. Cōstat aūt adeo vt euidētius apparere nō patiat natura humana, ꝙ vniformiter accepto subiecto, si affirmatio est vera, negatio est falsa, & è cōuerso: & ꝙ mēte nō cōtingit dubitare de negatione, posita affirmatione, licet oretenus instari possit, vt dicitur. 4. metaphysi. His prælibatis iā patet ꝙ falsa est minor argumēti, & ꝙ eius probatio corpus nō vniformiter accipit, qm̄ in prima cū dicitur corpus est aīal, corpus ibi sumitur pro sensitiuis corporibꝰ, licet cōfusè: in secūda autē cū dicitur, ꝙ hæc est falsa, corpus nō est nō aīal, sumitur corpus pro non sensitiuis, pro quibꝰ sua cōtradictoria est vera. s. corpus est nō aīal. Nos autē corpus vniformiter sumimus: & ideo cōcludimus superfluè assumi in maiore extremitate affirmationē eius & negationē oppositi, & nihilominus dicemus hāc. s. corpus est aīal: & nō est nō aīal, esse verā, & eius oppositā subcōtrariè. s. corpus nō est aīal, & est nō aīal, esse similiter verā, quoniā, sunt in materia cōtingēti, & pro diuersis suppositis sumuntur (vt de se patet.)

Ad tertium principale dicitur, ꝙ loquendo de principijs in actu exercito, manifestè patet argumētū nō cōcludere: qm̄ supponitur ipsa sic sumpta esse & alia: ꝙ eis nō repugnet assumi, & præmissæ, cuius oppositū ex superfluitate incidēte iā liquet. Nec videtur cōcludere etiam loquēdo de principijs primis in actu signato: dicā em̄ ꝙ nunquā deuenietur ad id qđ immediatè concluditur ex primis principijs, quia fortè nulla est eorū immediata cōclusio, quæ sit verè cōclusio, sed venietur in geometria ad principia per se nota, & similiter in philosophia, & similiter in metaphysica, quæ sunt primæ præmissę suarū demōstrationū, & illæ prę̄missæ reducētur in prima principia nō eo modo quo cōclusiones reducūtur in præmissas, sed quo principia secūdaria reducunt ad priora, sicut in naturalibus aliqua reducūtur ad primas causas, vt effectꝰ ad causas, vt ista īferiora ad supiora, & aliq̄, vt causæ secūdæ ad priores, vt inferiores sphæræ ad superiores vel intelligentias.

Devsu primorū pricipiorū ex parte minoris extremi.

CIRCA declarationē eiusdem conclusionis dubitatur, eo ꝙ Aristo. ęquiuocare videtur devsu primi principij in maiore extremitate & minore & medio: ex parte siquidē maioris extremitatis ait, est animal, & nō est nō animal: ex parte autē medij & tertij, ait homo & nō homo, Callias & nō Callias: vbi clarè patet ꝙ non vniformiter vtitur affirmatione & negatione, & cōsequēter in equiuocationē lapsus apparet. Augeturq; dubitatio, qa vti medio vel tertio talr affirmato & negato, non est vti primo principio: nō em̄ signāt primū p rīcipiū ꝙ de A & nō A prædicet B: aut nō p̄dicet sed potius ꝙ de A & nō A verificatur B: ergo &c.

Ad euidentiā huius dubitationis, notādæ sunt duæ distinctiones. Prima est ꝙ vti affirmatione & negatione simul, cōtingit dupliciter. Vno modo vti affirmatione alicuius & negatione oppositi cōtradictoriè, vt animal & nō nō animal. Alio modo vti affirmatione alicuius & negatione eiusdem, vt animal, & nō animal. Secūda est propositionem demōstrationis ostensiuæ: aliæ sunt ex terminis conuertibilibus, vt homo est risibilis: alię ex prędicato maiori, vt homo est animal: patet ista ex eo ꝙ oportet demōstrationis ostensiuæ propositiones esse nō solū veras sed de omni, & per se, quod non contingit nisi æqua de æquis vel maiora de minoribus prædicemus. His notatis dicitur, ꝙ cū tota vis rationis Aristotelis ad declarādū vsum primi principij in demonstrationibus ostēsiuis stet in hoc, ꝙ aut demōstrator eget affirmatione & negatione simul ex parte prædicati: aut ex parte subiecti: nec sic, nec sic: ergo &c. & egere vsu affirmationis & negationis duobus modis cōtingat supradictis: vidēs prædicatū semper maius, aut æquū subiecto esse, vidit ex parte prædicati nō posse vti affirmatione & negatione eiusdē: qm̄ falsa fuisset propositio: dicēdo: homo est animal, & nō animal, aut est rationalis & nō rationalis, ac per hoc illū aliū modū quo vti possit seruata veritate expressit. s. vtēdo affirmatione vnius, & negatione oppositi cōtradictoriè: & dicere, est animal, & nō est nō animal: nec opus erat aliter dicere. Ex parte autem subiecti: licet videret vtroq; modo posse vti veritate salua affirmatione & negatione, quia vti affirmatione subiecti & negatione oppositi nunq̄ veritatē dstruit: vt si dicatur, homo & nō nō homo est aīal: aut risibilis: & vti affirmatione subiecti & negatione eiusdē: quia qn̄ maius de minori prædicatur: nihil adimit veritatis: vt si dicatur homo & non homo est animal, in terminis em̄ cōuertibilibꝰ hoc nō liceret: licet inq̄ vtrūq; viderit: quia tn̄ vti affirmatione & negatione oppositi, eadēratione vanū esse apparet, qđ pro manifesto relictū est circa prædicatū: ideo hoc sub silētio præteriuit & ad reliquū se trāstulit: declarās ꝙ nihil refert quo ad inferēdā cōclusionē, & veritatē præmissarū an de subiecto & eius negatione posit verificari prædicatū: qn̄ prædicatū maius potest esse subiecto, & cōsequēter neutro modo affirmatione & negatione simul vtitur demonstratio ostensiua. Et per hoc patet responsio ad primū: non em̄ vitio æquiuocationis defecit, sed industria breuitatis modos oēs circūspiciēs à demōstratione sepauit.

Ad secundū dicitur, ꝙ cū primū principiū (cuius meminit hic) dicat affirmationē & negationē nō cōtingere simul ad excludēdas cauillationes, quod

quod à plenitudine doctrinæ alienū non est, nedū affirmationē & negationē oppositi, quod primi principij veritas est, seperauit: sed etiā affirmationē & negationē eiusdē, quādo veritatem compatitur, id est ex parte subiecti, quādo prædicatū est maius, vbi quædā similitudo contradictionis est, extra demōstrationē ponere voluit. Et nota ꝙ cū idē iudiciū de tertio & medio ꝓtulerit, mediū ex parte subiecti accepit, & nō ex parte prædicati, aliter nec esset eadē de vtroq; ratio, nec nihil differret, sed falsa esset minor, quoniā oportet æqua de æquis, aut maiora de minoribus, dici, vt de primo declarauimus: nec opus erat, medij specialiter mēminisse ex parte prædicati, qm̄ eadē de ipso ex parte prædicati & primo ratio est. Nec fallaris hoc in loco, putās, qn̄que oportere in demōstratione assumi subiectū aut mediū affirmatū & negatū, ad cōcludendū de subiecto affirmato & negato: verbi gratia ad cōcludendū Callias & non Callias est homo oportere dicere, homo, vel homo & nō homo est animal, Callias & non Callias est homo, vel Callias & nō Callias est homo: & non homo: ergo Callias & non Callias est animal: has chimeras procul abijce abs te: qm̄ demōstratio vnū de vno concludit, sicut & propositiones eius enunciant, vt supra dixit Aristote.

Quo nam primo principio vtatur demonstratio ducens ad impossibile, & quomodo.

CIrca secundā conclusionē dubitatur, an sit intelligenda de omnibus primis principijs, an de hoc tantū, omne affirmare, aut negare verū est: & est quærere, an demōstratio ad impossibile vtatur etiā illo alio principio. s. nō contingit simul esse & nō esse. Videtur em̄ ꝙ indistinctè de primis principijs accipiendum sit quod dicitur, quia nō minus demōstratio ducit ad impossibile oppositū isti primo principio, de quolibet est affirmare vel negare quàm ad impossibile oppositum illi nō contingit simul esse, & nō esse (vt de se patet) & exēplū clarè habetur ex fine primi perihermenias: vbi probatur ista propositio: vnūquodq; dum est, necesse est esse, ducēdo ad impossibile hoc, quia. s. aliter cōtingeret idem simul esse & nō esse, vt clarè habes ibi à. S. Tho. Et cōfirmatur quia Auerrois in isto loco commēto. s. 26. indistinctè loquitur de istis duobus principijs dicens demonstrationem non egere enunciatione communi, nisi in duobus locis, quorum secūdus est, quando demonstramus ad impossibile.

Cap. 6.

Cap. 26.

Ad euidentiam huius, oportet præsupponere eas, quas supra diximus, distinctiones de primis principijs, habere locū etiā in hoc principio, omne affirmare, aut negare verū est: quod exemplo facile est declarare. Accipitur siquidē cōmuniter in actu signato, qn̄ dicitur, omne aut affirmare aut negare & c. contractè verò in actu signato, vt hominē currere aut non currere est verū: cōmuniter verò & contractè in actu exercito: vt A, est B: ergo nō est dicēdū A, non est B: & c.

A Hoc stāte quatuor dicimus. Primò ambo hæc principia in actu signato siue cōmuniter siue cōtractè sumpta ingrediūtur formaliter tam demōstrationē ostensiuā q̄ ducentē ad impossibile: & de primo quidē exępla sunt data: de secūdo autem facile est cuiq; exercitato adducere, & habetur ibidē in primo perihermenias. Secundo dicimus, ꝙ illud principium, nō contingit simul esse & c. in actu exercito, neq; ingreditur demōstrationē ostensiuā (vt probatū est) neq; ducentem ad impossibile eadē ratione, quia superfluitatē terminorū omnis demōstratio abhorret. Tertiò dicimus, ꝙ hoc principio, omne affirmare aut negare & c. in actu exercito demonstratio ostēsiua vti nō potest, patet istud ex terminis, quia demōstrare ostēsiuè est ostēdere sic esse vel sic nō esse ex veritate assumptarū præmissarū: vsus autē huius principij cōsistit in ostēdēdo sic esse, quia eius oppositū est falsum & c. Quartò dicimus, ꝙ hoc principio demōstratio ducēs ad impossibile vtiq; cogitur, quoniā demōstratio ad impossibile à destructione vnius oppositi ad cōstructionē alterius directè ꝓcedit: quod est propriè & verè exercere hoc principiū (vt patet ex dictis.) Signū autē ꝙ hæc sint secundū mentē Aristote. dicti inde sumitur, quia loquēs de illo principio, nō cōtingit simul affirmare, dixit, neq; vna demōstratio accipit. loquēs autē de hoc principio dixit omne autē affirmare, aut negare, quæ est ad impossibile demōstratio accipit ex ipso sermonis stilo insinuans ꝙ aliquid cōuenit huic principio. s. assumi in demōstratione ducēte ad impossibile, quod illi nō cōuenit, Nec arguas me (quæso) si in præcedēte cōclusione loquēs de vsu illius semp locutꝰ fuerim de demōstratione ostēsiua, qm̄ ꝓpter claritatē doctrinæ id factū est, & absq; falsitate, nec diutius permissum est stare animum suspēsum.

B

C

Ad argumētū ergo iā patet responsio, quia de principio illo procedit vt signato, vt nō exercito. Ad confirmationē (ob antiquorū reuerētiā) dicitur ꝙ indefinitè, & nō vīr intelligēdū est enunciationē vīem ingredi demōstrationē & c. Ita vt de illo principio. s. nō cōtingit simul esse, verificetur primus locus. s. si cōcludēda est affirmatio alicuius & negatio oppositi: puta mūdus est finitus & nō est infinitus, verificetur, dico propter formā syllogisticā vt declarauimus, & de isto. s. omne affirmare aut negare, verificetur secūdꝰ locus. Sed qn̄ demonstratio est ducens ad impossibile, nec aliena est glosa ista à verbis Auer. (vt patet diligēter intuēti.) Si quis verò cōtēdat de eius aut alterius mēte, mihi curę nō est: qm̄ nō quid hic vel ille senserit inprimus, sed quid veritas rei habeat.

D

CIRCA quartam conclusionem nota, ꝙ Aristoteles dicēs dialecticam & metaphysicam omnibus vti. Intendit per (ly omnibus) omnibus modis dictis. s. ex quibus, de quibus & quæ. & hoc idē declarare intēdit & glorioſe declarat S. Tho. tā ī dialectica q̄ in metaphysica īueniri, licet

Dialectica & Metaphysica quibus vtantur

nō vniformiter, vt diligēs lector percipere facile pōt diſtinguēdo tā dialecticā q̄ demōſtratiuā in docentē & vtentē, & aſsignando earū inter ſe differentiā, & à Metaphyſica, & in quo cōueniant.

Cuilibet ſcię ſunt propriæ interrogationes.

CIRCA ſextam cōcluſionem, in qua dicitur omnes ſcię tias gaudere proprijs interrogationibus, dubitatiūcula occurrit vnica, quia Ariſtoteles ſtatim ſibi aduerſari videtur: in quinta ſiquidem cōcluſione dixit, demonſtratorem non interrogare, nunc autē in demonſtratiuis proprias interrogationes ponit. Ad hoc dicitur, q̄ interrogare nō vniformiter accipitur hic & ibi, vt ab omnibus expoſitoribus cōceditur: ibi ſiquidē interrogare eſt vtrāq; quæſtionis partē proponere, & vtramuis cōcludere, hic verò alterā tantū, & illā determinatè, qm̄ duo oppoſita demonſtrari nō poſſunt (ſicut nec eſſe vera) propter quod Ariſt. cum dixit demōſtratorem nō interrogare hanc rationē aſsignauit. Quæ ſint autem interrogationes demōſtratiuæ in principio ſecundi dicetur.

Capit. 1. Nō eſt in cōueniēs ſcias omnes analogis vti.

CIRCA reſpōſionē datā ad tertiā quæſtionē diligēter aduerte ex hoc loco haberi nullū inconueniēs eſſe, & nullā deceptionē ſequi, ex eo q̄ in ſcientijs vtimur nominibus analogis, quę ęqui uoca in prædicabilibus & in prædicamentis vocantur, pro eo q̄ nō habēt rationem ſimpliciter. Scientiæ em̄ (inquit Ariſtoteles) videntur intellectu qua ſignificatione vtantur, ſicut ſenſu videmus circulū deſcriptū. Ex ignorantia ergo poſteriorſticæ artis prouenit ponere vniuocationem nominum metaphyſicorum. ſ. entis, actus, & potentiæ & c. vt æquiuocationis vitetur fallacia.

Scot.

Nū in demonſtrationē. ſit afferre in ſtātiā per propōnē ſingularē T. cō. 8. T. cō. 12

CIRCA primā propoſitionem poſt ſupradictam rationem poſitam, dubitatur. Quia contrariū videtur eſſe hoc quod hic dicitur ei: quod dictū eſt in. 4. capitulo. Nunc ſiquidem dicitur q̄ in ſyllogiſmum demonſtratiuū nō oportet ferre inſtantiā ex propoſitione inductiua ideſt particulari: ibi verò dictū eſt, q̄ contra propoſitionē de omni, quæ procul dubio demōſtratiua eſt, fertur inſtantia, ex propoſitione ſingulari, quomodo ergo hæc ſtant ſimul? Ad hoc facile dicitur, q̄ quia aliud eſt ferre inſtantiā, & aliud eſt ferre inſtantiā propriā demōſtratori: ideo diuerſa dicta ſunt, quæ tamen ſibi nō contrariantur. Cum em̄ demōſtratio, vt ſic, ſit vniuerſalium (vt ſupra dictum eſt.) Quia incorruptibilium oportet eam eſſe, & ad ſingularia nō niſi per accidens ſe extendat, & id quod eſt per accidens extra propria rei numeretur: conſequens eſt, q̄ inſtantia ſingularis inter inſtantias proprias demōſtratori non computetur. Et quia Ariſt. hic de proprijs demōſtrationis tractabat, ideo inſtantias ſingulares excluſit, aſsignans pro cauſa quia demonſtratio eſt vniuerſalium. In quarto autem capitulo, vbi adhuc de proprijs non agebatur, inſtātias ſingulares opus non erat excludere. Quoniam ergo verę inſtantiæ ſunt, ideo ibi numeratæ, quoniā autē non propriæ demonſtratori, ideo hic excluſę.

Vbi. 8. t.

E Num, ſi ex falſis non poſſet monſtrari verum, validum fieret argumentum à poſitione conſequentis ad antecedentis poſitionem.

CIrca tertiā propoſitionem, illam. ſ. cōditionalem, ſi eſſet impoſsibile ex falſo mōſtrare verū & c. Dubitatur dupliciter. Primò quia non videtur verū, q̄ ſi eſſet impoſsibile ex falſo concludere verū, q̄ liceret à poſitione conſequentis arguere: nō enim magis tunc ſequeretur verum ex vero, q̄ nunc hoc verum ſequitur ex hoc alio vero. Sed nūc videmus q̄ poſtquam verū ex vero deduximus, nō licet redire à conſequente ad antecedens: nō em̄ cū diximus ſortes eſt homo, ergo eſt animal: dicimus ſor. eſt aīal: ergo eſt homo: ergo nec tūc hoc liceret. Secundò quia dato q̄ eſſet vera illa cōditionalis, & cōſequenter q̄nō F fieret paralogiſmus cōſequentis à poſitione cōſequentis, adhuc tamen nō habetur: q̄ nō poſſet fieri idem paralogiſmus in ſecūda figura ex puris affirmatiuis: hic enim paralogiſmus nō peccat (eo q̄ ex falſis inferat:) ſed quia mediū maius eſt vtroq; extremo: vt patet dicendo: omnis homo eſt animal leo eſt animal: ergo leo eſt homo

T. c. 17.

Ad hoc dicitur q̄ cauſa quare à poſitione cōſequentis nō licet vniuerſaliter arguere: eſt quia ex falſo ſequitur verū (vt ſuperius dictū eſt:) pōt em̄ cōſequente exiſtēte verò antecedens eſſe falſum (vt patet) propter quod in terminis cōuertibilibus à poſitione cōſequentis arguere licet: fieri em̄ nō poteſt: vt cōuertibilia ſint: & vnum ſit: G & reliquū non: quia inquam hæc eſt cauſa, ſi impoſsibile eſſet ex falſo verū ſyllogiſticè cōcludere: oporteret cōſequente exiſtente vero: antecedens eſſe verū: ſicut è cōuerſo: & conuertibilitas eſſet inter veritatē cōſequentis cuiuſq; rectę cōſequētiæ, & ſui antecedētis: ita q̄ ſicut modo dicimus, q̄ cuiuſq; rectę cōſequētiæ: vel recti ſyllogiſmi: quodidē eſt: antecedēs verū infert cōcluſionē verā: eo q̄ ex veris nil niſi verū: & propterea vniuerſaliter cōcludere licet à poſitione antecedentis ad poſitionē cōſequentis: ita tunc quia verum ex veris tantū ſequeretur in quocunq; recto diſcurſu: verū cōſequēs verum antecedens inferret & à poſitione cōſequentis ad poſitionē antecedentis vniuerſaliter arguere liceret. Et quoniam H ex puris affirmatiuis in ſecūda figura vitiū propterea eſt, quia medio termino cōſequente primū vt antecedēte vtimur: quod modo non licet propter dictā cauſam: quia. ſ. poteſt cōſequēs eſſe abſq; añte, ideo, ſi impoſsibile eſſet ex falſo ſyllogiſticè mōſtrare verū, paralogiſmus ex puris affirmatiuis nō inueniret: ſicut nec à poſitione cōſequētis, vnde radices ſyllogiſtici diſcurſus ſubtiliter Ariſtoteles intuit° ex vnica cōditione vtrūq; modū paralogizādi excluſit à demōſtratiuis: ꝓpterea quia ex falſo nō pōt mōſtrari verū: & cōſequēter ita ſe hēt demōſtratio vt ſic ad hos paralogiſmos: ſicut ſe hēt ſyllogiſmus ſimpl̄r ad eoſdē ſi nō poſſet ex falſo ſyllogizari verū. Ad primū autem

autē in oppoſitū negatur aſſumptū: quoniā ex A falſitate propōnis de ineſſe nō ſequitur falſitas modalis. Aliud eſt em̄ dicere, ſi verū ex falſo nō ſyllogizatur: licet arguere à poſitione cōſequentis: & aliud eſt dicere, ſi verū ex falſo nō pōt ſyllogizari: licet arguere à poſitione cōſequētis, primū eſt falſum ſcēm formam ſyllogiſticā: licet ex gratia materiæ, vel ex hypotheſi ſequatur: vt de exēplo adducto obijciendo. S. Th. hic ait. Tum quia eſt in materia neceſſaria, quo ad ſubiectum cōcludēs vtrunq; prædicatū in primo modo perſe: tū quia ſupponitur id quod eſt animal eſſe hominē: ſcēm verò eſt veriſimū: vnde ſtāte illa conditionali, verū magis inferretur ex vero: q̄ hoc verū nūc ab hoc: quia tūc ita appropriaret ſibi inferri ex vero qđ impoſsibile eſſet inferri ex falſo: B nunc aūt hoc verū: licet inferatur ex vero: pōt tn̄ inferri ex falſo: & eſſe verum añte exiſtēte falſo. Ad ſcēm dicitur: q̄ ex hac cōditionali ſufficiēter vterq; modus paralogizādi deſtructus eſt (vt ex dictis patet.) Ad probationē aūt oppoſiti dicitur: q̄ licet paralogiſmus ex puris affirmatiuis non ideo ſit: quia ſit ex falſis, eſt tn̄ ideo, quia mediū, qđ aſſumitur vt cōſequēs extrema in vtraq; præmiſſa cōcludit in vi antecedētis reſpectu maioris extremitatis vt (exēplariter patet,) Cùm em̄ dico, homo eſt animal, leo eſt animal, ergo leo eſt homo: ideo hominē de leone infero, quia eſt animal, ac ſi ad animal ſequeretur homo. Vnde q̄ in terminis cōuertibilibus quodlibet antecedit, & ſequitur ad quodlibet, talis forma ſeruāda nō C prohibetur, & per eādē cauſam in terminis non cōuertibilibus abijcitur, nō eſt ergo radix iſtius paralogiſmi id, quod in argumēto adducitur, ſed quod nos diximus, arguere. ſ. à poſitione conſequētis quod cōmune eſt huic & ſupradicto, huic quidem virtualiter, illi verò formaliter, propter quod vterq; paralogiſmus cōſequentis vocatur.

Expra. uis affirmatiuis i cōuertibilibus valet argumentum

Aduerte hic, q̄ deceptiones, quę accidūt in demōſtratiuis ex paralogiſmis ſunt quidē deceptiones & aggenerātes ignorantiam prauæ diſpoſitionis in illa ſcientia, ſed ſunt deceptiones cōmunes ſcientijs & non ſcientijs, & illi ſcientiæ & alteri: deceptiones autem proueniētes ex falſis oppoſitis proprijs principijs vel præmiſſis demonſtrationum in illa ſcientia ſunt deceptiones D propriæ, & ideo paralogiſmi & non ex oppoſitis ſyllogiſmi excluſi ſunt à demōſtratiuis. Et hinc euenit vt paralogiſmos in demōſtratiuis inducere ridiculū ſit, & philoſophorum non eſſe ſophyſticas rationes ſoluere, vt dicetur primo Phyſicorū.

T. c. 10.

De augmēto de monſtrationis in aſſumendo vel poſt aſſumendo.

CIRCA vltimā propoſitionē, quę de augmētatione demōſtrationū eſt. Aduertēda ſunt duo. Primū eſt, q̄ cū augere demōſtrationes in lōgū multipliciter cōtingat via cōpoſitiua. ſ. deſcēdendo tantum ex parte ſubiecti in aliud, & de illo in aliud & c. & deſcēdēdo ex parte paſsionis tātum ex prima in ſecundam, & ex ſecūda in tertiā & c. & deſcēdēdo ex parte vtriuſq; ſimul, vt à triāgulo

De demonſtratione quia. CAP. XIII.

Lege infra. c. 23.

VOd verò differt, & ꝓpter quid ſcire primū quidē in eadē ſcientia: & in hac dupliciter, Vno quidē modo, ſi non per immediata efficiatur ſyllogiſmus, nō em̄ accipitur prima cauſa, ſciētia verò ipſius propter quid ſecundū primā cauſam. Alio aūt, ſi per immediata quidē, ſed nō per cauſam, ſed per notius eorū, quæ conuertūtur: nihil enim prohibet eorum, quæ conuerſim prædicātur, notius aliquādo eſſe, quod eſt non cauſa: quare erit per hoc demonſtratio: vt q̄ planetæ propè, per id, q̄ non ſcintillāt. Sit in quo C, planetæ: in quo B, nō ſcintillare: in quo A, propè eſſe: verū itaq; B de C dicere: planetæ enim nō ſcintillant: ſed & A de B: quod enim non ſcintillat propè eſt: hoc autem acceptum ſit per inductionem, aut per ſenſum: neceſſe igitur A in eſſe ipſi C: quare demonſtratum fuit, q̄ planetæ propè ſunt. Hic igitur ſyllogiſmus non ipſius propter quid, ſed ipſius q̄ eſt: non em̄ propter nō ſcintillare, propè ſunt, ſed ꝓpterea quia propè ſunt, nō ſcintillant. Euenit aūt & per alterū mōſtrari alterū: & erit ipſius ꝓpter quid demōſtratio. Vt ſit C, planetæ: in quo B, propè eſſe: A, nō ſcintillare ineſt

Cap. 18. circa. t. cō. 35. & 36.

itaq; &

itaq; & B ipſi C: quare & ipſi C, A: & A ipſi B, nõ ſcintillare: & eſt ſyllogiſmus ipſius, ꝓpter quid: accepta em̃ eſt prima cauſa. Rurſus quẽ admodum lunam mõſtrant, ꝙ ſphęrica, per augmenta: ſi enim quod ita augetur eſt ſphæricum: augetur autẽ luna: planum ꝙ ſphærica: ſic igitur ipſius ꝙ factus fuit ſyllogiſmus. Econuerſo autem poſito medio ipſius propter quid: non enim propter augmẽta eſt ſphærica: ſed ꝙa eſt ſphærica, accipit augmẽta talia. Luna, in quo C: ſphærica, in quo A: augmentum, in quo A. In quibus autem media non conuertũtur, & eſt notius, quod nõ eſt cauſa, ipſum quidem quod monſtratur, ipſum autem propter quid nõ. Amplius inquibus medium extra ponitur: etenim in his ipſius quod, & non ipſius propter quid eſt, demõſtratio: non enim dicitur cauſa. Vt propter quid non reſpirat paries quoniam non animal: ſi enim hoc reſpirandi cauſa eſt, oporteret animal eſſe cauſam reſpirandi: vt ſi negatio cauſa eſt ipſius non eſſe, affirmatio cauſa eſt ipſius eſſe: quemadmodum ſi hoc, quod eſt incommenſurabilia eſſe calida & frigida, eius, quod eſt non ſanum eſſe, hoc, quod eſt commenſurabilia eſſe, eius, quod eſt ſanum eſſe: conſimiliter autem & ſi affirmatio ipſius eſſe, negatio ipſius nõ eſſe. In ijs autem, quæ ſic aſsignata ſunt, non cõtingit, quod dictum eſt: non enim omne reſpirat animal. Syllogiſmus autem fit talis cauſæ in media figura: vt ſit A, animal: in quo B, reſpirare: in quo C, paries. A igitur ineſt omni B, omne enim reſpirans eſt animal: ipſi autem C nulli: quare neq; B C nulli nõ itaq; reſpirat paries. Aſsimilantur aũt tales cauſæ ijs, quę ſecũdũ exceſſum dicuntur: hoc autẽ eſt plus diſtans dicere medium: vt illud Anacharſidis, ꝙ in Scythis nõ ſunt tibicines: neq; em̃ vites. Secundũ qui dẽ igitur eandem ſcientiã, & ſecundũ mediorum poſitionẽ iſtæ differẽtiæ ſunt eius, qui eſt ipſius, ꝙ, ad eũ, qui eſt ipſius ꝓpter quid, ſyllogiſmum. Alio aũt modo differt ipſum propter quid ab ipſo ꝙ eo ꝙ per aliã ſcientiã vtrunq; ſpeculatur: talia autẽ ſunt, quæcunq; ſic ſe habent inuicẽ, vt ſit alterũ ſub altero, vt perſpectiua ad Geometriam, & mẽchanica ad Stereometriã, & harmonica ad Arithmeticã, & apparẽtia ad Aſtrologicam. Ferè autẽ vniuocæ ſunt non nullæ iſtarũ ſcientiarũ, vt Aſtrologia, & quæ Mathematica, & quę Nautica, atq; Harmonica, & quæ mathematica, & que ſecundũ auditũ. Hic enim ipſum quidẽ ꝙ, ſenſitiuorũ eſt ſcire: ipſum verò propter quid, Mathematicorũ: hi nanq; habent cauſarum demõſtrationes, & plerũq; nõ ſciũt ipſum ꝙ: quemadmodũ qui vniuerſale ſpeculantur, multoties nonnulla ſingularium neſciunt, quia nõ aduertũt. Sunt aũt hæc, quę cunq; cũ alterũ quid ſint ſecundũ ſubſtantiam, vtũtur formis, diſciplinæ nanq; circa formas ſunt: non enim de ſubiecto aliquo geometrica ſunt: ſi em̃ de ſubiecto aliquo geometrica ſunt, ſed nõ in quantũ geometrica, de ſubiecto. Se habet aũt & ad Perſpectiuã, vt hęc ad Geometriam, alia ad hanc: vt quod eſt de Iride: ipſum em̃ ꝙ, naturalis eſt ſcire, ipſum verò propter quid. Perſpectiui, aut ſimpliciter, aut ſecũdũ mathema. Multę aũt & nõ ſub ſe inuicẽ ſciẽtiarũ, ita ſe habẽt, vt Medicina ad Geometriã: ꝙ em̃ vlcera orbicularia tardius ſanãtur, Medici eſt ſcire: ꝓpter quid verò, Geometræ.

Summa huius capituli hæc eſt.

SCire quia, & ſcire propter quid, in eadẽ ſciẽtia dupliciter differũt. Vno mõ qñ fit ſyllogiſmus per remotã cauſam. Alio modo qñ fit per effectũ cõuertibilẽ quidem ſed notiorẽ: probatur vtrũq; à priori, quia ſcire propter quid eſt ſcire per cauſam primã. i. proximã & declaratur ſecũdũ exẽplariter: planetæ ſunt ꝓpè, ꝙa ſtellæ nõ ſcintillantes ſunt & in terminis A primo, C tertio, B medio. Prima cõcluſio.

Cõtingit qñ. ſ. cauſa per effectũ cõuertibilẽ demõſtrat alterũ per alterũ, ecõuerſo demõſtrare, & erit ꝓp qd demõſtratio (vt patet in exẽplo dato) mutãdo maiorẽ extremitatẽ in mediũ, & cũ luna circularis mõſtrat ꝙa incremẽta luminis cornicularię accipit, i trĩs A primo, C tertio & B medio. Secunda cõcluſio.

Quãdo aũt mediũ nõ cõuertitur & eſt notius, & nõ cauſa (quia) demõſtrat, ſed ꝓpter quid nõ. Tertia cõcluſio.

Qñ mediũ eſt extra fit demõſtratio ꝙa & non ꝓpter qd: ꝓbat à priori, ꝙa nõ aſſumit id qđ eſt cauſa. ſ. proxima, vt paries nõ reſpirat, quia nõ eſt aĩal: negatio ſiquidẽ animalitatis non eſt propria cauſa negationis reſpirationis, ꝙa affirmatio aĩalitatis nõ eſt ꝓpria cauſa affirmatiõis reſpiratiõis. Quarta cõcluſio.

Oportet ſiquidẽ ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis Regula.

tiõis, ꝙ negatio ſit cauſa negationis, & ecõuerſo ſi negatio eſt cauſa negationis ꝙ affirmatio ſit cauſa affirmationis, vt cũ menſura calida & frigida ſanandi cauſa, ſine menſura verò nõ ſanandi.

H tum vnũquodq; ineſt, magis nouit: ſi itaq; triangulus in plus eſt, & eadẽ rõ, & non ſecundũ æquiuocationẽ triangulus, & ineſt oī triãgulo hoc, quod eſt duos, non triangulus inquantũ æquicrus, ſed æquicrus in quantũ triãgulus habet tales angulos: quare qui vniuerſaliter ſcit, magis nouit ſecundũ ꝙ ineſt, q̃ qui ſecundũ partẽ: melior itaque vniuerſalis, q̃ particularis. Amplius ſi quidẽ eſſet aliqua rõ, & non æquiuocatio, vniuerſale vtiq; nihil minus eſſet quibuſdã particularib⁹: ſed & magis, quãto incor

ruptibilia

ruptibilia in illis ſunt, quæ verò particula- A
ria corruptibilia magis. Præterea nulla neceſsitas eſt ſuſpicari aliq̃d eſſe hoc præter hæc, ꝙ vnum ſignãt nihil magis, q̃ in alijs, quæcũq; non aliquid ſignãnt, ſed aut quale, aut ad aliq̃d, aut facere: ſi igitur eſt, non demõſtratio cauſa, ſed q̃ audit. Amplius ſi demonſtratio quidẽ eſt ſyllogiſmus monſtratiuus cauſæ, & ipſius ꝓpter q̃d, vniuerſale aũt magis eſt cauſa: cui em̃ per ſe ineſt aliq̃d, hoc idẽ ipſi cauſa eſt, vniuerſale aũt primũ, cauſa igitur vniuerſale eſt: quare & B
demõſtratio melior: magis em̃ cauſæ & ipſius ꝓpter quid, eſt. Præterea vſq; ad hoc quærimus ꝓpter q̃d, & tunc opinamur ſcire, qñ non ſit aliq̃d aliud q̃ hoc aut factum, aut exiſtens: finis em̃ & terminus ip̃m extremũ iam ſic eſt. Vt cuius gr̃a venit? vt accipiat argentum: hoc aũt? vt reddat, cui debet: hoc aũt? ne iniuſtitiam cõmittat: & ita ꝓcedẽtes, qñ non amplius eſt ꝓpter aliud neq; alterius cauſa, ꝓpter hoc, ſicut finem dicimus veniſſe, & eſſe, & fieri, & tunc cognoſcere maximè ꝓpter q̃d venit, ſi aũt ſi C
militer ſe habet in oībus cauſis, & ijs, quæ ſunt ꝓpter quid, in ijs verò, quæcunq; ſunt cauſæ ſic, ſicut cuius cauſa, ſic nouim⁹ maximè & in alijs: igitur tũc maximè ſcimus, qñ nõ amplius inſit hoc, qm̃ eſt aliud: qñ igitur cognoſcimus, ꝙ quatuor exteriores ſnnt æquales, qm̃ æquicrus, adhuc deficit, propter quid æquicrus? qm̃ triangulus: & hoc, qm̃ figura rectilinea, ſi autẽ hoc, non amplius ꝓpter aliud erit, tunc maximè ſcimus, & vniuerſale eſt tũc, vniuerſalis igit melior eſt. Amplius quæcunq; magis particularia ſunt, in infinita incidũt, vniuerſa- D
lia verò in ſimplex & terminũ? ſunt aũt in quantũ aũt infinita quidẽ non ſcibilia, inquãtũ aũt finiunt ſcibilia: inquantũ igitur vniuerſalia magis ſcibilia, q̃ inquãtũ particularia: demõſtrabilia igit magis, quę vniuerſalia ſunt: demonſtrabiliũ verò magis, magis eſt demõſtratio, ſimul em̃ magis q̃ ad aliq̃d exiſtũt: melior itaq; eſt vniuerſalis, qm̃ & magis eſt demõſtratio. Amplius ſi eligibilior ſit illa, ſcđm quã hoc & aliud, q̃ illa, ſecundũ quam hoc ſolum nouit: qui verò vniuerſalẽ habet, nouit & quod ſecũdum partem, hic aũt vniuerſale nõ nouit: quare & ſic vtiq; eligibilior erit. Amplius aũt ſic: vniuerſale em̃ magis ſcire eſt eo ꝙ monſtrat per mediũ qđ eſt ꝓximius principio, valde autẽ proximũ eſt immediatũ, hoc verò principiũ. Si igit quæ ex principio eſt ea, quę nõ ex principio, aut quę magis ex principio eſt ea, quæ minus certior eſt demõſtratio: eſt aũt talis, quæ vniuerſalior, melior vtiq; eſſet vniuerſalis: veluti ſi oporteret demõſtrare A de D p̃ media, in q̃bus B C: ſuperius itaq; B eſt: quare quę p̃ hoc vniuerſalior eſt. Sed ex ijs, quæ dicta ſunt, nõnulla logica ſunt: maximè aũt manifeſtũ, ꝙ vniuerſalis eſt potior: qm̃ ꝓpoſitionum priorem quidẽ habẽtes, nouimus quodãmodo & poſteriorem & habemus potentia, vt ſi quis nouit, ꝙ oīs triangulus hẽt tres duobus rectis æquales, nouit quodãmodo & æquicrurem, ꝙ duobus rectis eſt potentia: & ſi non nouit æquicrurẽ, ꝙ triangulus ſit: qui verò hanc habet propoſitionẽ, vniuerſale nullo modo nouit, neque potentia, neq; actu. Et vniuerſalis q̃dẽ Idẽ ca. 5. li. 1. phy. & libr. 2. de anim. cap. 5.
intelligibilis eſt, ſed particularis in ſenſum deſinit. Quòd igit vniuerſalis melior ea, quæ ſecundũ partem, tot nobis dicta ſint.

Summa huius capituli hæc eſt.

Diuiſio propoſitiua. Cõcluſio falſa. Prima ratio.

QVoniam demõſtrationum, alia vniuerſalis, alia particularis, alia categorica, alia priuatiua, alia offenſiua, alia ducens ad impoſsibile. Dubitatur ſecundum quamlibet combinationũ, quæ ſit potior, & primò de prima.

Demonſtratio particularis eſt prior vniuerſali: probatur dupliciter: primo ſic. Demonſtratio, ſecundum quam maximè ſcimus, eſt potior: probatur, qm̃ hæc eſt virtus demonſtrationis, ſed ſecundũ particulare magis ſcimus. ergo. probat̃ minor, quia magis ſcimus, cũ aliquid cognoſcimus ſecundum ipſum quàm ſecundum aliud. Declaratur exemplo. Magis ſcimus Coriſcum eſſe muſicum ſcientes ipſum eſſe muſicum, quàm ſciẽtes hominem eſſe muſicum: ſed ſecundum particularem ſcimus ſecundum ipſum, & ſecundum vniuerſalem ſcimus ſecundũ aliud. Declaratur exemplo: ſecundum enim vniuerſalem ſcimus, ꝙ æquilaterus habet tres, nõ ſcđm ꝙ æquilaterus, ſed inquãtum triangulus: ſcđm verò particularem, qm̃ ipſe æquilaterus eſt habens tres. Secundò ſic. Secũda. Tertia.

Demõſtratio potior eſt quæ eſt de eẽ, q̃ de nõ eſſe, & ꝓpter quam nõ errabit, q̃ ꝓpter quã errabitur.

bit: sed vniuersalis est de eo qđ est min⁹, & facit opinionē falsam: ergo &c. ꝓbať minor q̄ ad primā partē qa vniuersale nō est aliqd prēter singularia quo ad secūdā verò, qa demōstratio vniuersalis facit opinari esse aliqd hoc, & quādā natură hāc in rerū natura, prēter particularia, qm̄ demōstrat de eo quod est analogū: qđ neq; hoc, neq; illud est.

Rñsio ad primam. Primū q dē nihil magis in vr̄i q̄ in particulari rō est. Probať, qm̄ siue passio sit ꝓpria triangulo: & de inferiori mōstreť, siue nō sit ꝓpria triāgulo & de eo mōstreť, nō fit cognitio scđm qđ ipm, neq; demōstratio vera: sed magit semper cognouit, cognoscēs vnūquodq; scđm qđ vnūquodq; est. Si igit triangulus in plus est, & vnā rōnē habet, & oī triāgulo ineſt hr̄e tres &c. nō inquātū æquilater⁹, sed inquātū triāgulus habet tres: ac per hoc sciēs vr̄t, magis cognouit scđm qđipsum q̄ sciens particulariter: potior itaq; vniuersalis est particulari.

Ad secundam. Amplius si sit quædā ratio vna, & nō ęquiuocatio, vniuersale erit nihil min⁹ quibusdā scđm partē, sed magis. Probať, qm̄ vniuersalia incorruptibilia in illis sunt, particularia corruptibilia magis.

Ad tertiā Neq; vna necessitas est opinari, esse hoc prēter hęc, qm̄ vnū ostendūt. Probatur, qm̄ nihil magis cogit in substantijs q̄ in alijs, quæ non aliqd significant, sed quale, aut ad aliquid, vnde demonstratio non est deceptionis causa, sed male audiens.

Cōclusio vera. Demonstratio vniuersalis potior est particulari. Probatur septem medijs à priori: primo, demōstratio dicēs magis causam & propter quid est potior. Demōstratio vniuersalis dicit magis causam & propter quid q̄ particularis: ergo, probatio maioris, qa demonstratio est syllogismus demōstratiuus causæ & propter quid: probatio minoris, qm̄ vniuersale est magis causa: probať qm̄ cui per se passio ineſt: causa est: vniuersale autē est primū, cui passio per se ineſt: ergo vr̄e magis causa est.

Secundò, tunc maximè scimus, cū non est propter quid aliud. Vniuersale autem est tunc: ergo vniuersalis est potior: probatio maioris, qm̄ vsq; ad hoc quærimus propter quid, & tūc opinamur scire cū non sit aliquod aliud ꝓpter quid, aut qđ fiat, aut quod sit q̄ hoc. Declaratur exēplariter in causis finalibus, q̄bus quo ad hoc similes sunt causæ, reliquorum generū. Minor declaratur exēplariter in æqualitate angulorum, qui sunt extra.

Tertiò, magis demonstrabiliū magis est demōstratio: vniuersalia sunt magis demōstrabilia particularibus: ergo demonstratio vniuersalis est magis & dignior. Probatio maioris, qa quæ sunt ad aliqd, sitr̄ magis sunt. Probatio minoris, qa sunt magis scibilia: ꝓbať, qm̄ vniuersalia vt sic finitant, particularia autem infinitant: probatur, quoniā vniuersale tendit in simplex & finem, secundum particularia verò in infinita proceditur.

Quartò, demōstratio, scđm quam hoc & aliud cognoscimus præponenda est ei, scđm quam hoc solum nouimus, sed cognoscēs vniuersale cognouit etiam particulare, & non è conuerso. ergo &c.

Quintò, demonstratio ex medio propinquiori immediato principio est certior ea, quæ est per mediū distans: sed demōstratio vniuersalis magis est huiusmodi. ergo. probatio maioris. Demonstratio ex principio prior est ea, quę non ex principio: & q̄ magis ex principio ea, q̄ minus. Declaratio minoris ī tr̄is A primo: D tertio B C medijs subordinatis, ita q̄ B vr̄ius sit. Scire ꝑ B erit magis.

Sextò, qm̄ habens propositionem vniuersalē, scit quodammodo posteriorem, & habet potentiam: habens autem particularem, vniuersalē nullo modo cognouit, neque potentia, neque actu.

Septimò, quoniam vniuersalis intelligibilis est, particularis autem in sensu perficitur.

Series autem hæc est.

INTENDENS de cōparatione demōstrationū tractatū facere, inchoans in hoc cap. illum, quatuor facit: primò ponit triplicē demonstrationū cōbinationē, mouens tres qōnes: secundo primam qōnē prosequens tribus medijs, quorū duo in secunda ratione includūtur, ad partem falsam arguit: tertiò soluit dictas ratiōes: quartò partem veram septem rationibus confirmat.

Quæ dicatur demonstratio vniuersalis, & qua ratione.

CIrca terminos huius primæ qōnis aduerte, q̄ aliqd dr̄ vniuersale vel particulare dupliciter. Vno modo vniuersale quidē: qa est vnū in multis & de multis. Particulare verò qa est vnū numero: & sic de vniuersali & particulari Porphyrius tractauit, & nō est ad propositum nostrum: qm̄ demonstratio non dicitur vniuersalis vel particularis, eo q̄ sit de subiecto, quod est commune multis, vel de subiecto vno secundū numerū. Demonstratio em̄ concludens Isochelem habere tres, particularis est, & tm̄ Isocheles de multis prædicatur.

Alio mòdo aliqd dr̄ vniuersale, qa est adæquatū illius p̄dicatū &c. vt superius in cap. 5. de vniuersali locut⁹ fuit Aristoteles: & hoc modo accipim⁹ hic vniuersale: ex tali siquidē vniuersali demōstratur demonstratio vniuersalis, illa demōstrat passionē de eius adęquato subiecto, vt habere tres de triangulo: & per oppositū illa dicitur particularis demonstratio, quæ demonstrat passionē de eius inadæquato subiecto, vt hr̄e tres &c. de Isochele. T. c. 11.

Penes quid attendenda sit dignitas demonstrationis vniuersalis super particulare.

CIrca rñsionem ad primam rōnem aduerte primò, q̄ illa prima rō ex malo intellectu tituli qōnis procedebat: cōclusit siquidē verè, q̄ demōstratio particularis est potior vniuersali respectu subiecti particularis, & tm̄ concludere debebat, q̄ demōstratio particularis esset simpliciter potior vniuersali: nō em̄ quæritur hic, an respectu subiecti particularis vna sit potior alia: clarū siquidem est, q̄ perfectius scire facit subiectum particulare esse tale, puta Isochelem habere tres, demōstratio particularis q̄ vniuersalis faciat, qa illa facit illud scire in actu, hæc in potentia: sed quæritur simpliciter quæ sit potior. Aduerte secūdò, q̄ quia ratio illa nunquā assumpsit q̄ demōstratio particularis faciat scire scđm q̄ ipm, sed q̄ facit scire qm̄ ipm. s. particulare est tale vr̄is aūtē facit scire nō qm̄ ipm est tale, sed qm̄ aliud. s. ei⁹ superi⁹ est tale: Aristoteles verò rñdēdo trāsiit (ad scđm quod ipm) & mutare vr̄ terminos argumēti, ꝓpter hoc inquā posset fortè alicui videri minus bñ Aristotelē soluisse. Sed ob hoc neminē turbari decet: qa scire quoniā ipm nō particulare, sed absolutè, & scire scđm qđ ipm ex additiōe se habēt: & posteri⁹ includit primū: & addidit, & ꝓpterea declarādo q̄ demōstratio vniuersalis facit scire scđm qđ ipm, particularis autē non, sufficiēter insinuauit q̄ demōstratio vr̄is facit scire qm̄ ipm, licet nō faciat actualiter scire qm̄ ipm particulare est tale: & per hoc argumēto satisfactū est, qa iā habeť, q̄ non attendit dignitas demonstrationis penes scire, quoniam ipsum particulare est tale, sed qm̄ scđm q̄ ipm scire facit.

Num vniuersale magis sit quàm particulare, eo quòd incorruptibile sit.

CIrca rñsionē ad scđm datā, vbi dr̄, q̄ nihil minus vniuersale erit particulari, sed magis. Dubitať, an verū sit vniuersale magis esse q̄ particulare, & quantū valeat rō hmōi adducta ab Aristotele. s. q̄ vr̄ia incorruptibilia sunt: vr̄ em̄ q̄ particulare magis sit, qm̄ particulare hēt esset simpliciter: vniuersale aūt habet esse scđm qd. s. intellectuale, seu obiectiuū, scđm doctrinā Peripatetică nō ponētē vr̄ia subsistere. Magis autē esse cōstat habens esse simpliciter q̄ habens esse obiectiuū, ergo &c.

Præterea ī particulari includit vniuersale actu, & nō è conuerso, & cōsequenter quicquid esse est in vniuersali est in particulari & non è conuerso: ergo vniuersale nō est magis particulari, sed potiⁱ è cōuerso. Præterea quod aut nihil est, aut posterius particulari, nō magis est ipso particulari: sed vniuersale aut nihil est, aut posteriuseſt, vt dicitur in primo de anima. ergo &c. Similiter vr̄ q̄ ratio illa Aristotelis non cōcludat, qa incorruptibilitas arguēs magis esse, est incorruptibilitas positiua: vniuersalia aūt, vt supra probatum est, non sunt incorruptibilia positiuè, sed negatiuè. Ad euidentiam aūt huius dubitationis primo declarādi sunt termini & sensus rñsiōis Aristotelis: & deinde rñdendū obiectis. Termini sunt, vniuersale, particulare, erit seu est, & magis. Quia ergo terminos ī rñsionibus oportet esse cōformes terminis in obiectiōib⁹ positis, vt euitet̄ equiuocatio: vniuersale & particulare in hac rñsione sumunt primo modo distinctiōis suprapositæ, vniuersale. s. ꝓ eo qđ est vnū in multis, & particulare ꝓ eo qđ est vnū numero demōstratū: nec sumit hic vniuersale ꝓ aggregato ex re & vniuersalitate (qm̄ de talib⁹ non sunt demōstratiōes) sed ꝓ ipa re, fulta tm̄ cōditiōe vniuersalitatis, vt cōditiōe sine q̄ nō. i. ꝓ ipsa qdditate formaľ sumpta: de talib⁹ em̄ vniuersalib⁹ scientia est, vt supra dixim⁹. Esse aūt, qđ signať p ly est, in proposito sumi pōt dupliciter. Vno modo pro esse qdditatiuo. Alio modo ꝓ esse actualis existē-

Tex. c. 8.

Capit. 9. Circa me diū circa tex. c. 22.

Capit. 9. post medium circa tex. c. 22.

tię. Magis tale quoq; sumi pōt dupliciter: vno mō simpliciter, alio modo quo ad hoc, puta demōstrabilitatē, vel scibilitatē. Ad percipiēdū igit sensum dictorū Aristotelis oportet aduertere, q̄ cōcło sua est vna cōparatiua, & q̄ cōparatio nō fit inter idē & seipm, sed inter distincta. Et qa vr̄e & particulare nō diuidūt rē diuersificādo eā, quēadmodū differētiæ diuidūt naturā generică multiplicādo eā, sed vt modi vnius & eiusdē rei: eadē siquidē nā humana est, quæ modū vniuersalitatis & particularitatis habet: ideo cōparatio vr̄is ad particulare nō est accipienda, vt inter duas res: sicut inter hoīem & bouē, nec vt inter idē & seipsum, qa periret nā cōparationis: nec vt inter includēs & inclusum, tū qa vana esset cōparatio, tum qa vnus modus non includit aliū, sed vt inter rē sub vno mō & seipam sub alio modo. Ad percipiendū aūt sine errore cōparationē inter A sub C modo, & seipm A sub D mō, nō oportet inspicere quid habeat A C ex A: sed qd hēat ex, vel sub C nec qd hēat A D ex A: sed qd hēat ex vel sub D. Aliter cōparatio non haberet fundamēta distincta, vt patet: qm̄ A idē est in vtroq;. Et sic ad videndū, an vr̄e magis sit q̄ particulare intuendum est vr̄e vt vniuersale, mō tñ declarato: & similiter particulare vt particulare. Intueri aūt vniuersale, vt sic in ꝓposito, nihil aliud est q̄ loqui de ipsa natura, quæ vr̄is denoīatur formaliter: vt de hoīe in eo quod hō & nō vt hic homo. Est em̄ est conspicere ipsam nō conspectis individuātibus cōditionibus. Intueri aūt particulare (vt sic) est intueri naturā ipsam vt coniunctā cōditionib⁹ individuātibus. Vniuersale ergo magis esse q̄ particulare. i. hoīem magis esse q̄ fortē, & bouē q̄ hūc bouem &c. si ly esse, intelligit̄ esse actualis existentię, & ly magis, dicat magis simpliciter, falsum est: qm̄ existere particulariū est primo & simpliciter, sicut & gñari. Vniuersaliū aūt secūdariò ꝑ particularia. s. sicut & generanť & corrūpunť, genitis & corruptis particularibus. Vñ in prædicamētis loquēs de eē actualis existētiæ Aristoteles dixit, Destructis primis substātijs impossibile est remanere secūdas, quæ vniuersales substātiæ sunt. Si autē ly magis, dicať magis quo ad hoc, puta subtilitatē. loquēdo ēt de esse actualis existētiæ, verificať q̄ vr̄e sit magis particulari ad hūc sensum, qa vr̄e magis est scđm extēsionē q̄ singula particularia, & talis existētia vr̄is magis cōfert demōstratiōi & scięntiæ q̄ existētia singularium: hos enim diuturnior est q̄ singuli boues, & magis prodest scientiæ existentia bouis q̄ singulorum. Hic sensus, licet sit verus, non tm̄ iudicio meo est intentus ab Aristotele. Si autem sumatur ly esse, pro esse quidditatiuo qualitercūq; sumatur (ly magis) verum est vniuersale esse magis particulari, & intentum ab Aristotele. Verùm quidem, qm̄ rationem quidditatiuā ipsius vniuersalis particularem non habet, nisi quia vniuersale participat: impossibile est aūt q̄ participās habeat magis rōnem formalem illius cuius formalis participatiōe est tale. Vñ, qa Sortes hoīs

Capit. de substātia

Vide hęc 7. Metaph. ca. 8. & 9.

rationem

rõnẽ q̃dditatiuã nõ habet, niſi q̃a eſt hõ, impoſsibile eſt q̃ magis habeat eſſe quidditatiuũ hoĩs q̃ hõ, q̃m nõ q̃a eſt hic vel ille, ſed q̃a eſt hõ, eẽ quidditatiuũ humanũ habet: nihil ergo minus vniuerſale q̃ particulare eſt ſcd̃m eſſe quidditatiuum, ſed magis eſt, quãto incorruptibilia in illis ſunt. Q̃m em̃ eſſe quidditatiui cõditiones ſunt fixio, immobilitas, & certitudo, & particularitati coniũctũ in certũ & variabile, atq; corruptibile ẽ, q̃a materialia ſunt oĩa particularia, quorũ habemus ſcientiã, & vt fundat vniuerſalitatem inuariabile & certũ eſt, ideo nõ ſolũ nihil min⁹ vniuerſale eẽ, q̃ pticulare dixit, ſed magis quãto incorruptibiliora ſunt ipſa vr̃ia, inſinuãs ex hoc eẽ quidditatiuũ ibi magis inueniri, vbi ſcd̃m ꝓprias ei⁹ cõditiones inuenitur q̃ vbi extraneis cõiũctũ eſt. Quòd aũt taliter inueniri q̃dditatiuè magis proſit ſciẽtiæ, nõ eſt opus declarare. Intẽtũ aũt ab Ariſtotele hunc eſſe ſenſum patet, tũ quia hoc mõ directè & vniuerſaliter vr̃ia magis magnificanť, tũc q̃a ex tali vniuerſaliũ dignitate Peripatetice demõſtratiões nobilitantur. Ad primũ ergo nõ oportet aliter rñdere, q̃a procedit iuxta primũ ſenſum. Ad ſcd̃m quoq; iã dictũ eſt q̃ hic non loq̃mur de vniuerſali & particulari, vt vnũ includit reliquũ, ſed de eis vt diſtinguũtur mõ declarato: licet em̃ natura particularis includat totũ id, q̃d̃ eſt natura eadẽ formaliter ſumpta nõ em̃ includit modũ illũ, ſed oppoſitũ ponit, nec eſt idẽ natura vt particularis, & natura vt vr̃is fundamentaliter. i. vt formaľ ſumpta. Ad tertiũ dr̃, q̃ nõ militat aduerſus intentũ noſtrũ, q̃m Ariſtoteles ibi loquiť de toto cõiũcto. ſ. re vniuerſali, hic autẽ loquiť de ſubſtrato, vt ſic: cuius ſignũ eſt q̃ ibi dixit, aĩal vniuerſale nihil eſt: hic aũt vr̃is tm̃ noĩe vſus eſt. Ad id verò, q̃d̃ cõtra rõnẽ obijciť, dr̃, q̃ ẽt incorruptibilitas negatiua arguit directè pfectionẽ modũ ipſius eſſe quidditatiui, de quo loquebať Ariſtoteles, vt ex dictis patet, & indirectè arguit diuturnius eſſe actualis exiſtẽtiæ: q̃m, ſi ex ſe non corrũpiť in alijs exiſtẽs, corrupto vno ſaluaťr alio, quod particularibus nõ cõuenit. Propter q̃d̃ Ariſtoteles in litera nõ dixit abſolutè quãto incorruptibilia ſunt, ſed addidit in illis: quaſi diceret, q̃m vniuerſalia in particularibus poſita corruptibilibus incorruptibilitatẽ ſcd̃m ſe ſeruant, & illis diuturniora ſunt, magis ſcd̃m eſſe quidditatiuũ ſunt, & quodãmodo ſecundũ eſſe actualis exiſtentiæ.

Num habens particulare habeat ipſum vniuerſale.

CIrca quartã & ſextã rõnes dubitať. Quia falſum vr̃ eſſe, q̃ habẽs particularem nõ habeat vniuerſalem in actu, neq; in potẽtia. Quòd em̃ cognoſcẽs particulare cognoſcat vniuerſale in actu, ꝓbať ex eo, q̃ vniuerſale actualiter clauditur in ſuo minus vniuerſali, q̃d̃ particulare dr̃, tã in tr̃is q̃ in ꝓpoſitiõib⁹. in Iſocele em̃ claudiť triãgul⁹, & in hac ꝓpoſitiõe, Iſocheles habet tres claudiťiſta actu, Triangulus habet tres, vt patet ponẽdo diffinitionẽ loco noĩs &c. Quòd aũt ſciẽs particularẽ, ſciat vniuerſalẽ in potẽtia, ꝓbať ex eo q̃ vniuerſa lioris notitia ex minus vniuerſalib⁹ colligiť: ſicut vniuerſalis ex particularibus, impoſsibile aũt eẽt ex inferiorũ cõueniẽtia ſuperioris notitiam acq̃re, niſi in cognitiõe particularis eſſet in potẽtia cognitio vr̃is. Ad hoc dr̃, q̃ dictũ Ariſtotelis eſt ſimpliciter verũ, nec hmõi argumẽta cogũt ad oppoſitũ. Primum ſiquidem deficit, q̃m aliud eſt, id q̃d̃ eſt vniuerſale claudi actu in particulari, & aliud eſt vniuerſale claudi in particulari. Ad primũ em̃ ſufficit rẽ ſignificatã per nomẽ primæ impoſitionis illi⁹ vniuerſalis includi particulari, vt res ſignificata per ly aĩal, in hoĩe claudiť. Ad ſecundũ autẽ reqriť, q̃ res illa vt hẽt actũ vniuerſalis. i. diſtributa claudaťr in eo: vt q̃ oẽ aĩal ſit in hoĩe, primũ qui dẽ eſt verũ & nõ ad propoſitũ: ſcd̃m eſt falſum & eius cõtradictoriũ affirmatũ eſt ab Ariſtotele, & eſt ad propoſitũ, q̃m ad cognoſcẽdã hanc, Triangulus habet tres, vt vniuerſalẽ, ſiue prioriſtice, ſiue poſterioriſtice (quos demonſtratio exigit) nõ ſufficit cognoſcere hãc, Iſocheles habet tres, vt patet. Scd̃m aũtẽ deficit ex ignorantia metaphyſicę dupliciter: primò q̃a nõ aduertit de quali potẽtia loquaťr Ariſtoteles: ſcd̃ò q̃a meminit quid ſit propriè eſſe in potentia, ꝓcedit ſiquidẽ argumẽtum, ac ſi Ariſtoteles loquereť de potẽtia logica, aut de potẽtia phyſica quacũq;, cũ tñ Ariſtoteles loquaťr de potẽtia phyſica actiua volẽs particularẽ eſſe in actiua potentia vniuerſalis, & non è cõuerſo: q̃m vniuerſalis eſt ſcd̃m naturã præmiſſa ipſius particularis includẽs in ſe mediũ, quo paſsio de particulari cõcludiť: cõſtat aũt ex. 2. Phyſicorũ, q̃ præmiſſæ in gñe cãæ efficientis cõcluſionẽ inferũt, & q̃ nihil eſt efficiẽs ſuæ cãæ effectiuæ, ſimiliter eſſe impotẽtia aliq̃d nõ ꝓpriè dr̃ oẽ illud, q̃d̃ quotcũque & quibuſcũq; auxilijs põt in illud duci, ſed q̃ vnico tm̃ motore eget vt deducaťr in actũ, vt dr̃. 9. Metaphyſi. & ꝓpterea q̃a ſciens vniuerſalẽ ꝓpoſitionẽ vnica tm̃ mutatione põt particularẽ ſcire, agnoſcẽdo. ſ. illud particulare cõtineri ſub tali vniuerſali. Sciẽs aũt particularẽ ꝓpoſitionẽ nõ vnica ſed multis eget cognitiõib⁹ ad cognoſcendũ vniuerſale, vt ſic: tũ q̃a inductiõe opus eſt: tũ, q̃a, vt dictũ fuit in cap. 5. etiã ſi oĩa particularia eſſent nota adhuc nõ eſſet notũ vniuerſale ſcd̃m ſpeciẽ, ſed ſecũdũ numerũ tm̃: ideo meritò ſciẽs vniuerſalẽ dr̃ ſcire particularem in potentia & non è conuerſo.

CIRCA ſeptimã rõnẽ dubitatur, q̃a Ariſtoteles vr̃ egredi limites ꝓpoſiti: tractat em̃ de demõſtratiõe vniuerſali & particulari, quarũ vtraq; intellectu cõſpiciť, & ab eo fit & deſcẽdit ad particularia ſenſibilia, quod vitioſum eſſe vr̃. Ad hoc dr̃ q̃ Ariſtoteles à propoſito non receſſit: ſed vndiq; rationes adunans, ſicut ex modo gñationis particularium ex vniuerſali, & proceſſus ad vniuerſale à particularibus tertiam rõnẽ confecit, quia partitio ducit in infinita: collectio aũt adunat & finit: ita nũc ex tr̃is vniuerſalis ꝓceſſus vt ſic, & particularis vt ſic, vniuerſalẽ magnificat, termini ſiquidẽ particularis, ꝓceſſus, pticularia ſenſibilia ſunt.

Circa.te. cõ. 31. ſecundũ S. Tho.

Tex. c. 2.

Tex. c. 13.

Ad quæ

Ad quæ cũ peruentũ fuerit nõ amplius particularizari põt demõſtratio, termini aũt vniuerſalis ꝓceſſus, vt ſic vr̃ia oportet eſſe quæ intellectu cõſtũt, nõ eſt igiť extra ꝓpoſiti terminos vagatus.

De comparatione demonſtrationum affirmatiuæ & negatiuæ & ducentis ad impoſsibile. CAP. XXI.

OVòd autem monſtratiua ſit dignior priuatiua hinc manifeſtum: ſit em̃ hæc demõſtratio melior (alijs eiſdẽ exiſtẽtibus) quæ eſt ex paucioribus petitionibus, aut ſuppoſitionibus, aut propoſitiõibus: ſi em̃ notæ ſimiliter ſunt, celerius cognoſcere ꝓ has inerit: hoc autẽ eligibilius eſt. Rõ autẽ ꝓpoſitionis, q̃ melior, quæ ex minoribus, vniuerſaliter hæc eſt: ſi em̃ cõſimiliter eẽt hoc, q̃d̃ eſt, nota eſſe media, priora notiora eſſent. Sit demonſtratio quidẽ ꝓ media B C D, q̃ A ipſi E ineſt: quæ verò ꝓ F G, q̃ A ipſi D. Cõſimiliter itaq; ſe hẽt, q̃ A ipſi D ineſt, & A ipſi E, q̃ A ineſt ipſi D priꝰ & notius eſt, q̃ q̃ A ipſi E, ꝓ hoc em̃ illud demõſtrať: credibilius aũt eſt id, q̃d̃ eſt ꝓ q̃d̃: igitur demõſtratio, quę ꝓ pauciora, eſt melior alijs eiſdẽ exiſtẽtibus, ambæ igitur & per tea minos tres & ꝓpoſitiões duas mõſtrant: ſed hæc quidẽ eſſe aliq̃d accipit, illa verò & eſſe & nõ eſſe aliq̃d, per plura igiť, quare & peior eſt. Præterea q̃m monſtratum fuit, q̃ impoſsibile eſt, vt vtriſq; exiſtentibus priuatiuis propoſitiõibus ſiat ſyllogiſmus, ſed hãc quidẽ oportet talẽ eſſe, illã verò, q̃ ineſt. Amplius ad hoc oportet hoc accipere, ꝓdicatiuas em̃ (aucta demonſtratiõe) neceſſariũ eſt fieri plures, priuatiuas verò impoſsibile eſt plures eſſe vna in oĩ ſyllogiſmo. Sit em̃ nulli inexiſtens ipſum A in quot ipſum B, C verò oĩ inexiſtẽs ipſum B, ſi verò oporteat rurſus augere vtraſque ꝓpoſitiones, mediũ inijciendũ, ipſius quidẽ A B ſit D, ipſius verò B C, E: E quidẽ igitur manifeſtũ, q̃ eſt prædicatiuũ, D verò de B quidẽ prædicatiuũ, ad A verò vt priuatiuũ ponitur: D em̃ de oĩ B, A autem nulli oportet eorũ, quæ D ineſſe: ſit igitur vna priuatiua propoſitio, quæ eſt A D. Idẽ verò modus & in alijs ſyllogiſmis: ſemper em̃ mediũ ꝓdicatiuorũ terminorũ, prædicatiuũ in vtraq;, priuatiui aũt in altera priuatiuũ neceſſariũ eſt eſſe: quare hęc vna talis fit ꝓpoſitio, aliæ verò ꝓdicatiuæ. Si igiť notius, per quod monſtrať & credibilius: monſtratur aũt priuatiua quidẽ per prædicatiuã: hoc aũt per illam non monſtratur: prior igiť & notior exiſtens & credibilior melior vtiq; erit. Amplius, ſi principiũ ſyllogiſmi eſt vniuerſalis ꝓpoſitio immediata: eſt aũt in mõſtratiua quidẽ affirmatiua, in priuatiua verò negatiua vniuerſalis propoſitio, affirmatiua aũt negatiua prior & notior, ꝓpter nanq; affirmationẽ negatio nota. Et prior affirmatio, quẽadmodũ & ipſum eſſe ipſo nõ eſſe: quare melius principiũ monſtratiuæ q̃ priuatiuæ: quæ verò meliorib⁹ principijs vtitur, melior eſt. Amplius principalior, ſine em̃ mõſtrante non eſt priuatiua. Q̃m verò prædicatiua priuatiua melior eſt, planũ q̃ & ad impoſsibile ducente: oportet aũt ſcire, quæ eſt dr̃ia ipſarum: ſit itaq; A inexiſtens nulli B, ipſi verò C oĩ ipſum B: neceſſe vtiq; eorũ, quę C, nulli ineſſe ipſum A. Sic igiť acceptis, oſtẽſiua vtiq; priuatiua eſſet demõſtratio, q̃ A ipſi C nõ ineſt: quę verò ad impoſsibile ita ſe habet, ſi oporteat monſtrare, q̃ A ipſi B nõ ineſt, accipiẽdũ eſt A ineſſe ipſi B, & B ipſi C: quare cõtingit A ipſi C ineſſe. Hoc autẽ fit notũ & confeſſum, q̃ impoſsibile: non igitur põt A ipſi B ineſſe, ſi igitur B ipſi C cõfeſſum eſt ineſſe, A ipſi B impoſsibile eſt ineſſe: termini igiť conſimiliter ordinantur. Differt aũt vtra ſit notior ꝓpoſitio priuatiua, vtrũ q̃ A ipſi B nõ ineſt, an q̃ A ipſi C: cũ igitur cõcluſio eſt notior, q̃ nõ eſt quæ ad impoſsibile fit demõſtratio, cũ aũt in ſyllogiſmo ſit, demonſtratiua eſt: natura aũt prior eſt, q̃ A ipſi B, q̃ q̃ A ipſi C ineſt: priora em̃ ſunt cõcluſiõe, ex quibus eſt cõcluſio, eſt aũt A ipſi C nõ ineſſe, concluſio. A verò ipſi B, ex quo eſt concluſio. Nõ em̃ ſi cõtingit ablatũ eẽ aliq̃d, hoc eſt cõcluſio, illa verò ex q̃b⁹ ſunt, ſed hoc quidẽ eſt, ex quo ſyllogiſmus eſt q̃ vtiq; ſic ſe habet, vt aut toti⁹ ad partẽ, aut partis ad totũ habeat rõnẽ: ſed A C, & A B propoſitiones non

Vide lib. 2. cœli. cap. 3.

nes nõ ſe habẽt ita inter ſe: ſi igitur quæ ex notioribus & prioribus melior: ſunt autẽ ambæ ex eo, ꝙ non ſit aliquid, credibiles, ſed hæc quidẽ ex priori, illa verò ex poſteriori: melior ſimpliciter vtiq; erit priuatiua demõſtratio ea, quæ eſt ad impoſsibile, quare & quæ hac melior p̃dicatiua, eſt manifeſtũ, ꝙ & ea, q̃ ad impoſsibile ẽ melior.

Summa huius capituli hæc eſt.

Prima cõcluſio. DEmonſtratio affirmatiua dignior eſt demõſtratiõe negatiua, ꝓbat quinq; rõnibus. Primò ſic, demonſtratio ex minoribus q̃onibus, aut ſuppoſitionibus, aut ꝓpoſitiõibus (alijs eiſdẽ exiſtentibus) eſt dignior ea, quæ ex pluribus eſt. Demõſtratio affirmatiua eſt ex minoribus q̃ negatiua: ergo, maior ꝓbat dupliciter: primò ꝙa ſi ſunt vtrobiq; ſimiſr nota, velocius eſt cognoſcere per pauciora: hoc aũt appetibilius eſt &c. ſcđa ꝓbat ſupponẽdo media. ſ. eiuſdẽ ordinis ſimiſr eſſe cognita, & priora eſſe notiora, q̃m demonſtratio ex paucioribus eſt ex prioribus, & conſequenter ex magis cognoſcibilibus, q̃m credibilius eſt ꝙ quod demonſtrat. Quòd autẽ demonſtratio ex paucioribus ſit ex prioribus & notioribꝰ declarat in terminis duarũ demõſtrationũ primæ: quarũ A eſt primũ: E tertiũ: B C D tria media poſita ſub A & ſupra E, ita ꝙ ſcala ſit A B C D E. Secundũ autem demõſtratiõis per pauciora: A primũ, D tertiũ, B C duo media ſunt: ita ꝙ ſcala eſt A B C D. Manifeſtũ eſt aũt ꝙ ſimiſr ſe habent cõcluſiones vtriuſq; demonſtrationis & ꝙ concluſio ſcđæ eſt prior cõcluſiõe tertiæ cũ ſit illius principiũ (vel ſecundũ aliã literã) ſecunda demõſtratio in alijs medijs formet, ita ꝙ A ſit primũ: C tertiũ Z H duo media, & ſubdat. Manifeſtũ eſt ꝙ ſimiliter ſe habent cõcluſio ſecũdæ: & penultima cõcluſio totiꝰ ꝓceſſus primi, ſed hæc prior vltima cõcluſiõe, ꝙa eſt eiꝰ principiũ: ergo cõcluſio ſecũdæ, quæ eſt ex paucioribꝰ, eſt prior ea, quę eſt ex pluribꝰ. Minor aũt principalis ꝓbatur, ꝙa affirmatiua accipit aliq̃id eſſe, negatiua verò eſſe & nõ eſſe: licet vtraq; ſit per tres terminos & duas propoſitiones. Secũdò quoniam ex puris negatiuis non poteſt fieri ſyllogiſmus, ſed altera affirmatiua opus eſt &c.

Tertiò q̃m demonſtratio affirmatiua eſt prior & notior & credibilior negatiua: probatur, quoniã priuatiua per prædicatiuã, prædicatiua autẽ per illam non demõſtratur: probat, q̃m augmentata negatiua demõſtratione neceſſe eſt fieri plures affirmatiuas propoſitiões, negatiuã verò vnã tantum in omni ſyllogiſmo: declarat hoc in ſecũdo primę in terminis A primo: C tertio: B medio, D medio maioris, & E medio minoris: nulla ſiqdẽ negatiua fiet ꝓpoſitio, niſi maior ꝓſyllogiſmi ad maiorẽ ꝓbandam, reliquæ oẽs affirmatiuæ ſunt.

Quartò demõſtratio vtẽs dignioribꝰ principijs eſt dignior: ſed affirmatiua eſt huiuſmodi: ergo probatio minoris, q̃m affirmatiuæ principiũ eſt vniuerſalis immediata affirmatiua, negatiuę verò negatiua & illa & illa eſt prior notior: probat, q̃m negatiua per affirmatiuã nota eſt, & prius eſt eſſe q̃ non eſſe, &c. Quintò quoniã ſine demonſtratiua non eſt priuatiua, ſed è conuerſo. ergo &c.

Demonſtratio negatiua oſtenſiua eſt, quæ primum de tertio negatiuè concludit per medium, à quo negatur primum, & affirmatur de tertio: declaratur in terminis A primo: C tertio B medio.

Demõſtratio aũt ducẽs ad impoſsibile eſt, quę probat verã negatiuã, aſſumit affirmatiuã oppoſitam, & ſubſumit affirmatiuã verã, & infert cõcluſionem, de qua notũ & certũ eſt ꝙ ſit impoſsibilis, & ſic certificata præmiſſa vera cõcludit aſſumptã affirmatiuã oppoſitã, probando eſſe impoſsibilẽ, & per hoc ibi oppoſitã negatiuã eſſe veram &c. declarat in terminis A primo: C tertio: B medio, ita ꝙ B non eſt A ſit negatiua probanda.

Termini quidẽ ſimiliter ordinantur in vtraq;: ſed differt quo & qualis ſit notior priuatiua oppoſitio: q̃m q̃ cõcluſio eſt notior, q̃m non eſt, fit demonſtratio ad impoſsibile: cũ aũt quæ verę negatiua præmiſſa eſt, notior ſit, oſtẽſiua demõſtratio fit declarat in terminis eiſdẽ, ita. ſ. ꝙ nullũ B eſt A ſit vera & verę præmiſſa ſcđm ſe, & illa, nullũ C eſt A ſit vera ſcđm ſe, cõcluſio illius fuit ſiquidẽ illa maior negatiuæ oſtẽſiua, & iſta cõcluſio eiꝰ, & deſtructio cõcluſiõis impoſsibilis in demõſtratione ad impoſsibile, vt clarè patet, & cõſequẽter ibi aſſumpta vt p̃miſſa ad illã negatiuã probandam.

Secunda cõcluſio. Demonſtratio negatiua potior ſimpliciter eſt ducente ad impoſsibile: ꝓbat, demõſtratio ex notioribus & credibilioribus dignior eſt: negatiua eſt hmõi: ergo, probatur minor, q̃m cum vtręque ſint ex non eſſe credibiles, negatiua eſt ex priori, ad impoſsibile verò ex poſteriori: probatur, quoniam negatiua eſt ex quibus eſt concluſio, ad impoſsibile verò eſt ex cõcluſione: declarat in terminis eiſdẽ, & propoſitionibus eiſdẽ. ſ. nullũ B eſt A: & nullum C eſt A: ex quarum prima procedit negatiua, & ſecunda robur trahit ad impoſsibile.

Rñdetur cite quæſtioni. Non enim ſi ex deſtructione affirmationis verificari negatiuã contingit negatiua iſta eſt cõcluſio, & ea, ex quibus infertur ſunt ex quibus, ſed illud eſt, ex quo fit ſyllogiſmus, quod ſe habet ad cõcluſionẽ vt totũ ad partẽ, & illa ad iꝑm vt pars ad totum: hoc autẽ non cõuenit illi, nullũ C eſt A reſpectu illius, nullum B eſt A ſed è conuerſo.

Tertiacõ cluſio. Quare quoniam prædicatiua dignior eſt negatiua, & ea, quæ eſt ad impoſsibile potior erit.

Series autem hæc eſt.

DEFINITA prima quæſtiõe, reliquas exequit, & primò ſcđam vnica cõcluſione quinq; rõnibus firmata, ſcđò tertiã oſtendens ꝙd ſit demõſtratio negatiua, ꝙd ad impoſsibile, in quo cõueniãt & differãt & cõcluſionẽ rñſiuã ſubdens vnica rõne roborată, excludendo quandã cõtra rõnem obiectionẽ: & licet excluſio rationi inſeratur ab Ariſtotele, ſeparauimus tñ eã, vt clarius videat quod dicitur: vltimo tertiam concluſionẽ adiecit, affirmatiuã demonſtrationem extollentem &c.

Annota. CIRCA primam rõnẽ prima cõcluſione aduerte, q̃ideo dupl̃r formata eſt, quia difformiter habeť in diuerſis trãſlationibꝰ: litera ſiquidẽ cõis, quã ſecutus eſt ẽt Albertus: primũ ſenſum oſtendit. Litera aũt, quã expoſuit S. Tho. ſecundũ ſenſum habet, quẽ & habet trãſlatio quędã. cui ex diuerſis locis perpẽdi expoſitionẽ S. Thomæ verba liter confirmiorẽ eſſe q̃ cõi. Dico aũt hoc, q̃m penes me habeo quãdam tranſlationẽ, quæ niſi ſcriptorũ arbitrio quibuſdã quibꝰ annexa eſt cõmentarijs ſociata ſit Boetiana eſt, q̃m eloquẽtia Commentariorũ Boetium ſonat, cõpertũ tñ hoc mihi non eſt, eo ꝙ in cap. de vniuerſali quædam recitat Albertus ex Boetio, quæ in eo nullo modo ſunt, licet ad hoc poſſet dici, ꝙ Boetius duas æditiones ſuper libros Poſteriorum fecit, ſicut ſuper libros Perihermenias & Porphyrij. Vel fortè ꝙ vitio ſcriptoris ab Alberto Boetius noťat: nec tñ trãſlatio iſta eſt illa, quã expoſuit S. Th. vt ex ſequẽti cap. conſtat, niſi libros defectibus plenos habeamus, vel habuerit. Cuiuſcunq; ergo ſit trãſlatio illa hẽt expreſſe: vt S. Th. exponit. Et melior vr̃ iſta trãſlatio in hoc q̃ cõis (ſi vt rõ hoc introducit) ſecꝰ autẽ ſi vt declaratio: q̃m iuxta hanc Ariſtoteles facit eandẽ concluſionẽ primæ demonſtrationis & ſecundæ, & dicit ſimiſr ſe habere illã concluſionẽ, vt infertur per ſecundã & penultimã cõcluſionẽ primæ, quod indubiè verũ eſt, q̃a vtraq; per duo media ꝓceſſit: & per hoc, cum penultima ſit prior vltima & eius principiũ, ſequit ꝙ cõcluſio ex paucioribus ſit prior. Secundũ cõem verò tranſlationem Ariſtoteles non verè accipit duos proceſſus, ſed primo totum, deinde partẽ, primã ſiquidẽ demonſtrationẽ facit coniungẽdo ſupremũ infimo p̃tria media: ſecundã verò, ſupremũ coniungẽdo penultimo: & ſic minuit vnũ mediũ, & ſubdit ꝙ ſimiliter ſe habent cõcluſio primæ & cõcluſio ſecundæ, & concludit, ꝙ cõcluſio ſecũdæ eſt prior: vbi non ita apparet, cũo hoc ſequatur, nec cũo ſi militer ſe habeant. Declaratio tñ ſtat dicẽdo ꝙ ſimiliter ſe habent, nõ quo ad numerũ mediorum, ſed quo ad cætera: puta ꝙ ſunt ex prioribus & notioribus ſcđm naturã &c. & ꝙ non infert ex ſimiliter ſe hr̃e cõcluſio: ergo cõcluſio ſcđæ eſt prior, ſed ꝙ per (ly ſimiſr ſe habere) declaratur ꝙ cætera ſunt paria, & poſtmodũ q̃a cõcluſio ſcđæ eſt principium concluſionis primæ declarat ꝙ eſt prior.

Quantũ valeat proceſſus Ariſt. probantis demonſtratio nẽ ex minoribus abſolutè procedentẽ digniorem eſſe, ea quæ ex minoribus qualitatiuè procedit.

Dictiõis figura li. 1. Elenc. cap. 3. CIrca ꝓbationẽ minoris eiuſdẽ rõnis dubitat, q̃m Ariſtoteles vr̃ incidere in vitiũ figuræ dictionis, q̃m aſſumit & probat demonſtrationẽ ex minoribus abſolutè eſſe digniorẽ, & poſtmodum declinat ad minores qualitatiuè, vbi expreſſe mutaſſe vr̃ terminos quantitatis in qualitatẽ. Ad hoc dr̃ dupl̃r. Primò, ꝙ maior aſſumpta ab Ariſtotele conditionanda eſt, ſicut probatio minoris conditionať, ita vt intelligať ſic proceſsiſſe, demonſtratio ex paucioribus qualitatiuè eſt certior: Affirmatiua eſt hmõi: ergo & ſecundũ hoc nulla deceptio accidit: proceſſus tñ probans maiorẽ hũc ſenſum nec tangere vr̃, ſed ſimpl̃r ꝓbat demõſtrationẽ ex paucioribus eſſe potiorẽ. Scđo dr̃, ꝙ Ariſtoteles breuitati ſtudẽs ſub tr̃is quãtitatiuis qualitatiuos ſubſumpſit, non vt qualitatiuæ ſunt, ſed q̃m ex eis quãtitas cognoſcit maior vel minor &c. & cõſequẽter nullũ fuit in eiꝰ ꝓceſſu vitiũ, ſed ſubtilis breuitas. Quòd aũt ita ſit, ꝙ. ſ. demõſtratio ex pluribus in qualitate ſit ex pluribus in quantitate, & ex paucioribus ſcđm qualitatem ſit ex paucioribus ſimpl̃r, & cõſequenter ꝙ affirmatiua demonſtratio, quæ cõſtat ex affirmatiuis tñ ſit ex paucioribus, & negatiua, quæ cõſtat ex affirmatiua & negatiua ſit ex pluribus ſic manifeſtať. Ad probandũ præmiſſas demonſtrationes affirmatiuæ nõ p̃t aſſumi, niſi ea, quæ inſunt per ſe in primo vel in ſecundo modo, antecedentia. ſ. & conſequentia: q̃m omnes præmiſſæ affirmatiuæ ſunt. Ad probandũ autẽ præmiſſas negatiuæ demonſtrationis, q̃m vna præmiſſa eſt affirmatiua oĩa ſu pradicta contingit ſumere: q̃m verò altera præmiſſa eſt negatiua extraneũ ab altero extremorũ mediũ oportet ſumere, & ſic plura media ſunt, ſi præmiſſæ plures ſcđm qualitatẽ ſunt, vtraq; rñſio conueniens videtur, ſed ſecunda Alberto placet, & ipſi magis textus conſentire videtur.

De certitudine & vnitate & diuerſitate ſcientiarũ & demonſtrationum. CAP. XXII.

Vide. 1. de anima cap. 1. & libr. 8. Topi. capit. 2. SCientia aũt eſt certior & prior ſcientia, quæ ipſius ꝙ, & ꝓpter quidẽ eadẽ, ſed nõ ea, quæ ſeorſum ipſius ꝙ ab ea, quæ ꝓpter quid: & quæ non de ſubiecto eſt ea, quę de ſubiecto, vt Arithmetica Harmonica: & quæ ex paucioribus ea, quæ eſt ex appoſitione, vt Arithmetica Geometria: dico autem ex appoſitionẽ, vt vnitas eſt ſubſtantia ſine poſitionẽ, punctus verò ſubſtantia cum poſitione, hoc autem ex appoſitiõe.

Per genꝰ, ſubiectũ intellige, vt paſſim apud Ariſtote. Vna autem ſcientia eſt, quæ eſt vnius generis, quæcunq; ex primis componuntur, & partes ſunt, aut paſsiones horum per ſe. Altera verò ſcientia eſt ab altera, quarumcunque principia, neque ex ijſdem, neque alteræ ex alteris ſunt: huius autem ſignũ, cum ad indemonſtrabilia venerit: oportet enim ipſa in eodem genere eſſe cum his, quæ demonſtrantur: ſignum autem & huius, cum ea, quæ monſtrãtur per ipſa, in eodem

eodem gñe sint,& cognata. Plures autem demonstrationes esse eiusdem euenit, nõ solum ex eadem coordinatione accipienti non continuũ mediũ(vt eorũ,quæ A B, C & D & E) sed & ex altera,vt sit A transmutari, in quo aũt D moueri, ip̃m verò B lætari,& rursus E q̃escere. Verũ est igit & D de B, & A de D p̃dicari:nã q̃d lætat mouet,& q̃d mouet trãsmutat:rursus A de E. & E de B verũ p̃dicari: quare p altera media,& nõ ex eadẽ coordinatiõe syllogism⁹ ẽ,nõ tn̄, vt neutrũ de neutro dicat mediorũ:necesse est em̄ eidẽ alicui ambo inesse. Cõsiderãdũ aũt est & p alias figuras,quot modis cõtingit eiusdẽ fieri syllogismum.

Summa huius capituli hæc est.

Prima cõclusio. SCiẽtia est certior & prior alia tripl̃r.s. quæ eadẽ est ipsi⁹ qa,& ꝓpter qd:sed nõ est ea,quæ est ipsius qa tm̄,extra eã, quæ est ꝓpter qd & q̃ nõ est de subiecto illa,quæ ẽ de subiecto, vt arithmetica, harmonica,& q̃ ex minorib⁹ ea, q̃ ẽ ex appositione,vt arithmetica de vnitate,geometria de pũcto.

Secunda cõclusio. Scientia est vna quæ est vnius generis,quæcunque ex primis componuntur,& partes aut passiones horum sunt per se.

Tertiacõ clusio. Altera sciẽtia ab altera est quorũcũq; pricipia, neq; ex eisdẽ,neq; ex alterutris sunt. Declarat̃ à signo,quẽ resoluendo venit in demonstrabilia quæ oportet esse eiusdẽ generis,cũ his,quæ demõstrantur.Declaratur & hoc à signo, quoniam demonstrabilia per seipsa in eodẽ genere sunt & ꝓxima.

Quarta cõclusio. Plures demõstratiões esse eiusdẽ possibile est, nõ solũ ex eodẽ ordine accipiẽti non cõtinuũ mediũ,sed ex altero.Declarat̃ primũ in trĩs A primo, B tertio, C D E medijs ex eodẽ ordine subordinatis.Declarat̃ scdm in trĩs A primo,B tertio, D E in medijs diuersorũ ordinũ, & applicant̃ ad speciale exẽplũ,lętans tertiũ,transmutatur primũ,mouet̃ & quiescit media diuersa:probatur deinde de hoc secundũ,quoniam neutrũ de neutro dici cõtingit mediorũ,& necesse est eidem alicui vtraq; inesse.

Series autem hæc est.

Qui dicit sciẽtiã,dicit vnam sciẽtiã,ex lib.1.Elẽ. capi.5.& lib.4.Metaph.2. COMPARATIS demõstratiõib⁹, sciẽtias earũ effect⁹ cõparare intẽdit in hoc cap.& tria facit:qa primò in prima cõclusiõe cõparat eas scdm certitudinẽ:secundò secundũ vnitatem & diuersitatẽ duabus conclusionibus: tertiò quotupliciter cõtingat eiusdẽ esse diuersas demonstratiões ostẽdit sic ex hoc insinuans tantã esse vim diuersitatis principiorũ ad sciẽtias distinguendũ, vt etiã circa eandẽ conclusionem diuersas pariant scientias.

Quæ nam ad scientiæ vnitatẽ & distinctionẽ spectent.

CIrca secundã & tertiã conclusiones,& ea quæ à S.Tho.in earũ expositiõe dicunt̃, multa occurrunt notãda & dubitanda: ante cætera autem oportet declarare principales terminos, q̃d.s. importet scientia vna,& genus vnũ, & q̃d cõstituat genus vnũ,& deinde ad singula descẽdere. Scientia ergo sicut & quælibet res põt tripl̃r dici vna.s. numero,spẽ & gñe,sicut per oppositũ aliq̃ sciẽtiæ distinguunt̃ numero, vt geometria in anima istius,& geometria in aĩa illius:& aliquæ specie,vt geometria & arithmetica : & aliquæ gñe, vt geometria & metaphysica & physica. Qm̄ aũt vnitas & distinctio numeralis scientiarũ ex vnitate & distinctione animarũ, in quibus sunt subiectiuæ sunt̃,& inter ea,quæ per accidẽs sunt ordinãtur, eo ꝙ in infinitũ ꝓcedit talis distinctio, & nũc de formali tã distinctione q̃ vnitate scientiarũ sermo sit:clarũ est ꝙ non de vnitate numerali intelligendũ est,cum dr̃ scientia vna est quæ &c. Quia verò vnitas generica nõ est vnitas formalis simpl̃r, qm̄ iuxta gña latent multa, vt dr̃ in.7.Phy si. & vt dictũ est,formalẽ vnitatẽ sciẽtiæ inquirimus simpliciter,& secũdũ primariã intentionẽ loquẽdo, nec etiã de vnitate generica sermo est qm̄ dr̃, vna autẽ scientia est &c. Vnde restat ꝙ de vnitate specifica seu formali simpliciter sermo sit,cũ dr̃ scientia est vna &c. Notanter aũt dixi ꝙ primaria intentione & simpliciter non est hic sermo de vnitate generica,qm̄ ex consequenti(vt ex dicẽdis patebit)vnitas generica apparet ex verbis Aristo. & non solũ specifica. Similiter cũ dicitur generis vnius nõ est intelligẽdũ de vnitate numerali,aut generica, sed specifica seu formali:ly nanq; genus(vt in cap.de clarauimus)& speciẽ atomam,& analogũ in se cõprehendit. Est ergo sensus cõclusionis, ꝙ scientia vna formaliter est cuius obiectũ est vnũ formaliter. Vnde aũt sumat̃ vnitas formalis gñis subiecti ex verbis Aristo. & S.Tho. sic accipere contingit. Cùm enim ab eodẽ res habeat esse & vnũ esse, oportet idẽ esse principiũ formale constitutiuũ generis subiecti in tali esse,& dans ei talẽ vnitatẽ. Cõstat aũt ꝙ res plurimæ ab eadẽ sciẽtia cõsiderant̃, vt in geometria triãguli & quadranguli &c. & ꝙ habẽt ꝙ subijciãtur tali scientiæ nõ vndecũq;, sed ex aliqua rõne formali aliquo modo in eis inuenta, & cõsequẽter ab eadẽ rõne formali necesse est habere vnitatẽ formalẽ subiectũ talis scientiæ, ac per hoc quæ sit illa rõ formalis, aut vnde sumatur oportet videre ad intelligendũ vnde sciẽtiæ subiectũ vnũ formaliter sit. Sciendum est ergo, ꝙ res diuersa ad aliquã vnã scientiã pertinẽtes põt dupliciter cõsiderari. Vno modo scdm earum singulas naturas,vt triãgulus inquantũ triangulus, & quadrangulus vt sic,& sic quot sunt res formal̃r differentes,tot sunt rõnes formales. Alio modo cõsiderantur, vt adunantur in aliqua cõi rõne formali, vt triãgulus & quadrangulus &c. inquantũ cõueniunt in rõne figuræ,vel quãtitatis &c. & sic quãtuncunq; res distẽt, oĩm est vnica rõ formalis. Et qa experimur res diuersas secundũ se formal̃r subeadẽ scientiæ cõsideratione contineri, vt patet in geometria,de tot spẽbus figurarũ, & arithmetica de spẽ-

Quid sciẽtia vna. Vna tripliciter.

T.c.31.

Quid cõsequẽs vnũ. ca.8. circa.tex. cõm.20. Vñ supra rõ formalis vna.4. Metaph. tex.cõ.3.

de spẽbus numerorũ, & in metaphysica de oĩb⁹ p̃dicamẽtis & substãtijs immaterialib⁹:ideo oportet rõnẽ formalẽ cõstitutiuã gñis subiecti in aliqua sciẽtia eẽ rõnẽ cõem oĩbus in ea cõsideratis, aliter non eẽt subiectũ vnũ, sicut nec rõ formalis esset vna, sed tot subiecta quot naturæ formal̃r differẽtes,& cõsequẽter nõ caderẽt sub vna scientia,sed diuersis,q̃d est cõtra hypothesim. Et cõfirmat̃,qa aliter subiectũ sciẽtiæ nõ solũ cõtingeret nõ hr̃e p se partes subiectiuas, sed esset impossibile etiã tales partes hr̃e,cõtra Aristotelẽ hic:patet sequela,qm̄ tã partes subiectiuæ inter se q̃ à toto vniuersali formaliter distinguũtur: & cõsequẽter si distincta formaliter scdm ꝓprias rõnes distincta formalia subiecta sunt, & distincta formaliter sciẽtias faciũt, alteri⁹ speciei erit sciẽtia d̃ triãgulo, à sciẽtia de Isoschele, & vtraq; sciẽtia de Scalenone & hmõi,q̃d ridiculũ ẽ. Cõstituit ergo subiectũ scientiæ in tali esse per aliquã rõnẽ formalẽ vnã formaliter cõem multis,quantũcũq; diuersis ad illã sciẽtiã ptinẽtibus. Requirũtur ergo duo ad rõnem formalẽ cõstitutiuã vnius subiecti in aliqua vna sciẽtia. Primò ꝙ sit cõis pluribus,quãtũcũq; scdm se formal̃r diuersis in illa sciẽtia cõsiderat̃,si talia in ea inueniãtur(q̃d dico ꝓpter cauillationes, quæ tn̄ ꝓposito nostro nõ obstãt.) Secũdò ꝙ sit vna formal̃r, nõ scdm q̃d, sed simpl̃r sicut spẽs atoma vna est,aliter tale subiectũ vnum subiectũ simpl̃r nõ eẽt,& cõsequẽter nec eius sciẽtia eẽt vna simpl̃r. Cũ aũt sit impossibile inuenire vniuersal̃r in rõnibus formalib⁹ subiectorũ scientiarũ has duas cõditiones scdm idẽ gen⁹, necesse est rõnẽ formalẽ cuiuscũq; subiecti in duobus generibus reponi, in quorũ altero vnitatẽ formalẽ simpl̃r obtineat, & in altero cõitatẽ pluribus formal̃r distinctis. Patẽt aũt hæc quæ dicimus exemplariter mathematicis. Subiectũ nãq; arithmeticę numer⁹ est, q scdm se diuisibilis formal̃r est ĩ plures numerorũ spẽs, quibus oĩbus rõ numeri cõis est:& cõsequẽter est impossibile ꝙ numer⁹ infra limites sui gñis stãdo sit indiuisibilis formal̃r: esset em̄ spẽs subalterna & specialissima in eodẽ genere,q̃d est impossibile: & ideo oportet numerũ esse vnũ formal̃r seu speciẽ specialissimã scdm aliq̃d aliud gen⁹, & simile est de cõtinuo in geometria,& ente in metaphysica: oĩa em̄ hmõi diuisibilia sunt formal̃r scdm se,& ĩdiuisibilia formaliter eẽ oportet:vt aliud ingrediũtur gen⁹, adhoc vt q̃libet eorũ sit subiectũ vnũ formal̃r vni⁹ sciẽtiæ scdm speciẽ. Est aũt tale gen⁹ hoc q̃d dico scibile:vt S.Tho. hic expresse & alibi docet. Et propterea oportet distinguẽdo dicere, ꝙ rõ formalis subiecti põt dupliciter accipi. Vno mõ (vt res est).i. scdm se,seu scdm genus ꝓpriorũ. Alio mõ (vt obiectũ est.i.vt scibilis est:) ꝙ si consideret̃ vt res est non oportet eã simpl̃r esse vnã formal̃r, si verò cõsideret̃ vt hoc genus.s.scibile ingredit, sic vna formal̃r & simpl̃r est:ita ꝙ,vt exẽplariter dicat̃, si numer⁹ cõsideret̃ in eo ꝙ numerus, sic (vt dictũ est) numer⁹ nõ est vnus formal̃r simpl̃r, eo ꝙ diuisibilis est formal̃r, & cõsequẽter(vt sic) nõ dat vnitatẽ specificã arithmeticæ:dictũ est em̄, ꝙ genus subiectũ debet eẽ vnũ simpl̃r, si sciẽtia est vna simpl̃r,aliter cũ sciẽtia sequet̃ sicut & res subiecta, vt dicit̃ in tertio de aĩa,sciẽtia nõ eẽt vna simpliciter subiecto formaliter diuiso. Si verò cõsideret̃ numer⁹ vt genus scibilis ingredit̃,sic vnius speciei specialissimę est, & cõsequẽter vnũ formaliter,& cõsequenter vt sic vnitatẽ dat specificã arithmeticæ. Sicut si diceremus ꝙ aĩal põt accipi dupliciter:vno modo ĩ gñe ꝓprio substãtiæ.s. & sic nõ est vnũ formaliter simpliciter,alio mõ vt ĩgreditur gen⁹ potẽtiæ sensitiuæ,& sic supposito ꝙ tact⁹ sit spẽs specialissima,aĩal esset vnum formaliter.

T.c.38.

1.de aĩa c.6.& 3. ā anima. cap.1.

Ratio formalis.

B Dicimus igit scdm.S.Tho.doctrinã, ꝙ sciẽtiæ secãtur quẽadmodũ & res, nõ vt res, sed vt scibiles, & ꝙ scdm vnitatẽ gñricã rerũ vt scibiles sunt sumit̃ vnitas gñrica sciẽtiarũ,& scdm vnitatẽ specificã sumit̃ specifica : & similiter scdm diuersitatẽ specificã vel gñricã scibiliũ, distinctio gñrica sciẽtiarũ vel specifica accipiẽda est. Ad quorum ampliorẽ euidẽtiã(qm̄ secreta subtilis vera, atq; peripatetica doctrina hæc est) ex sensibilibus declarãdũ censui quo se habeãt hæc duo gñra inter se & ad sciẽtiã. In sensibilibus ergo & sensibus inspiciẽdũ est,ꝙ obiecta sensuũ duplex genus ingrediunt̃.s.sensibile & passibilẽ qualitatẽ,vt tales res sunt,puta odor,sapor,color &c. sub passibili qualitate essentialiter cõtinentur. Vt sensibiles verò C denoĩant̃,sic sub sensibili cõtinent̃:vtrũq; aũt horũ generũ in diuersas spẽs per ꝓprias differẽtias diuidit̃,sed nõ eodẽ mõ se habẽt ipsa inter se, & eorũ spẽs inter se,qm̄ gña ipsa inter se cõuenit̃ oẽ em̄ per se primò sensibile à sensu exteriori(de tali em̄ loquimur)est qualitas passibilis,& è cõuerso, oĩs passibilis qualitas est sensibilis & c. Spẽs aũt eorũ specialissimæ nõ ita cõuertibiliter se cõuertũt, sed in vna spẽ sensibilis multæ spẽs passibilis qualitatis claudũtur : vnde spẽs sensibilis cũ spẽbus subalternis passibilis qualitatis cõuertuntur. Diuidit̃ em̄ sensibile in visibile,audibile,odorabile & c. tanq̃ in spẽs specialissimas, quorũ nullũ cũ specialissimis passibilis qualitatis : sed subalternis conuertit̃, odorabile cũ odore,audibile, cũ sono & c. Cernim⁹ ergo in sensuũ obiectis ꝓprijs vnitatẽ formalẽ,inquãtũ sensibilia sunt, & diuisibilitatẽ formalẽ,vt res sunt:supponam⁹ quoq; ꝓ nũc(q̃d & verũ est) ꝙ sensus ꝓprij sint spẽs specialissimæ,& ꝙ tã distinctionẽ q̃ vnitatẽ formalẽ sumãt ex obiectis:& videbim⁹ ꝙ cũ sensus sensibile(vt sic)p se respicit,& per ꝓprias dr̃ias sensibilis distinguẽt specificè obiecta ipsorũ sensuũ, nõ inquãtũ res, sed inquantũ obiecta.i.sensibilia sunt,vniẽt,& distinguẽt eos:ita ꝙ odor inquantũ est spẽs atoma in gñre sensibilis olfactũ specifice distinguit ab auditu,quẽ sonus inquãtũ alterã speciẽ sensibilis ingreditur in spẽ reponit, & sic de alijs. Ascẽdẽdo ergo ab istis ad intelligibilia, ꝓ

SCibile autẽ & scientia differunt ab opinabili & opinione, quoniã scientia quidẽ vniuersalis & perneceſsaria: (necessariũ verò nõ cõtingit aliter se habere) sunt autẽ non nulla vera quidem, quæ contingunt aliter se habere: planũ igitur, q̃ circa hæc quidẽ sciẽtia nõ est, essent em̃ impossibilia aliter se habere, possibilia aliter se habere. Verũ enim- 3. Ethi. cap. 3.

enimuero neq; intellectus (dico em̃ intellectum principiũ scientiæ) neq; scientia in demonstrabilis: hoc autẽ est acceptio immediatæ propositionis. Verus autẽ est intellectus, & sciẽtia, & opinio, & qd̃ per hęc dicitur: quare derelinquitur opinionẽ esse circa verũ quidem, vt falsum, contingens autẽ, & aliter se habere: hoc autẽ est acceptio immediatę propositionis, & nõ necessariæ. Et cõfessum autẽ est sic apparẽtibus, nanq; & opinio incertũ est, & natura talis. Ad hæc autẽ nemo putat opinari, quando existimet impossibile aliter se habere, sed scire, sed quando esse quidẽ sic, sed tamen & aliter, nihil prohibet tunc opinari, tanquã q̃ talis opinio sit. Necessarij verò sciẽtia est, quomodo igitur est idẽ opinari & scire? & propter quid nõ erit opinio scientia, si quis ponet, omne, quod nouit, cõtingere opinari? consequetur em̃ hic quidem scions: illę verò opinãs per media, quousq; ad immediata venerit: quare, si quidẽ illæ nouit, & qui opinatur nouit, quẽadmodũ enim & q̃ opinari est, & propter quid, hoc autẽ ipsum medium. An siquidem ita suspicabitur nõ cõtingentia aliter se habere, quẽadmodum se habent definitiones, per quas sunt demõstrationes, nõ opinabitur, sed sciet: si autẽ vera quidem esse, nõ tamẽ hæc vtiq; ipsis ineſse secundũ subſtantiam & secundũ formã, opinabitur, & non sciet verè ipsum q̃, & ipsum ꝓpter quid, si quidẽ per immediata opinabitur: si autem nõ per immediata, ipsum q̃ solũ opinabitur. Eiusdẽ verò opinio, & scientia non omnino est, sed quemadmodum & falsa & vera eiusdem quodammodo sunt, ita & sciẽtia & opinio eiusdẽ, etenim opinionem verã, & falsam (vt nõnulli quidem dicunt) eiusdem esse, absurda cõtingit erigi, & alia, & nõ opinari, quod opinatur falso. Quoniã verò idẽ pluribus modis dicitur, est quidẽ vt cõtingit, est autem vt nõ: commensurabilem nãq; esse diametrũ verè opinari absurdũ est, sed q̃ diameter, circa quã opiniones, idẽ, ita eiusdẽ est: q̃ quid autẽ erat esse vtiq; secundũ rationẽ nõ est idẽ, cõsimiliter autẽ & sciẽtia & opinio est eiusdẽ, hæc quidẽ em̃ sic animalis, vt nõ cõtingat non esse animal, illa verò vt cõtingat, veluti si hæc quidẽ q̃ hominis est, illa verò hominis quidem, nõ autem q̃ hominis, idẽ em̃ est, quoniã homo, hoc autem sic nõ idem. Manifestũ autem est ex his, q̃ neq; opinari simul idem & scire contingit, simul em̃ habere posset suspicionẽ q̃ aliter se habere, & nõ aliter, idem esset, quod nõ contingit, in alio quidem em̃ vtrunq; esse cõtingit eiusdem, vt dictũ est, in eodem autem nõ sic possibile est: habebit em̃ suspicionẽ simul vt q̃ homo esset, secũdũ q̃ animal: hoc em̃ esset nõ cõtingere esse nõ animal, & non secundũ q̃ animal, hoc em̃ esset sic cõtingere. Reliqua verò quomodo oporteat distribuere & in discursu, & intellectu & scientia, & arte, & prudentia, & sapiẽtia, illa quidem naturalis, hæc autem moralis speculationis magis sunt. Solertia verò est bona quædã coniectatio in non perspecto tempore medij, veluti si quispiam videns, q̃ luna spledorẽ semper habet ad Solem, celeriter excogitauit propter qd̃ hoc, quoniã propter id, quod splendescit à sole, aut disputarem cum diuite, nouit, quoniã fœneratur, aut propter quid amici sunt? quoniã inimici eiusdem. Omnes em̃ causas medias videns summas cognouit: splendidũ esse ad solem sit in quo A, splendere à sole, in quo B, luna, C: ineſt ira q;, lunæ quidem ipsi C ipsum, B splendere à sole: ipsi autem B ipsum A ad hoc esse splendidum, à quo splẽdet: quare & ipsi C ineſt ipsum A ꝓ B.

Summa huius capituli hæc est.

SCibile & scĩa differũt ab opinabili & opinione &c. Probatur tripliciter. Primò à priori, qm̃ intellectus, sciẽtia, & opinio, & q̃ per hæc dicitur vera sunt, sed nec sciẽtia verorũ cõtingentium est, quoniã vniuersaliter & per necessaria est, & consequẽter si esset cõtingentiũ impossibile se aliter habere esset possibile aliter se habere, nec intellectus principiũ sciẽtiæ verorũ cõtingentium est, quoniã sciẽtia indemõstrabilis est: probatur, quoniã acceptio est immediatæ propositionis: opinio autẽ circa verũ & falsum est, cõtingens aliter se habere &c. & ipsa est acceptio immediatæ ꝓpositionis & nõ necesse. Secũdò quoniã cõsentaneũ est apparentibus: opinio enim sonat incertũ quid, & naturã huiusmodi. Tertiò quoniã nullus arbitratur opinari cũ existimat ĩpossibile aliter Cõclusio principalis.

ter esse, sed potius scire, & per oppositũ existimans posse aliter esse arbitratur se opinari &c. E
tanq̃ sciẽtia sit necessarij & opinio cõtingẽtis &c.

Qõ secũda. Qualiter est idem opinari & scire &c.

Qõ prima. Qualiter non erunt idem opinio & scientia.

Pro prima qõne. Siquis posuerit omne opinari, aut saltem nihil esse scitum, quod non contingit opinari.

Pro secũda qõne. Cõsequẽter & sciẽs & opinãs p̃ media quousq; immediata veniãt: ꝓbat, qm̃ est opinari & qa & ꝓpter qd: qđ mediũ sonat: opinãs ergo sciuit &c.

Solutio primę qõnis. Si arbitrabitur nõ cõtingẽtia aliter se hr̃e sicut se habẽt diffinitiones, p̃ quas fiũt demõstrationes, nõ opinabitur, sed sciet: si autẽ vera quidẽ, nõ tm̃ hæc eis ine sse scđm subst̃iã, vel scđm spẽm non sciet verè, sed opinabit, qa & ꝓpter qd. Si em̃ per ĩmediata, ꝓpter qd, & si per nõ ĩmediata, qa &c. F

Solutio scđæ qõnis. Sicut opinio vera & falsa nõ eiusdẽ penit⁹, sed eiusdẽ quodammodo sunt, sic & sciẽtia & opinio nõ eiusdẽ penit⁹, sed eiusdẽ quodãmodo sunt, declarãtur singula. Et primò prima pars primi, qm̃ eiusdẽ scđm subiectũ & rõnẽ, opinionẽ verã & falsam esse, sicut dicũt quidã, multa incõueniẽtia inducit, & hoc. s. nõ opinari qđ opinat falso. Secundò secũda pars primi. Qm̃ idẽ multipliciter dicit, & scđm vnũ modũ idẽtitatis cõtigit, & scđm aliũ nõ: eiusdẽ em̃ scđm subiectũ cõtingit verã & falsam esse, eiusdẽ autẽ scđm qđ vnicuiq; causat esse scđm rõnẽ nõ cõtingit. Sicut diametrũ cõmẽsurabilẽ esse, nõ cõtingit verè opinari, sed de diametro circa qđ opiniones sunt, cõtingit verè opinari: tertiò prĩcipale intẽtũ: secũdo ꝓpositũ. s. q̃ sciẽ G tia & opinio nõ sunt eiusdẽ oĩno, sed quodãmõ, sicut &c. qm̃ sciẽtia est alicuius qđ sit tale ex necessitate, puta q̃ hõ sit id qđ verè hominis est, opinio verò q̃ sit tale, sed nõ ex necessitate, sed cõtingat aliter se hr̃e, puta q̃ hõ sit qđ nõ vere hominis est: & sic sunt eiusdẽ sciẽtia & opinio, quia hominis, sed nõ omnino, quia non eadem ratione.

Corr. cõclusio. Non cõtingit simul eiusdem idem scire & opinari: probatur quoniam simul idem haberet opinionem eiusdem, aliter habendi, & non aliter habẽdi, quod est impossibile, vt q̃ homo esset qđ verè est animal, & cõtingat nõ esse animal &c.

Corr. secũda cõclusio. Exclusio. In alio & alio contingit esse scientiam & opinionem eiusdem sicut dictũ est &c.

Quomodo oporteat distribuere in rationẽ & H intellectum, & artem & prudentiam & scientiã, & sapientiam, hæc quidem physicæ, illa verò ethicæ speculationis magis sunt &c.

Diffinitio. Solertia est subtilitas quædã in nõ ꝓspecto tẽpore medij &c. vt vidẽs q̃ luna semper cõuersa ad solẽ lumẽ habet, statim intellexit ꝓpter qd qa. s. illustratur à sole. Et vidẽs disputãtẽ cũ diuite cognouit, qa accõmodatũ est. Et videns inimicos, amicos cognouit, qa inimici eiusdẽ: declarat̃ diffinitio qm̃ solers omnes causas medias vidẽs, cognouit & vltimas: ordinatur autem medium solertis iuxta primũ exẽplũ in syllogismo in tr̃is A primo: B medio: & C tertio in primo primæ &c.

Series autem hæc est.

INTENDENS distinguere sciẽtiã ab alijs habitibus intellectus, tria facit. Primò distinguit ipam & eius obiectũ ab opinione & suo obiecto. Secũdò circa eorũ distinctionẽ quæstiones duas mouet & soluit vt ordinauimus, addẽs duas annexas cõclusiones cõsiderãtes sciẽtiã & opinionẽ in ordine ad opinãtes & sciẽtes. Tertiò præexcusando se ad declarationẽ distinctionis sciẽtiæ ab alijs habitib⁹ ĩtellect⁹ đ solertia đterminat diffinitiuè exẽplarit̃ declarãs ĩ diuersis rerũ ordinib⁹ &c.

Vera sciẽtiæ ab opinione distinctio.

CIrca principiũ capituli, vbi assignatur differẽtia inter sciẽtiã & opinionẽ ex necessitate & cõtingẽtia &c. Dubitatur dupliciter. Primò quia nõ apparet verũ, q̃ sciẽtia & opinio differãt propter hoc q̃ sciẽtię obiectũ sit verũ necessariũ: opinionis autẽ verũ cõtingẽs, vt in litera dicitur. Exquerimur nãq; q̃ multarũ opinionũ obiecta sunt vera necessaria, vt patet in opinionibus oppositis. De corporũ cœlestium materia motibus &c. Cũ em̃ oporteat cõtradictionis alterã partẽ esse verã, necesse est alterã veri necessarij esse, qm̃ ibi nihil cõtingẽs est &c. Secũdò quia S. Tho. in prima secũdæ. q. 67. expresse determinat q̃ sciẽtia & opinio nõ differũt ex parte obiecti, nec ex parte medij, sed ex parte subiecti. Aristoteles autẽ hic ex parte obiecti dr̃iam inter eas ponit &c. Ad euidẽtiã huius dubitationis, qm̃ facilis nõ est. Primò dicẽdũ est absolutè quid tenẽdũ sit de differẽtia inter scientiã & opinionẽ. Deinde quid intendat hic Aristoteles, & qũo. S. Tho. nõ dissentit ab eo. Vt autẽ certa cognitione percipiatur qđ intendimus à quid nominis est inchoandũ. Opinio vt in textu dicitur incertã cognitionẽ sonat. Incertam aũt nõ q̃ ita ambigua sit, q̃ ad neutrã partẽ cõtradictionis declinet, sed quia ita alterã partẽ cõtradictionis cognoscit, vt de oppositа veritate formidet: tales siquidẽ nos eẽ experimur opinãtes. Sciẽtia aũt (Extẽso vocabulo) ad cognitionẽ prĩcipiorũ immediatorũ, certã vni⁹ partis cõtradictionis cognitionẽ sonat, adeo vt de oppositi possibilitate nulla etiã suspicio relinquatur. Certitudo autẽ in cognitione, nõ nisi ex cogniti euidẽtia est. Infra limites siquidẽ intellectus & eorũ quæ ipsum perficiũt discurrẽdo nulla alia causa certitudinis in cognitione inuenit̃, nisi prædicta. Nec mihi aliqs obijciat certitudinẽ fidei nõ esse ex euidentia obiecti. Qm̃ talis certitudo nõ est intellect⁹ vt sic sed vt stat sub imperio voluntatis, propter quod fides inter virtutes intellectuales numerari non põt &c. Ex euidẽtia igitur cogniti certitudo ĩtellectualis est, & cõsequẽter ex ineuidẽtia incertitudo & quoniã euidẽtia: alicuius cõplexi duplicit̃ contingit. s. vel ex ꝓprijs terminis, vt patet in primis prĩcipijs, & ex alicui⁹ necessaria cõnexiõe visa, ad prima prĩcipia, ideo oĩs cognitio certa, vel est circa principia ex tr̃is nota, vel cõclones, in illa resolubiles, & resolutas &c. In euidẽtia autẽ alicuius

In prohemio huius. i. cuius cõplexi, qm̃ per priuationẽ eorũ quæ euidẽtiã faciũt, sic inultipliciter etiã cõtingit, vt patet de suspicione, & æstimatione, & opinione, vt. S. Tho. in ꝓhemio huiꝰ libri dilucidè docet. In opinione fit, ex eo q̃ vel termini ipsi propõnis, vel cõnexio cõclusionis, ad propõnes alias, quæ certę sunt, præseferũt alterã cõtradictionis partẽ determinatã, alterã deijciẽdo, sed nõ necessariò &c. Differũt ergo sciẽtia & opinio, penes euidẽtiã & ineuidẽtiã obiecti, ita q̃ euidẽtia sciẽtiã facit: ineuidẽtia autẽ (talis) opinionem. Notãter autẽ dico (ineuidẽtia talis) propter duo. Primò quia nõ oĩs ineuidẽtia opinionẽ facit, sed aliqua suspicionẽ, aliqua existimationẽ, vt dictũ est. Secũdò quia nõ intelligo ineuidentiã priuatiuæ facere opinionẽ: sed ineuidẽtiã cõtrariæ; cũ em̃ omne manifestatiũ luminis rationẽ habeat: propter qđ & ipse medius terminus lumẽ cõclusionis dicitur: imaginor & lumẽ quo clarẽt quęcũq; cognoscũtur, latitudinẽ nõ paruã habeat: & q̃ scđm eius diuersam participationẽ, diuersimodè res patefiãt intellectui. Ita q̃ quædã sunt quæ tm̃ in se luminis, seu manifestatiui habẽt, q̃ euidẽtia intellectui sunt per se, vt principia. Quædã per reductionẽ ad alia vt eorũ cõclusiones &c. quædã adeo parũ habẽt luminis, vt ad euidẽtiã nõ sufficiat: sufficiat tñ ad determinationẽ intellectus ad vnã partẽ, qđ est ipsum relinquętę cũ formidine alterius: & hæc sunt opinabilia. Quædã adhuc minus habẽt, ita vt nec ad vnã partẽ determinẽt: licet magis inclinẽt ad hãc ꝙ illã, vt suspicabilia. Quædã adhuc minus &c. C Talis ergo gradus luminis seu manifestatiui vel ineuidẽtiæ seu obscuritatis opinionẽ facit. Et qm̃ talis ineuidẽtia oritr̃ q̃q; ex natura ipsius rei cognitę: qm̃ ipsum cõplexũ cõtingẽs est, nullo em̃ modo incõplexo cõtingẽti inuenitur aliquid: vnde suę cõplexionis euidẽtia ostẽdi possit, qm̃ nec termini eius tale manifestatiuũ esse possunt, nec aliqđ mediũ, qm̃ cõtingẽs est. Qm̃q; aũt oritur talis ineuidẽtia est modica participatione luminis intellectus dũ vel proprijs terminorũ cõceptibus vel medijs necessarijs carere cõtingit: vel male ordinãt media, vel acies ĩtellectus nõ figitur, ꝓpter phãtasmatis motũ &c. Ideo opinio põt eẽ de cõtingẽtibus, & de necessarijs, licèt diuersimodè: qa de cõtingẽtibus est propter ipsius obiecti naturã D quæ sciri nõ patitur. De necessarijs autẽ propter ipsius intellectus defectũ. Ad Aristotelis verò intẽtũ descẽdẽdo dicitur, q̃ quia opinabile tali ineuidẽtia cõstat, & duplex est: qđdã ex sui natura, qđ. s. ex natura sua nõ põt esse euidẽs, vt cõplexũ cõtingẽs, & quoddã ex parte intellectus, qđ. s. licet ex se euidẽs esse possit: huic tñ & illi ineuidẽs & incertũ est &c. vt cõplexũ necessariũ &c. ita de opinione dupliciter loqui cõtingit. Vno modo ĩ ordine ad ipsum opinabile scđm se. Alio modo in ordine ẽt ad opinabile quo ad nos &c. Et si sustinere volumus Aristotelẽ locutũ fuisse de opinione ĩ ordine ad opinabile scđm se, necessariũ & cõtingẽs nominar̃ sumere oportet ex pte obiecti dicẽdũ est scđm ipsum, q̃ opinio differt à sciẽtia: quia sciẽtia est veri necessarij, opinio autẽ veri cõtingẽtis: & cõsequẽter ẽt falsi, quia verũ cõtingẽs mutabile est in falsum &c. & similiter cũ dixit; q̃ opinio est acceptio propõnis immediatę, nõ necessariè, intelligẽda est cõtingẽtis &c. Si aũt sustinere volumus, q̃ sermo Aristotelis sit de opinione vtroq; modo, tũc ꝓfundius dicta Aristotelis intelligere oportet: & diligenter aduertere, q̃ Aristoteles ineuidẽtiã quã diximus circũloqtur per ly cõtingẽs aliter se habere, & euidẽtiã per ly necessariũ &c. intelligẽs per necessariũ: necessariũ in se, & in cognitione nostra (& per cõtingẽs verò) cõtingẽs in se: vel in apparẽtia &c. ita q̃ sciẽ tia differt ab opinione in hoc q̃ sciẽtia est veri necessarij, vtroq; modo. i. q̃ nõ solũ sit necessariũ, sed ẽt sit visa sua necessitas. Opinio aũt est cõtingẽtis: altero modo i. vel propõnis cõtingẽtis, vel necesse cõtingẽter: & meritò: quia malũ cõsurgit ex particularibus defectibus: bonũ aũt ex causa integra, & hic sensus est magis dignus Aristotele qm̃ enucleat opinionis naturã. Vnde magnꝰ Albertus dicit: q̃ aduerbialiter accipiẽdũ est ly: nõ necessariè, cũ ĩ textu dicit̃ q̃ opinio est acceptio propõnis immediatę nõ necessariè. Et. S. Tho. dicit in expositione, q̃ opinio de his est quæ accipiũtur, vt cõtingẽtia aliter se hr̃e siue sint talia, siue nõ &c. Nec prætermittẽdũ est q̃ opinabile accipi, seu cognosci vt cõtingẽs põt dupliciter intelligi. Vno modo, vt (cõtingẽtia) cõcurrat, vt cõditio cognita opinabilis, & hoc modo falsum est oportere opinabile apparere vt cõtingẽs, nec hoc intelleximus cũ dixim⁹ opinabile oportere esse cõtingẽs in apparẽtia saltẽ, qm̃ scđm hũc sensum opinio vera de necessarijs esset, nõ solũ diminuta cognitio, sed falsa apphẽsio, qm̃ apphẽderet necessariũ posse aliter se hr̃e &c. Alio mõ põt intelligi vt cõtingẽtia cõcurrat vt modus cognitionis seu euidẽtiæ. Et hic sensus ẽ verꝰ & intẽtus. Verus quidẽ, qa opinãs cõplexũ sibi obiectũ quãtũcũq; sit necessariũ in se cognoscit cõtingẽter. i. apphẽdit tali claritate, q̃ videt̃ hoc sic eẽ, sed nõ videt̃ q̃ nõ possit aliter eẽ &c. ita q̃ sicut ipsum cõplexũ diuidit̃ p̃ necessariũ & cõtingẽs, ita ẽt cognitio seu claritas eius distinguit̃ in cognitionẽ p̃ modũ necessarij, & p̃ modũ cõtingẽtis: & illa vocat̃ claritas necessaria quę ostẽdit sic eẽ & nõ posse aliter eẽ, illa aũt cõtingẽs quæ licet ostẽdat sic eẽ, nõ tñ ita quin possit aliter eẽ. Intẽt⁹ aũt: qm̃ p̃ hoc vniuersaliter, & primò differũt sciẽtia & opinio (vt dictũ iã est) qa sciẽtia necessariò attingit obiectũ suũ: opinio verò cõtingẽter &c. Et scđm hoc patet quid rñdẽdũ sit primæ rationi dubitãdi: dicẽdũ est enim q̃ Aristoteles distinxit opinionẽ & scientiã non ex cõtingẽtia, & necessitate obiecti absolutè, sed ex cõtingentia & necessitate eorũ in cognitione seu apparẽtia. Posset quoq; & fortè nõ malè dici q̃ ĩ principio capituli Aristoteles sẽpauit opinabile

bile ſcđm ſe, ab ipſo ſcđm ſe ſcibili, & opinionē à
ſciētia, in ordine ad opinabile & ſcibile abſolutè,
& poſtmodū in proceſſu capituli inſinuauit vni
uerſaliorē differētiā quā diximus & c. Ad id verò
qđ diſſenſionē inter Ariſtotelē & S. Tho. inducit
dicitur ꝙ nulla eſt inter eorū dicta contradictio,
qm̄. S. Tho. de opinione vniuerſaliter locut⁹ eſt,
ſiue ex parte obiecti, ſiue cognoſcētis, ſiue aliun
de cōtingat: & dixit ꝙ nō diſtinguitur à ſciētia ex
parte obiecti ſcđm ſe ſumpti, quia ſciētia de ne-
ceſſarijs eſt, & opinio de neceſſarijs eſſe pōt: nec
ex parte medij ſcđm ſe ſumpti, quia qnq; idē me
diū ſi clarè videatur cōnexū cōcluſioni, facit ſciē
tiā, & ſi non ita, clarè facit opinionē, ſed ex parte
ſubiecti, qa ſciētia includit euidētiā abſq; formidi
ne, opinio claritatē quādā cū formidine alterius
partis: qđ nihil aliud eſt dicere, q̄ dicere, ꝙ differū
ex hoc ꝙ obiectū ſciētiæ neceſſariū eſt nō ſo
lū in ſe: ſed in ſua apparētia, obiectū verò opinio
nis eſt cōtingēs vel in ſe vel in ſua apparentia, vt
Ariſtoteles dixit: appellauit aūt. S. Tho. dīā hāc
ex parte ſubiecti, & nō ex parte obiecti, nec me-
dij, qa nec ex diuerſitate obiecti, nec ex diuerſita
te medij: vniuerſaliter ꝓuenit: ſed ſemper eſt ex
diuerſitate talimodi cognoſcēdi, q̄ ex parte ſub-
iecti ſe tenet, & qm̄ formale in opinione eſt, ꝙ cō
tingēter, ſeu cū formidine cognitio habeaī & c.

Annot. CIRCA illā ꝓpoſitionē aſſumptā in textu,
ſ. ꝙ verus eſt intellectus & ſciētia, & opinio, & qđ
per hæc dicitur, plura notāda ſunt. Primū eſt ꝙ
quatuor illa vera quæ ponit, diſſimiliter veritatē
habēt. Alia em̄ rōne verū eſt, ꝙ dicīt per ſcientiā
& intellectum & opinionē, & aliter ipſa ſciētia &
opinio & intellectus, illud em̄ eſt verū, qa ipſum
eſt tale: hæc verò qm̄ illius ſunt cognoſcitiua &c.
Sed qm̄ alterius negotij hoc eſt, alibi differendū
reor. Secūdū eſt ꝙ notāter Ariſto. dixit, & quod
per hæc dicīt, & nō dixit, & ſubiectū eorū vel ali-
quis hmōi, qm̄ res de quibus ſunt hmōi habitus
poſſunt cōſiderari dupliciter. V no modo in ſei-
pſis, & ſic cū cōplexione careāt, eo ꝙ extra ani-
mā nulla cōplexio eſt, veritatē quoq; neceſſe eſt
nō habeāt. Alio modo cōſiderātur, vt ſtāt ſub ſe-
cūda operatione intellectus, & ſic cōplexionem
quādā ſortiuntur, & veritatē aut falſitatē adipiſci
neceſſe eſt & c. Et ſimiliter prædicti habitus ha-
bēt duos terminos, vnū ad quē ꝓximè terminan
tur, & hic eſt cōplexū quoddā, quod obiectū eo-
rū dicitur, & alterū quē vltimo attingūt. i. mediā-
te illo proximo, & illa eſt res incomplexa. ſ. eſſe
ſubiecti, ſcđm ſuas paſſiones &c. Et propter hoc
dicitur, ꝙ aliud eſt obiectū, & aliud ſubiectū ſciē-
tiæ &c. Quia ergo talis differētia in huiuſmodine
gligēda nō eſt: ideo Ariſtoteles notāter dixit ꝙ
verū eſt (& quod per hæc dicitur) qm̄ hoc ſonat,
cōplexū quod obiectū eſt, & nō res ipſas abſolu-
tè: nō em̄ dicūtur res niſi ad cōplexionē reductæ,
niſi fortè in prima operatione intellectus, quod
poſitū nō impedit &c. Tertiū eſt, ꝙ cum dici-

tur opinionem eſſe veri, vel ſuſpenſiuē ſuſcipien
dū eſt, expectando ſubiectā determinationē, qua
lis veri ſit, quia cōtingētis: & ideo veri & falſi & c.
vel quia oīa appetūt bonum, & bonū intellectus
cōſtat eſſe verum, opinionē eſſe veri, intelligen-
dum eſt per ſe, quoniam falſi eſt per accidēs & c.

CIRCA ſolutionē ſecūdæ quæſtionis. Ad- Annot.
uertēdū eſt, ꝙ ex ea clarè habetur differētia opi-
nionis & ſciētiæ ex parte ſubiecti, quā ſupra dixi
mus, qm̄ hīc habeī ꝙ ſciētia & opinio differūt ꝑ
arbitrari & nō arbitrari: & fuit adeo intētus Ari-
ſtoteles hoc in loco, vt inſinuaret hanc differen-
tiā, vt prætermiſiſſe videatur ſciētiā requirere ne
ceſsitatē in obiecto, dū eā tacuit, quoniam clarū
hoc erat, & (propter hoc) vt dictū eſt, non differt
primo ab opinione, ſed ꝑ euidētiā & ineuidētiā.

CIRCA id qđ dicitur in ſolutione primę qō
nis. ſ. ꝙ nō de eodē penitus ſunt opinio vera &
falſa, & illā cōſequētiā, quæ ibi fit. ſ. ſi oīno eiuſdē
eſſet opinio vera & falſa, nō opinaret, qui falſo
opinaretur. Dubitatur: qa nō ſolū de eadē re, ſed
de eodē enūtiabili nō incōuenit aliquē habere ve
rā opinionē, & aliquē alterū falſam: de hoc enim
enuntiabili epiciclos eſſe, cū duę ſint opiniones
cōtradictoriæ oppoſitæ, neceſſe eſt alterā eſſe ve
rā & alterā falſam. Et cōfirmatur: qa niſi opinio
vera & falſa eēnt circa oīno idē ſed ſolū circa idē
ſubiecto, vt in litera dicīt opiniones oppoſitæ nō
eſſent in cōpoſsibiles, qa ſcđm diuerſa reſpicerēt
vnū ſubiectū & c. Ad hoc dicitur, ꝙ quia opinio
nē eſſe alicuius nihil aliud eſt q̄ illud eſſe opina-
tū vel opinabile: & opinionē verā eſſe alicuius, ni
hil aliud eſt q̄ illud opinatū eſſe verū, opinionē
falſam eē alicuius nihil aliud eſt q̄ illud opinatū
eſſe falſum: cōſequēs eſt, ꝙ opinionē verā & fal-
ſam eſſe oīno eiuſdē, nihil aliud ſonat q̄ ꝙ idē oīn
no opinabile ſit ſimul verū & falſum. Hoc aūt cū
manifeſtè impoſsibile ſit, relinquīt ꝙ impoſsibi-
le ſit oīno eiuſdē obiecti eſſe opinionē verā & fal
ſam, licet poſsit eſſe eiuſdē ſubiecti &c. Valet aūt
cōſequētia illa, qa ſi oīno eiuſdē obiecti eſſet opi
nio vera & falſa, veritas opinionis nō attenderet
ſcđm adæquationē, vel cōformitatē ad ſic eſſe in
re, vt opinio dicit, ſed cōſiſteret in apparentia, &
tūc qđcūq; appareret eēt verū: & qa quilibet opi
nat ſcđm ꝙ ſibi apparet, quælibet opinio eēt ve-
ra: & cōſequēter nulla eēt opinio falſa: & cōſequē
ter q opinat falſo, nō opinaret, ſicut ſi nullus hō
eēt alb⁹, quicūq; haberet albedinē, nō eēt hō &c.
Ad argumētū in oppoſitū dicīt, ꝙ cū idē ſit iudi-
ciū de oppoſitione & veritate & falſitate opinio
nū & enūtiationū, & enūtiabiliū, vt ex fine ſecū-
di perihermenias habeī. Sicut impoſsibile eſt idē In fine. 2
oīno enūtiabile eē ſibi ipſi oppoſitū, ita impoſsi perihermē.
bile eſt ꝙ de eodē oīno ſint oppoſitę opiniones
&c. Sed ſicut enūtiabili affirmatiuiuo vero, vt ibi
dē dicīt, opponīt negatiuū de eiſdē terminis, & af
firmatiuū đ oppoſito, ita opinioni veræ đ aliquo
affirmatiuo, opponūt opiniones nō de eodē, ſed
de ne-

de negatiuo eorūdē terminorū & de affirmatiuo
contrarij, vnde non ſunt opiniones oppoſitæ de
hoc enūtiabili, epiciclos eē, ſed vna opinio eſt cu
ius ꝓpriū obiectū eſt epiciclos eē, altera quæ di-
cit epiciclos nō eſſe & c. Cōſtat autē ꝙ aliud enū
tiabile eſt epiciclos eſſe, & aliud epiciclos nō eſ-
ſe. Fallūtur aūt in hac re minus cōſiderātes, exeo
ꝙ nō ſolū eiuſdē ſubiecti, ſed etiā prædicati cōtin
git eſſe diuerſa enūtiabilia & c. Et per hoc patet
rn̄ſio ad cōfirmationē: quia opiniones oppoſitas
nō oportet eſſe circa idē oīno obiectū ad hoc vt
ſint incōpoſsibiles, ſed ſufficit ꝙ ſint circa idē ſub
iectū & ꝑdicatū cōtradictoriè, cōplexa vel circa
idē ſubiectū: & ꝑdicata oppoſita. Et nota ꝙ cū di
cit opiniones oppoſitas ſeu verā & falſam, nō eē
eiuſdē oīno, intelligīt, vt ꝓprij obiecti: nihil em̄
ꝓhibet opiniones oppoſitas eſſe eiuſdē oīno cō
ſequētiæ: opinio nāq; arbitrās epiciclos nō eſſe,
cōſequēter deſtruit epiciclos eē: & ſic eſt ꝑ ſe pri-
mo negatiui & quodāmodo eius oppoſiti & c.
Aduertēdū quoq; ē, ꝙ qa nihil refert in ꝓpoſito,
an circa idē ſubiectū opinemur cōtraria ꝑdicata,
an idē ꝑdicatū, affirmatiuè & negatiuè, qm̄ vtrobi
q; ēidētitas ſubiecti, & nō idētitas oīmoda: ideo
Ariſtoteles ꝓpoſito inſiſtēs abſq; diſtinctiōe di-
xit, eiuſdē oīno nō eē opinionē &c. verā & falſam.

Num eiuſdē obiecti ſcientiæ & opinio eſſe valeat.

CIrca ipſam ſolutionē primæ qōis. Dubitatur
an verū ſit, ꝙ eiuſdē oīno obiecti nō poſsit eſ
ſe ſciētia & opinio &c. Videtur em̄ ꝙ hoc nihil ꝓ
hibeat, qm̄ ſciētia & opinio nihil ponūt, aut poſi
tū cōnotant in obiecto, per qđ differāt: vt ex di-
ctis patet: qm̄ ex modo cognoſcēdi differūt: & ſi
fic eſt nihil apparet ex parte ſcientię, aut opinio
nis, qđ vetet eas in vnū cōuenire obiectū. Et con
firmatur: qm̄ experientia docet ꝙ huius enūtia-
bilis deū eſſe vnū, cōtingit vnā rationē aliqualē
habere, & demōſtrationē nō penetrare, adeo ꝙ
cū formidine alterius partis intellectus reſtet, al-
terū aūt penetrare, & tūc manifeſtè eiuſdē oīno
erit opinio, cuius eſt ſcientia & c. Ad hoc dicitur
multipliciter, ſcđm ꝙ multis modis cōtingit loq
de opinione & ſcientia &c. Si em̄ ſequēdo primū
ſenſum ſuprapoſitū, ſermo ſit de ſcibili & opina
bili, ſcđm ſe, clara eſt rn̄ſio, ꝙ. ſ. impoſsibile eſt
idē oīno eē ſcibile, tā in eodē q̄ ī diuerſis, ſiue ſup-
poſitis ſiue tēporib⁹: qm̄ ſcibile ex ꝓpria natura
ē enūciabile neceſſariū, & opinabile ex ſe eſt cōti
gēs, & īpoſsibile eſt trāsferre cōtīgēs ī neceſſariū
& è cōuerſo &c. poſsibile eſt tn̄ eiuſdē quodāmo
do eſſe ſcientiā & opinionē ſimul: qm̄ nō incōue
nit circa idē ſubiectū ſimul diuerſa cōſiderare, al-
terū opinādo, alterū ſciendo & c. vt de ſe patet. Te
nemus em̄ de multis ſubiectis aliqua demōſtrati-
uè ſcientes cōuenire, aliqua verò opinantes ꝙ eis
inſint &c. Et ſccūdū hūc ſenſum ſaluatur ſimilitu
do in textu adducta inter idētitatem veri & falſi
opinabilis, & idētitatē ſcibilis & opinabilis, qm̄ ſi
cut ibi nō erat idētitas oīmoda, ſed ſcđm ſub-

iectū, ita hic nō eſt idētitas oīmoda, qa nō eſt idē
enūtiabile ſcibile & opinabile. ſed ſcđm ſubiectū
qa cōtingit cōicare īſubiecto opinabile & ſcibile
& c. Et huic ſenſui multū fauēt oīa, quæ dicunt ī
hoc cap. & c. Si aūt ſit ſermo de ſcibili & opinabi
li nō ſcđm ſe & abſolutè, ſed in ordine ad vnū ho
minē & ſimul, ſic dicīt ꝙ impoſsibile eſt idē oīn
no eſſe ſcitū & opinatū, qm̄ ſequeret ꝙ idē oīno
enūtiabile eſſet huic ſimul euidens & ineuidens,
certū & incertū: neceſſariò acceptū, & incōtingē
ter, qđ eſt impoſsibile &c. poſsibile tū eſt eiuſdē
quodāmodo eſſe ſcientiā & opinionē in eodē ſi-
mul &c. qm̄ nō incōuenit de eodē ſubiecto, puta
ſole, aliqua opinione puta ꝙ moueatur eccentri
cè, & aliqua ſciētia, puta ꝙ acceſſu & receſſu cau
ſet gn̄ationem & corruptionem &c. teneamus:
& ſcđm hūc quoq; ſenſum ſaluaī ſimilitudo ſu-
pradicta, qm̄ nō cōtingit idē enūtiabile, ſed idem
ſubiectū eſſe opinatū & ſcitū ſimul ab eodē &c.
& hic ſenſus à S. Tho. ex textu ſumitur. Si autem
ſit ſermo de opinabili & ſcibili nō ex meritis ob-
iecti, nec ex ordine ad eūdē, ſed ſimplīr de opina-
bili & ſcibili, dupliciter rn̄deri pōt quæſtioni mo-
tæ. Primò cōcedendo ꝙ nō incōuenit eiuſdē oīn
no eſſe opinionē & ſcientiā, qm̄ idē enūtiabile po
teſt ab vno opinatiuè teneri, & verè, & ab altero
vera ſcīa haberi &c. vt experimur quotidie, & li-
cet negare hoc ſit indiſciplinati, attamē declarat
ſequēdo ſimilitudinē Ariſtotelis. Sciendū eſt nā-
q; ꝙ ideo opinio vera & falſa nō poſſunt eſſe oīn
no eiuſdē, qa veritas & falſitas in opinione ex eſ-
ſe rei oritur, qm̄ ab eo ꝙ res eſt vel nō eſt oratio
dicīt vera vel falſa &c. Et ſic ſequeret ꝙ idē oīno
eēt & nō eſſet ſimul, ſi idē oīno eſſet verè & falſè
ſimul opinatū &c. Certitudo aūt ſciētiæ, & incer
titudo opinionis nō vniuerſaliter oriūtur ex rerum
aut mediorū cōditionibus (vt ſuperius declaratū
eſt.) & ideo ſi idē oīno eſt ſcitū & opinatū, nō ſeq
tur ꝙ idē oīno habeat in ſe cōditiones oppoſitas
ſed ſolū ꝙ habeat oppoſitas cōditiones, puta cer
titudinē & incertitudinē in aīa, hoc aūt nō incō-
uenit in diuerſis hoībus, licet in eodē (vt dixim⁹)
ſit impoſsibile. Qđ em̄ inconueniens ſequīt ſi vnū
enūtiabile mihi certū, tibi dubiū eſt. Et cōfirmaī,
qa ſicut nihil ꝓhibet idē oīno enūtiabile eſſe no-
tū tibi & mihi ignotū, ita nihil ꝓhibet mihi eē cer
tū & tibi incertū, certitudo etem̄ & incertitudo
modi cognitionis ſunt. Et licet hæc rn̄ſio ſit veriſ
ſima, nō tn̄ eſt hic intēta ab Ariſtotele, vt expſſe
patet in litera. Nec putet quiſq̄ hoc eſſe contra In fine.
Ariſtotelē: qm̄ verū vero nō eſt cōtrariū: vt dici-
tur in ſecūdo Perihermenias. Et qđ ipſe dixit ve-
rū eſt, & quod nos &c, diuerſimodè, vt ex præce-
dentibus patet. Nec obſtat ꝙ eius ſimilitudinem
indiſsimilitudinē verterimus, qm̄ ſimilitudo eſt
& nō identitas, immo & hoc ipſum cōfert diſcre-
tioni eiuſdē, vt ſciatur in quo aſsimilatio fit, & in
quo non &c. Poſſet forte aliter dici, loquēdo etiā
de opinabili & ſcibili vniuerſaliter, & ſimplīr, ꝙ

opinio

opinio & ſciẽtia nõ ſunt eiuſdẽ oĩno, ſed quodãmõ, qa licet ſint eiuſdẽ enũtiabilis, tñ illud enũtiabile nõ eodẽ mõ ſe hẽt vt relatũ eſt ad ſciẽtiã, & vt relatũ ad opinionẽ, qm̃ vt reſpicit opinionẽ, induit rõnẽ cõtingẽtis, vt aũt reſpicit ſciẽtiã, hẽt rõnẽ neceſſarij. Sed hæc rn̄ſio licet ſit vera, nõ tn̄ videt textui conformis. Tũ qa titulus dubitationis ab Ariſtotele motæ eſt: an iſtæ denoĩationes. ſ. ſciri, & opinari, poſſint idẽ denoĩare, an nõ? & rn̄ſio eius eſt, q nõ denoĩant idẽ oĩno, ſed idẽ ſcdm ſubiectũ & c. iſta autẽ rn̄ſio vltimò inducta dicit idẽ oĩno enũtiabile denoĩari ſcitũ & opinatũ &c. Tũ qa diuerſitas illa, quã ponit dicta rn̄ſio, nõ eſt diuerſitas variãs obiectũ, ſed tm̃ eſt diſtinctio modi attingẽdi idẽ obiectũ & c. Diſtinctio em̃ eiuſdẽ enũtiabilis, p hoc q induit rõnẽ cõtingẽtis, vel habet rõnem neceſſarij eſt diſtinctio ſcdm modos quos in aĩa hẽt qui obiectũ nõ variãt. Ariſtoteles aũt exp̃ſſe vult varietatẽ obiecti eẽ inter ſcitũ & opinatũ &c. Poſſet tn̄ hæc rn̄ſio palliari dicẽdo, q licet nõ ſit hic diſtinctio obiectorũ abſolutè, eſt tn̄ diſtinctio obiectorũ in eẽ cognito, & q oĩa quę Ariſtoteles dicit de diuerſitate obiecti, itelligẽda ſunt vniuerſaliter loquẽdo ineẽ cognito. Volũtaria tn̄ videt expõ magis q̃ text⁹ interp̃tatio, eo q ſimilitudo adducta in textu nõ hẽt locũ, & verba Ariſtotelis ibi dicẽtis, q ſciẽtia & opinio ſunt eiuſdẽ, qa hoĩs, & non oĩno eiuſdẽ, qa ſciẽtia eſt veri hoĩs, opinio nõ veri hoĩs, ſaluari nõ niſi extorte videnť: poſſet nanq; dici, q ſimilitudo tenet quo ad nõ omnimodã idẽtitatẽ, ſed nõ quo ad modũ nõ identitatis: & q illa ỹba intelligũtur de eo, qđ nõ eſt hõ ineẽ cognito, ſeu ſcdm apparẽtiã, vt dictũ ẽ, ac ſi dixiſſet q ſcĩa eſt neceſſarij, apparẽtis neceſſarij, & opinio apparẽtis cõtingẽtis &c. Quicqđ igit̃ intẽderit nõ eſt inutile cognouiſſe, & hãc rn̄ſionẽ, qm̃ vera & p̃ncipali intẽto ꝓficua multa exp̃ſsit &c. Ad rõnes ergo in oppoſitũ nõ oportet aľr rn̄dere, qm̃ loquẽdo de opinione & ſciẽtia ſimp̃r, verũ eſt, q eiuſdẽ oĩno obiecti eẽ poſſunt ſed nõ eodẽ modo, vt ex tertia & quarta rn̄ſione patet: nec hoc negauit Ariſtoteles, & ſi negaſſet fallum dixiſſet: loquẽdo autẽ de opinione & ſciẽtia, ex meritis obiecti, ſic eſt impoſſibile eſſe eiuſdẽ, vt prima rn̄ſio dicit, & ſimiliter loquẽdo de eiſdẽ in eodẽ ſimul, vt ſecũda rn̄ſio dixit &c. quarũ alterã, vel vtrãq; Ariſtoteles inſinuare voluit &c.

Anno. CIRCA cõclones illas correlarias, Aduertẽdũ ẽ primò, q qa Ariſtoteles in eis exp̃ſſe ponit dr̃iam inter idẽ opinari & ſciri ab eodẽ hoĩe, & diuerſas, in eodẽ tẽpore, & diuerſis, primã rn̄ſionẽ à ſe expellere videt: qm̃ ſi opinabile, nõ eſt idẽ oĩno qđ ſcibile, ideo qa opinabile eſt in ſe cõtingẽs, & ſcibile neceſſariũ, & ideo eſt quodãmodo idẽ, qa idẽ eſt ſubiectũ vtriuſq;, ſicut nec reſpectu vnius hoĩs, ita nec reſpectu pluriũ cõtingit, idem oĩno eẽ opinatũ & ſcitũ, & ſicut reſpectu pluriũ cõtingit idẽ ſcdm ſubiectũ eſſe opinatũ & ſcitũ, ita reſpectu vnius: poſſum em̃ ego opinari aliqd de deo, ſcire aliq̃d de eodẽ, & ſimiľr eſt reſpectu eiuſdẽ tẽporib⁹ diuerſis. Sicut em̃ impoſſibile eſt idẽ oĩno eſſe ſimul neceſſariũ & cõtingens, ita & ſucceſsiuè, qa nõ fit mutatio de cõtingẽti in neceſſariũ, nec è cõuerſo: & ſimiliter idẽ ſubiecto eẽ neceſſariũ & cõtingẽs ſcdm diuerſa ſimul, nulla repugnãtia eſt &c. Et ſic nullã dr̃iam facit ad idẽ eẽ opinatũ & ſcitũ, pluralitas ſuppoſitorũ vel tẽporũ: cuius oppoſitũ Ariſtoteles hic dicit ꝓpter qđ ſola ſecũda rn̄ſio textui cõformis videť: qm̃ vt ex ea patet, multũ refert an ab vno, an pluribus an ſimul, an diſtinctis tẽporibus idẽ oĩno ſit opinatũ & ſcitũ, licet nulla dr̃ia ſit, an ab vno vel plurib⁹ ſimul vel ſucceſsiuè idẽ quodãmõ ſit opinatũ & ſcitũ &c. ꝓpterea qñ in textu dicit q in alio vnũqđq; eſſe cõtingit eiuſdẽ: ſicut dictũ eſt: ly (ſicut dictũ eſt) nõ refert ly eiuſdẽ, qm̃ nõ eſt ſenſus q in alio cõtingat idẽ quodãmodo eſſe opinatũ & ſcitũ, ſed q in alio cõtingit idẽ oĩno eſſe opinatũ & ſcitũ, ſed refert totã cõcluſionẽ quæ ex dictis ſequit̃ &c. Si quis tn̄ pro reuerẽtia Ariſtotelis, cui etiã, quæ nũquã actualiter cogitauit, vera tn̄ à poſterioribus attributa ſunt: quãtũ cõgrue poſſet adaptare rn̄ſionẽ textui ſaluabit̃, iſta nunc dicta dr̃ia, inter vnũ & plures opinãtes. Dixi aũt pro reuerẽtia Ariſtotelis, qm̃ minus dignũ Ariſtotele videtur, q particulariter determinauerit quęſtionẽ hãc, & iuxta quartã rn̄ſionẽ vniuerſaľr fit deciſio &c. Poſſet tn̄ aliter inducẽdo has cõcluſiones, p̃ſpicacitas Ariſtotelis ſaluari, tenẽdo primã rn̄ſionẽ in p̃cedẽti dubio poſitã eẽ intẽtã ab eo: & dicẽdo, q primo ſoluit quæſtionẽ intuẽdo opinabile & ſcibile ſcdm ſe, ſeu ex parte obiecti, & deinde in his cõclõnibus locut⁹ eſt de opinabili & ſcibili ī ordine ad vnũ vel plures ſimul vel ſucceſsiue. Aduertẽdũ eſt ſcdo q licet prima cõcl̃o correlaria, ſ̃iuxta ſecũdã rn̄ſionẽ ſit cõclõ p̃cipalis & nõ fuiſſet ſepanda à ſupiorib⁹, vt tn̄ via deť facilior ad ſupradicta, ſeparauimus eã, & etiã qm̃ hic explicitè meminit Ariſtoteles vnitatis & pluralitatis, opinãtiũ, ſimpliciter vel ſcdm tẽpus &c.

Num idẽ enũtiabile ſciri & opinari ſimul ab eodẽ poſſit.

CIrca hãc partẽ occurrit dubiũ. An verum ſit vniuerſaliter, q impoſſibile ſit idẽ oĩno enũtiabile opinari & ſciri ab eodẽ ſimul &c. Videtur em̃ q nõ ſit vniuerſaliter verũ: primò qa nihil p̃hibet idẽ enũtiabile ab eodẽ ſimul teneri per mediũ cõtingẽs, & per mediũ neceſſariũ, vt cõtinuè experimur in ſciẽtificis ꝓceſsibus, vbi ꝓbabilia neceſſarijs annectuntur: opinio autẽ & ſciẽtia in hoc differũt, quia illa per mediũ cõtingẽs, hæc p neceſſariũ eſt: ergo &c. Scdò qa cõtigit eidẽ enũtiabili neceſſario ab eodẽ aſſentiri ſimul per duo media, quorũ vnũ eſt verè neceſſariũ, & alterũ ẽ cõtingẽs: exiſtimatũ tn̄ eſſe neceſſariũ: & tũc cũ aſſenſus per verè neceſſariũ ſit ſciẽtificus, per apares autẽ neceſſariũ ſit opinatiuus: ſequit̃ in eodẽ ſimul eſſe ſciẽtiã & opinionẽ eiuſdẽ oĩno &c. Caſus eſt poſsibilis, & oĩa aſſumpta manifeſtè ſunt vera præter hoc q aſſenſus per mediũ cõtingens apparens neceſſariũ ſit opinatiuus & hoc p bať. Quia ſi talis aſſenſus non eſt actus opinionis aſsigneť cuius hábit⁹ actus ſit, & niſi qs fingat aliquẽ aliũ habitũ ab his qs in intellectu poſuit Ariſtoteles nõ inueniet niſi id qđ dictũ eſt: ergo &c.

Tertiò, quia ſi aliquid impediret opinionẽ & ſcientiã eiuſdẽ eſſe in eodẽ ſimul, hoc eſſet oppoſitio euidẽtis & ineuidẽtis, certi & dubij. Quæ eſt inter opinionẽ & ſcientiã. Sed hoc nõ impedit, qm̃ mediũ neceſſariũ & cõtingẽs p̃nt dupliciter inueniri. Vno mõ ſeorſum cauſantia ſuos proprios effectus. Et ſic circa idẽ cauſant aſſenſus cõditionũ incõpoſsibiliũ. Quia vnus eſt cert⁹, & alius dubi⁹. Et hoc mõ clarũ eſt q ſcientia & opinio eiuſdẽ in eodẽ nõ ſunt. Alio modo inueniunť ſimul cauſantia vnicũ aſſenſum certũ & nullo mõ dubiũ. Qui rõne medij probabilis opinatiuus rõne medij neceſſarij ſciẽtific⁹ eſt, & ſic vn⁹ aſſenſus erit vtriuſq; habitus ſimul, opiniõis. ſ. & ſciẽtiæ &c. Quòd autẽ hæc diſtinctio nõ ſit fictitia declarať exẽplo, ſol & cãdela accẽſa, ſi ſumanť vt ſeorſum cauſantes lumina, ſic cauſant lumina conditionũ incõpoſsibiliũ, qa ille cauſat lumẽ clarũ, hæc obſcurũ. Impoſsibile eſt em̃ idẽ lumẽ eſſe clarũ & obſcurũ. Si aũt mediũ illuminatũ illo lumine obſcuro recipiat ſolẽ, tũc ſimul ſol & cãdela cauſant vnũ numero lumẽ, & duo agẽtia partialia. Clarũ eſt em̃ q candela nõ

Rñſio. definit tunc illuminare. Similiter his ſe habẽt opinio & ſciẽtia. Quare ſimul p̃nt eſſe in eodẽ &c. Ad hæc dr̃, p̃mittẽdo q nõ eſt p̃ſentis intẽtionis diſcutere an ſimul contingat actualiter opinari & ſcire idẽ, ita q nõ inquirim⁹ an intellectus poſsit habere ſimul plures actus circa idẽ. Sed ſufficit nr̃o ꝓpoſito an ſimul poſsimus habere habitũ opinionis & ſciẽtiæ circa idẽ oĩno. Et ad hoc dr̃ cũ Ariſtotele q nõ, & rõ eſt, qa cũ opinio & ſciẽtia circa idẽ opponanť primò ſcdm certitudinẽ & incertitudinẽ ex parte ſubiecti, nõ medij, neq; obiecti, & impoſsibile ſit oppoſita ſcdm id in quo opponũtur adunari, nõ p̃t fierivt opinio & ſciẽtia eiuſdẽ oĩno ſint in eodẽ ſubiecto ſimul &c. Quòd em̃ opinio & ſciẽtia opponanť ſcdm certitudinẽ & incertitudinẽ ex textu patet: q aũt talis certitudo & incertitudovniuerſaliter ſe teneãt ex parte ſubiecti, & nõ obiecti nec medij declarať: primò q non ex parte obiecti, qa de eodẽ oĩno enũtiabili cõtingit eſſe opinionẽ & ſciẽtiã in diuerſis (vt diximus) & tũc eſt manifeſtũ q æqua eſt certitudo obiectalis vtriuſq;. Deinde q nõ ex parte medij. Tũ qa non oĩs opinio eſt p mediũ, ſed cõtingit opinionẽ eſſe ꝓpoſitiõis immediatæ, vt in textu dr̃, & cõſequenter ex parte medij nõ p̃t vniuerſalis dr̃ia aſsignari inter opinionẽ & ſcientiã. Propter qđ Albertus dicit, q notãter Ariſtoteles dixit opinionẽ eſſe acceptionẽ immediatę ꝓpoſitiõis, vt ſciam⁹ à fortio ri q & mediata & immediata ſub opiniõe cadũt. Tũ qa cõtingit p idẽ mediũ in altero debilioris ingenij fieri opinionẽ, & ī altero ſciẽtiã. Et tũc certi tudo medij æqua eſt ī vtroq;, qa idẽ eſt &c. Vltio q ſit ex parte ſubiecti. Tũ ꝓpter ſufficientẽ diuiſionẽ. Tũ ex qđ noĩs ipſius opiniõis. Oẽs em̃ tunc nos opinari arbitramur & dicim⁹, qñ in intellectu nr̃o formido aliqua remanet alterius partis vndecũq; veniat formido illa, quę nil aliud eſt q̃ nõ plena determinatio intellectus ad hãc partẽ, & tunc ſcire arbitramur & dicimus, cũ abſq; formidine alteri⁹ partis alterã certã intellect⁹ (nõ volũtas) habet &c. Ad argm̃ verò primũ in oppoſitũ dr̃, q licet cõtingat idẽ enuntiabile cognoſcere ſimul per mediũ cõtingẽs & neceſſariũ, nõ tn̄ cõtingit illud ſimul opinari & ſcire. Nõ em̃ diſtinctio ex pte medij ſufficit ad diſtinctionẽ opinionis & ſciẽtiæ, ſed exigit̃, vt dictũ eſt, incertitudo ex parte ſubiecti. Et aduerte, ꝓut dicit. S. Tho. 3. parte. q. 9. art. 3. q ſi cut in gñatiõe ſubſtãtiæ formã antecedũt diſpoſitiones, & in aduẽtu formæ corr̃upunť & firmiores cõcomitanť, ita in ꝓceſſu ſciẽtifico opiniões p ꝓbabilia media p̃cedũt demõſtrationẽ ſcdm quã in troduciť ſciẽtia, & in aduẽtu ſciẽtiæ deſinũt qdem opiniões, ſed cõcomitanť firmiores exiſtimatiões p illã & media ꝓbabilia. Habentes em̃ media demõſtratiua facili⁹ & firmius ꝓbabilia cõiectam⁹ & poſsidem⁹. Et hoc notãdũ eſt nõ parũ, qm̃ liberat à laqueo venãtiũ &c. Ad ſecundũ dr̃ admitten

3. p. q. 9. arti. 3.

C do caſum, ſed negãdo q aſſentire p mediũ cõtingens exiſtimatũ neceſſariũ ſit actus opinionis. Et cũ quæriť, cuius ergo habitus actus eſt? dr̃ q eſt actus ignorãtiæ prauæ diſpoſitionis, & nõ oportet fingere nouũ habitũ. Ad tertium dr̃ q illud argumentũ ſi aliquid concludit, cõcludit id quod diximus in reſponſione ad primum, q. ſ. ſimul p medium probabile & neceſſariũ aſſentire contingit. Et exẽplũ & declaratio adducta nihil aliud indicant, qm̃ claritatẽ & obſcuritatem medij concernunt. Sed ex hoc non ſequit̃: ergo opinio & ſciẽtia ſtant ſimul. Quoniã iam declarauimus q obſcuritas & claritas ſecundũ quas differũt ſciẽtia & opinio ex parte ſubiecti ſe tenent. Argumentũ autẽ ꝓcedit ac ſi ſe tenerẽt ex pte cauſæ. Quapropter

D dicta (à Durando) in illo argumẽto quo ad diſtinctionẽ illã & exẽplũ ſint in declarationẽ & robur eorũ quæ diximus in reſpõſione ad primum &c.

CIRCA vltimã partẽ capituli aduertẽdũ eſt q Ariſtoteles ſolertię & opinionis & intellect⁹ tm̃ meminit de ſciẽtia tractãs, reliquorũ habituũ differentias alijs relinquẽs. Fecit autẽ hoc qm̃ intellectus principium eſt ſcientiæ quæ concluſionẽ reſpicit, opinio autẽ & principiorum & cõcluſionũ eſt. Solertia aũt medij cõiectatrix eſt, à natura initiũ ſumens & ab exercitio prõptitudinẽ. Reliqui autẽ habitus extranei à ſcientiæ propoſito ſunt. **Annota.**

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani ſuper librum Primum Poſteriorum Analyticorum. FINIS.

ARISTOTELIS POSTERIORVM ANALYTICORVM,

LIBER SECVNDVS,

Cum Thomæ de Vio Caietani clariſsimis Commentarijs.

De Quæſtionibus, quot & cuius ſunt. CAP. I.

Vide. 4. Phy. c. 3.

QVAE quæruntur ſunt equalia numero ijs, quę cũq; ſcimus: quærimus aũt quatuor, quod, propter quid, ſi eſt, q̃d eſt: cum enim vtrũ hoc, aut hoc inſit, quærimus in numerũ ponentes, velut vtrùm deficit Sol, aut non, ipſum q̃ quærimus. Signum aũt huius, cum em̃ inuenimus q̃ deficit, ceſſauimus, & ſi à principio ſciremus, q̃ deficit, non quęreremus vtrum: cũ aũt ſcimus ipſum q̃, tunc ipſum propter quid quærimus, vt ſcientes, q̃ deficit, & q̃ mouetur terra, propter quid deficit, aut propter quid mouetur, quærimus hæc quidẽ ſic. Nonnulla verò alio modo quærimus, vt ſi eſt, aut non eſt centaurus, aut Deus. Si autem eſt aut nõ, ſimpliciter dico, ſed non, ſi albus eſt, aut non. Cum verò cognouerimus q̃ eſt, quid eſt quærim⁹, vt quid igitur eſt Deus, aut q̃d eſt homo? Quæ quidẽ igitur quærimus, & quæ cum inuenimus ſcimus, hæc & tot ſunt. Quærimus aũt, cum quærimus q̃, aut ſi eſt ſimpliciter, an eſt mediũ ipſius aut non eſt? quando aũt cognoſcẽtes, aut q̃, aut ſi eſt, aut q̃ in parte, aut ſimpliciter, rurſus ipſum propter q̃d quærimus, aut quid eſt, & tũc quærimus quid eſt medium. Dico aũt q̃, aut ſi eſt in parte, & ſimpliciter, in parte quidẽ, an deficit Luna, aut augetur? ſi em̃ eſt aliquid, aut non eſt aliquid in talibus quærimus, ſimpliciter verò ſi eſt, aut non eſt Luna, aut nox. Contingit itaq; in oĩbus quæſtionibus quærere, aut ſi eſt mediũ, aut q̃d eſt mediũ, cauſa enim eſt mediũ: in oĩbus nanq; hoc quæritur, anne deficit? anne eſt aliqua cauſa, aut non? poſt hæc, cũ cognouerimus, q̃ eſt aliqua, quid igitur eſt hæc quærimus. Cauſa em̃ eſt q̃ ſit nõ hoc, aut illud, ſed ſimpliciter ſubſtantia, aut nõ ſimpliciter, ſed aliquid eorũ, quæ per ſe, aut ſecundũ accidens ſunt, mediũ eſt: dico autẽ ſimpliciter quidẽ ſubiectũ, vt Lunam, aut terram, aut Solem, aut triangulũ, ipſum verò quid defectũ, æqualitatẽ, inæqualitatẽ, ſi in medio, aut non: in oĩbus nanq; his manifeſtum eſt, q̃ idẽ eſt quid eſt, & propter quid eſt. Quid eſt defectus? priuatio luminis à Luna propter terræ obſtructionem: propter quid eſt defectus? aut ꝓpter quid deficit Luna? eò q̃ deficit lumen terra obſtructa. Quid eſt conſonantia? ratio numerorũ in acuto & graui: propter quid conſonat acutum graui? eo q̃ rõnem habent numerorũ acutum & graue, nunquid eſt conſonare acutũ & graue? nunq̃d eſt in numeris ratio ipſorum? cum aũt acceperimus, q̃ eſt, quæ igitur eſt ratio, quærimus. Quòd aũt eſt medij quæſtio, ſignificant, quorum cunq; mediũ eſt ſenſibile, quęrimus enim cum non ſenſimus, veluti de eclipſi ſi eſt, aut non: ſi verò eſſemus ſupra Lunã, non vtiq; quæreremus neq; ſi ſit, neq; propter quid, ſed ſimul vtiq; manifeſtum eſſet: ex eo enim quod ſentitur, & vniuerſale nobis factum eſt ſcire, ſenſus nanq; eſt, q̃ nũc obſtruitur, manifeſtum enim eſt q̃ nunc deficit, ex hoc aũt factum vtiq; fuit vniuerſale. Quemadmodũ igitur dicimus, quid eſt ſcire, idem eſt, & ꝓpter quid eſt, hoc verò ſimpliciter & non inexiſtentiũ alicui, aut inexiſtentiũ, vt q̃ duo recti ſunt, aut q̃ maius, aut minus eſt. Quòd igitur omnia, quę quæruntur, eſt medij quæſtio, planum.

Vide. 3. Top. c. 1.

Summa huius capituli hæc eſt.

Prima cõclusio.

QVæſtiones ſunt æquales numero his quæ verè ſcimus. Declaratur: q̃m quæſita ſunt quatuor: Quia, propter quid, ſi eſt, quid eſt.

Ipſum quia tunc quæritur, cum ponẽtes in numerum quærimus vtrùm ſit hoc, aut hoc, vtvtrũ ſol deficiat, aut nõ. Declaratur ex duobus ſignis: primum eſt, quoniam inuento quia deficit, penſamus: ſecundum eſt, quoniam ſi à principio notũ fuiſſet, quia deficeret, nõ quærerem⁹ vtrũ &c.

Ipſum propter quid quæritur ſcito quia, vt ſcito q̃ luna deficit, propter quid quærimus.

Ipſum ſi eſt quæritur, cum quærim⁹, ſi eſt aut nõ eſt ſimpliciter, & non cum quærimus ſi eſt albus aut nõ, vt ſi eſt, aut nõ eſt cẽtaurus, aut Deus &c.

Ipm q̃d eſt ſcito q̃m eſt quærit, vt q̃d eſt Deus, q̃d eſt hõ. Quæſita ergo & ſcita hæc & tot ſunt.

Secunda cõclusio.

Contingit in oĩbus q̃ũbus quærere, aut ſi eſt mediũ, aut q̃d eſt mediũ. Declarat̃ hoc. Primò q̃m cũ quærit̃ q̃a, aut ſi eſt ſimpliciter, quærim⁹ vtrũ ſit mediũ ipſi? aut nõ. Cũ aũt cognito q̃a eſt, aut ſi eſt, aut in parte, aut ſimpliciter, ꝓpter quid eſt, aut q̃d eſt quæritur, Quærimus q̃d ſit mediũ &c. Probat̃ deinde hoc idẽ, q̃m in oĩbus iſtis quęritur cã, cauſa aũt mediũ eſt. Declarat̃ hoc primo in cõpoſitis q̃ũbus, q̃m quærẽdo vtrũ luna deficiat, an ſit aliqua cã defectus quærit̃: & hoc ſcito q̃d ſit cã illa, ꝓpter q̃d inueſtigat̃ quærẽdo &c. Deinde vſq; q̃a cã tã eſſendi ſubſtãtiã ſimpliciter q̃ nõ ſimpliciter, ſed eſſendi aliq̃d eorũ quæ ſunt p̃ ſe, aut ſcđm accidẽs mediũ eſt. Confirmat̃ hoc idẽ q̃m in oĩbus his quid & propter quid idẽ eſt. Probatur: q̃m idem. i. quid paſſionis reſpõdeat vtiq;, vt patet de defectu lunæ & cõſonantia. Dicit̃ hæc ſecunda pars cõfirmatiõis in exẽplis cõſonantiæ. Et aliter i textu nõ habet. Et ſimiliter q̃a, & ſi eſt idẽ ſunt. Quærere nãq;, q̃a, eſt quærere an ſit, q̃d illi⁹ p̃dicati, vnde & hoc accepto quid eſt illud, quæritur.

Tertia cõclusio.

Oĩsq̃ eſt medij. Probat̃ ſigno, q̃m medio exiſtẽte ſenſibili ſi nõ ſentit̃ quęrim⁹. Si aũt ſentit̃ nõ quęrim⁹ ſi eſt, neq; ꝓpter q̃d, vt patet d̃ eclipſi lunę. Si em̃ eſſem⁹ ſupra lunã neutrũ q̃reremus. Sed ſimul manifeſtũ cẽt. Ex ſenſu q̃dẽ ſingulariter & intellectu accipiẽte ex ſingulari ſenſato vſe. Sicut ergo dixim⁹, idẽ eſt ſcire q̃d eſt, & ꝓpter q̃d ſcire, hoc aũt aut eſt ſimpliciter, aut eorũ q̃ inſunt &c.

Series autem hæc eſt.

Demonſtrationis natura declarata, q̃m ipſam ex primorũ p̃incipiorũ & medij præexiſtẽti cognitione procedere dictũ fuit: intendens in hoc libro de his determinare à medio inchoãs intendit in hoc cap. oĩa ſcibilia & dubitabilia ad medijſciẽtiã & dubitationẽ reducere. Et ideo à quæſtionib⁹ merito exorſus eſt: & in prima cõcluſione tã earũ q̃ quæſitorum numerũ ponit. In ſecũdo verò ad duas medij quæſtiones oẽs reducit. In tertia autẽ ad medium abſolutè omnes tendere declarat.

Num tot ſint quæſtiones ſcibiles quot ſunt ſcita.

CIrca primã cõcluſionẽ & dicta ĩ ea multiplex dubiũ occurrit. Dubitat̃ enim primo circa ipſam cõcluſionẽ, q̃a maior numerus vĩ q̃num numero verè ſcitorũ ſeu ſcibiliũ (nihil em̃ diſtat ĩ, ꝓpoſito inter verè ſcibile & verè ſcitũ.) Quæſtiones ſiquidẽ in textu dicitur, ſunt quatuor, verè autẽ ſcita duo tãtũ ſunt: ſ. quia, & ꝓpter q̃d. Quod ſic probatur, q̃m per ly (verè ſcitũ) aut intelligit idẽ quod per demõſtrationẽ notũ, aut intelligit idẽ q̃d certitudinaliter cognitũ. Non enim poteſt dici q̃ ſumitur hoc ſecũdo modo, quia ſic maior eſſet numerus ſcitorũ q̃ quæſitorũ: quia principia prima hoc modo ſcita ſunt, q̃a certiſsimè cognita, & tamẽ ipſa nõ ſunt dubitabilia. Relinquitur ergo vt ſumatur primo modo, & tũc probatur in tẽtũ, q̃m quod quid eſt nõ ſcitur per demõſtrationẽ. Tum quia immediatè ineſt diffinito. Tum q̃a ad primã operationẽ intellectus per ſe pertinet. Tum quia præſupponit̃ in demõſtratione, vt in principio primi dictũ eſt. Quæſtio quoq; an eſt, per demõſtrationẽ ſciri nõ poteſt, quoniam præcognoſcere & prædeterminatã eſſe ipſam oportet, vt demõſtratio fiat. Omnis enim ſcientia, vt in principio primi dictũ fuit, & Commentator in finities replicat, ſupponit ſuum ſubiectum eſſe.

T. c. 21.

T. c. 20. Maxĩe prĩo phyſicorũ. c. 83. 2. phyſi. cõ. 26.

Quæſtio q̃d eſt nũ terminet ad ſcđm adiacens, vel tertiũ

Secũdò dubitatur circa declarationẽ quæſtionũ aſſignatã à S. Th. Dicit em̃ ibi duo ambigua. Primũ eſt, q̃ quæſtio q̃d eſt, eſt quæſtio de enuntiatione ſecũdi adiacẽtis: hoc aũt falſum videt̃ q̃a quæſtio q̃d, aut quærit de cõplexo, aut de incõplexo. Si de cõplexo, cõſtat q̃ quærit cõplexũ in quo diffinitio prædicat̃ de diffinito. Talis aũt cõplexio ad enũtiationes de tertio adiacẽte ptinet, vt de ſe patet. Si verò de incõplexo, neq; ad ſcđm neq; ad tertiũ adiacẽs: talis quæſtio ptinet, q̃m in cõplexũ, nec eẽ, nec nõ eẽ dicit. Secũdũ eſt q̃ cõcłones ille. ſ. q̃a, & ꝓpter q̃d, ideo dicunt̃ ponẽtes ĩ numerũ, q̃a quęrũt de cõpoſitione duorũ. ſ. ſubiecti & p̃dicati: hæc em̃ rõ ſi bona eſt à pari quęſtio an eſt ponit̃ ĩ numerũ, q̃a quærit de cõpoſitione p̃dicati cũ ſubiecto. Cũ em̃ quærit, an cẽtaur⁹ ſit, nihil aliud quærit̃, niſi an exiſtẽtia inſit cẽtauro.

Quod nã eẽ quęrat quæſtio ã eſt.

Tertiò dubitat̃ circa quæſtionẽ an ẽ. Quod eſſe quærat, q̃m eſſe: vt in. 5. Metaphyſi. dicit̃ eſt duplex. Quoddã q̃d eſt actus entis. i. ipſa exiſtentia rerũ, & q̃dam q̃d cõſiſtit in ipſa veritate propõnis. Et vt Cõmẽtator. 5. Metaphyſi. dicit. Expoſitores iſtius quæſiti, ꝓpter hoc duplex eſſe diuerſi modè exponũt. Si em̃ quæſtio an eſt quærat de ipſa rei exiſtẽtia, tũc ſequit̃ q̃ quærat de nõ neceſſario, q̃m ſcđm veritatẽ metaphyſicalẽ ab antiqs ꝓbatã & verè doctis poſterioribus approbatã nullius q̃ditatis cũ ſua exiſtẽtia cõnexio eſt neceſſaria ſimplr, excepta ipſa primæ cauſæ eſſentia: põt em̃ intellectus abſq; cõtradictione intelligere cõponẽdo quãcũq; poſteriorẽ naturã cũ nõ eſſe &c. Si aũt quærat̃ de eſſe q̃ ſigñat veritatẽ ꝓpõnis. i. an iſtę ꝓpõnes ſint verę, cẽtaur⁹ eſt, decima ſphera eſt &c. Tũc ſequit̃ q̃ ſciẽtia nõ ſit de reb⁹ ſed de propõnibus, & q̃ præcognitio quia eſt, nõ ſit niſi de eſſe ꝓpõnis, cuius oppoſitũ in primo oſtendimus. Et fruſtratur omnis intentio quærẽtium. Non em̃ quærimus vt ad propoſitionũ no-

T. c. 14. C. 14.

Cap. 1. in ſolutione ſecũdi dubij circa tex. c. 2.

tiam veniamus,ſed vt reſ ipſas eſſe cognoſcamus, vt patet cum quæritur,an ſubſtãtiæ ſeparatę ſint.

Com.18 Ad hoc dicitur secundũ Auerroim ꝙ via posita in secunda conclusione & ab ipso exposita est via cõpositiua. Accipiuntur siquidẽ quatuor viæ ex hoc capitulo ducẽtes ad quod quid est: prima ponitur in prima cõclusione: secunda in secunda: tertia à tertia vsq; ad sextã inclusiue: quarta in septima: & prima quidẽ subiecti qđ quid est venatur: secũda autẽ specici subalternę: tertia simpliciter ipm quod qd est, quarta passionis. Sed si hæc vera sunt qũo scđa via est via cõpositiua, per q̃ Arist. differt à cæteris? illa nãq; methodus nõ ducit scđm eos nisi ad spẽm subalternã, & sufficiens est scđm Auerroim &c. Aliter ergo dr̃ ꝙ vltima via est, q̃ Arist. docuit: & hęc cõpositiua & adunatiua est, qm̃ à multitudine inchoat & adunãdo ascendit. Sed contra hoc est qm̃ vltima methodus nõ est methodꝰ simpliciter, sed quo ad nos. Quæstio autẽ de mõ venãdi quod qd est quęstio est de processu simpliciter. Ideo dicendũ mihi vr̃ ꝙ via posita in secũda cõclusione cũ cõditionibus suis vsq; ad sextã inclusiue, est via cõpositiua, quã ponit Aristoteles. Ad cuius euidentiã reducenda sunt ad memoriã superius dicta. Examinauit superius Aristoteles quãta sit vis demõstratiui processus ad habẽdũ quod quid est, & vt patuit nec totaliter reprobauit, nec totaliter approbauit: & sic opinionẽ Hippocratis pertrãsiuimus. Examinauit quoq; quãtæ efficaciæ sit processus diuisiuus, & determinauit ꝙ ad syllogizandũ inutilis est: & per hoc arbitror eum discussisse Platonis opinionẽ, saltẽ secũdũ sonum verborũ, vt alibi consueuit. Cõcludit tandẽ in hoc capitulo ꝙ congrua via ad venandũ quod quid est, processus est diuisiuus, non syllogizãdo, quia hoc reprehendimus, sed colligendo incipiẽdo à supremo genere cũ cæteris conditionibus dictis: additis regulis ex problematibus topicis: & hæc est via cõpositiua. Licet em̃ diuisiua dicatur, quoniã à diuisione incipit & diuidẽdo incedat, efficaciam tamen ex compositione sortitur, & nõ ex vi diuisionis &c. Vnde notanter Arist. statim post secundam conclusionẽ subiunxit, ꝙ diuisiones vtiles sunt ad colligendum quod quid est, non ad demonstrandũ. Et sic posuit opinionem suam non extraneam omnino ab alijs, sed vtentem aliquo modo vtraq; illarum, dum huic viæ & diuisionis, & syllogismi secundum problemata diuersimode seruiunt &c.

T.c.3. T.c.4. Scđm S. Tho. 3. metaphysicæ. T.c.25.

De venatione propter quid &c. CAP. II.

AD hoc autem ꝙ habeamus problemata, eligere oportet & decisiones & diuisiones, ita verò eligere supponentẽ genus cõmune omniũ, vt si animalia essent, quæ speculata sunt qualia omni aĩali insunt: his autem acceptis rursus reliquorũ primo, qualia oẽ sequãtur: vt si hoc est auis, qualia omnẽ sequantur aũt, & ita semper proxima: planũ enim, ꝙ habebimus iã dicere, ꝓpter quid insunt consequentia ijs, quæ sunt sub cõmuni, vt propter quid homini aut equo insunt: sit autẽ animal, in quo A B: verò cõ sequentia omne animal: in quibus autem C D E aliqua animalia: planum igitur propter quid B ineſt ipsi D: nanq; per A: consimiliter autem & alijs. Et semper in alijs ea dẽ est ratio, nũc quidem igitur secundum tradita cõmunia nomina dicim⁹. Oportet autẽ non solum in his considerare, sed & si aliud quid visum fuerit inexistens commune, excipientem, postea quæ hoc sequitur, & qualia hoc sequuntur, vt cornua habentia habere erinaceum, & non vtrinq; dẽtata esse: rursus cornua habere, quę sequitur, planũ enim propter quid illis inerit, quod dictũ est, propter enim cornua habere inerit. Amplius autẽ alius modus est secundum proportionale eligere: vnũ em̃ accipere non est idẽ, quod oportet vocare sepeum, & spinam, & os, erunt autem consequentia & his, tanquam vna quadam natura tali existente. Eadem verò problemata sunt hæc quidẽ eo, ꝙ idẽ mediũ habent, vt qm̃ omnia contra resistentia: horum autẽ quædã genere eadẽ sunt, quæcũq; habent dr̃ias eo ꝙ aliorum, aut aliter sunt: vt propter quid resonat? aut propter quid apparet? & propter quid iris? oĩa enim hæc idẽ problema sunt genere, omnia em̃ sunt refractio, sed specie altera. Aliqua verò eo, ꝙ mediũ sub altero medio est, differunt problemata, vt propter quid Nilus decrescente mense magis fluit? quoniam hybernior decrescens est, & propter quid hybernior decrescens est? quoniam Luna deficit, hęc enim ita se habent interse.

Summa

Summa huius capituli hæc est.

AD habendum propter quid, oportet decisiones, diuisionesq; eligere, & genus subiectum commune omnium, & qualia insunt omni genere &c. deinde reliquorũ primo qualia inhęreant, & sic semper proximo &c. declaratur quoniam sic manifestum fit propter quid talia inhæreant his, quę sunt sub illo cõmuni, vt patet in terminis B primo, C D E vltimis: & A medio applicatis ad propria animalis, quædã animalia & animal &c.

Regula. Oportet non solum in his cõsiderare propter quid, sed & si aliud aliquod accipiatur esse commune, & accipere quibus illud inhæreat, & qualia hæc sequantur: declaratur exẽplariter ad cornutum esse sequitur habere duos ventres & carere dentibus superioribus: inuenitur autẽ in bue, & hirco, declaratur, qm̃ sic manifestũ fit propter quid illis hęc insunt, puta ꝓpter cornua &c.

Regula. Oportet aliquãdo analogũ propter quid eligere: probatur à priori, qm̃ quædã sunt quæ sequũtur analoga, tanq̃ si eorũ natura vna, vt sepiõ, spinã & & os, vnũ non sunt, & quædam sequuntur.

Propositio. Eadem problemata sunt, quæ idem habẽt medium, vt puta antepariste sim.

Diuisio. Horum quædam habent idem medium genere, & differunt specie, vt propter quid echon: idolum in speculo, & iris &c. propter repercussionem diuersarum specierum. Quædam habẽt medium subalternum: vt propter quid Nilus magis fluit in fine lunæ, quia vernior est finis: propter quid autem vernior, quia luna deficit &c.

Series autem hæc est.

INTENDENS tradere modum inuestigandi propter quid, duo facit: primo tres regulas dat, quarum prima propter quid vniuocũ genus nominatũ inuestigatur: secunda verò vniuocũ non tũ essentiale genus, aut nominatũ in ꝓpter quid inuenitur: tertia autem nõ semper ad vniuocum propter quid recurrendum fore dicetur: secundo non esse semper in diuersis diuersum propter quid inquirendum, sed quandoque idem, diuersimodè tamen in diuersis docet vnica propositione & diuisione &c.

Ex tertia regula habes Scotista vnde errorem tuũ deprehendas, dũ putas ideo oportere ens & alios terminos metaphysicales esse vniuocos, vt possint de eis & ex eis demõstrationes fieri, aliter omnia in æquiuoco constitui. Ecce textus Arist. expresse dicens, ꝙ analoga media sumẽda q̃q; sunt, quæ licet vniuoca nõ sint, sequuntur tamẽ ea, quædã ac si essẽt vniuoca, vt patet ī spina &c.

De tribus quæstionibus circa propter quid. CAP. XII.

DE causa verò & cuius causa dubitaret vtiq; aliquis, an quãdo est causatum & causa est, quemadmodum si fluunt folia, aut deficit, & causa fluendi folia, aut deficiẽdi erit, veluti, si huius est lata folia habere, ipsius verò deficere, est terrã in medio esse: si em̃ non est, alia quædã erit causa ipsorum, siue causa est simul & causatum, vt si in medio terra est, deficit, aut si latifoliũ est fluũt folia. Si verò sic, simul vtiq; essent, & mõstrarentur per seinuicẽ: sit enim folia fluere, in quo A: latifoliũ verò in quo B: vitis autem in quo C: si itaq; ipsi B ineſt A, omne em̃ latifoliũ fluit folio, ipsi verò C ineſt B, omnis enim vitis est latifolia, ipsi C ineſt A, & omnis vitis fluit folio, causa verò B medium: sed & quoniam latifolia est vitis, est per folio fluere demonstrare, sit enim D quidem latifolium, E verò folio fluere, vitis autem in quo F: ipsi itaq; F ineſt E, folio fluit enim omnis vitis, ipsi autem E D, omne enim folio fluens est latifolium, omnis igitur vitis est latifolium: causa autẽ est folio fluere. Si verò non contingit causas esse sibiinuicem, causa enim prior est eo, cuius est causa, & deficiendi quidem causa est in medio terram esse: ꝙ autem in medio terra sit, non est causa ipsum deficere: si igitur per causam quidem demõstratio est propter quid, quæ verò nõ per causam ipsius ꝙ, ꝙ quidem terra quidem in medio est, nouit, propter quid autem nõ, quoniam ipsum deficere non est causa, ꝙ sit in medio, sed hoc ipsius deficere, manifestum est: in ratione nanq; ipsius deficere ineſt esse in medio: quare planum ꝙ per hoc, illud cognoscitur, sed non hoc per illud. An contingit vnius plures esse causas? si enim est idem de pluribus primum prædicari: sit A ipsi B primo inexistens, & ipsi C alij primo, & hæc ipsis D E, inerit igitur A ipsis D E, causa verò est ipsi quidẽ D B, ipsi verò E C: quare causa quidem existente, necesse est rem esse: re autem existente non necesse est omne esse, quodcunq; sit causa, sed causa quidem, nõ tamen omnis. Aut si semper vniuersale problema est, & causa totum quiddam, & cuius causa vniuersale, vt folio fluere toto aliquo determinato, licet species ipsius sint, & his vniuersaliter, aut plantis, aut his plantis: quare

Lege.1. phy.c.3.

 me-

& medium æquale oportet esse in his, & cuius causa, & conuerti: vt propter quid arbores folio fluunt, si itaq; propter congelationem humidi, & si folio fluit arbor, oportet esse congelationem, & si congelatio in est non cuicunq;, sed arbori, est folio fluere. Vtrùm autem contingit non eandem causam esse eiusdem omnibus, sed alterã, aut non? an si quidem per se demõstretur, & non per signum, aut accidens? nõ potest fieri: nãq; ratio extremi medium est, si verò non ita, cõtingit. Est autem & cuius causa, & cui considerare secundum accidens, non tamen videntur problemata esse: sive rò non, similiter habebunt medium, siquidem sunt æquiuoca, æquiuocum medium est: si verò vt in genere, similiter habebũt, vt propter quid & permutatim proportionale? alia enim causa est in lineis, & numeris, & eadem vtiq;, inquantum quidem lineæ, alia, inquantum verò habens augmẽtum tale, eadem, ita & in omnibus: huius autem similiter esse colorem colori, & figurã figuræ, aliam alij, æquiuocum enim est simile in his: hic quidem fortasse proportionabiliter habere latera, & æquales angulos, in coloribus verò sensum vnum esse, aut aliud aliquid tale: quæ verò secundum analogiam: eadem & medium habebunt secundum analogiam. Se habet autẽ sic, cõsequi, causa sibiinuicem, & cuius causa, & cui causa: singulum quidem accipienti, cuius causa ī plus est, vt extrinsecos ęq̃les esse quatuor in plus est, q̃ triangulum, aut quadrangulum, omnibus verò æqualiter: quæcunq; enim quatuor rectis æquales esse extrinsecos, & medium similiter: est autem mediũ ratio primi extremi: quo circa omnes scientię per definitionẽ fiunt: vt folio fluere simul sequitur vitem & excedit, & ficum & excedit, sed non omnes, sed æquale est: si igitur acceperis primum medium, ratio folio fluendi est: erit enim primum quidem in altera medium, quoniam talia omnia sunt postea huius mediũ quoniam succus congelatur, aut aliud aliquid tale: quid autem est folio fluere, congelari succum in cõtractu seminis. In figuris verò ita assignabit, quærentibus assecutionem causæ: & cuius causa: sit A inexistens B omni: B verò vnicuiq; eorum, quę D, in plus autẽ: B vtiq; vniuersale esset ijs, quæ sunt D, hoc enim dico vniuersale, qđ non conuertitur: primum verò vniuersale cum quo vnum quodq; quidem non conuertitur, omnia autem cõuertuntur & non excedunt: ipsis itaq; D causa est ipsius A ipsum B: oportet igitur A in plus q̃ B extendi: si verò non, quid magis causa erit hoc illius? si itaque omnibus E inest ipsum A, erunt aliquid illa vnum omnia aliud à B: si enim non, quomodo erit dicere, ꝙ cui inest E, ipsum A omni inest: cui verò A, non omni ipsum E: propter quid enim nõ erit aliqua causa, vt insit omnibus D, sed nunquid & quæ sunt E, erunt aliquid vnum? Considerare oportet hoc, & sic C: contingit itaq; eiusdem plures causas esse, sed nõ ijsdem specie: vt ꝙ longęua sint, quadrupeda quidem, eo quia non habent bilem, volatilia verò eo ꝙ sicca sunt, aut alterũ quid. Si verò ad indiuiduum non statim veniũt, non solum vnum est medium, sed & plura & causæ plures: vtrum verò causa mediorum, quod ad vniuersale primũ, aut quod ad singulare, singularibus? planum itaq; ea esse quæ proxima sunt vnicuique, cui sunt causa, primũ enim sub vniuersali esse, hæc est causa: vt ipsi D inesse ipsum C: ipsum A inesse, est causa: ipsi igitur D ipsum C, causa ipsius est A, ipsi verò C ipsum B, huic autem idem. De syllogismo igitur ac demonstratione, & quid vtrunq; est, & quomodo fit, manifestum est: simul verò & de scientia demonstratiua, idem enim est.

intelliges cap. 1. li. 1. pri.

Summa huius capituli hæc est.

Primæ quæstio.

NVnquid cum est causatum, & causa est, vt si folia fluant sit habere lata folia, & si luna deficit, sit interpositio terræ.

Cõclusio pro parte

Causa & causatum simul sunt: probatur dupliciter: primo quia si causa assumpta non sequitur ad effectum, oportet illius causati esse aliquã aliam causam, siue causa & causatum sint simul, vt eclipsis: & interpositio, siue non, vt lata folia & fluere. Si autem sic est, simul vtiq; erunt. Secũdo, quia demonstrant se inuicem, vt patet in terminis A primo C tertio: & B medio applicatis ad fluxum foliorum vitem, & latum folium: quòd causa demonstrat effectum: & in terminis D primo C tertio: & E medio applicatis, ad latũ folium: vitem & fluxũ folij: ꝙ effectus demõstret causam.

Vidc. 1. metaph. 7. & 1. post. 2.

Differentia.

Demonstrationũ dictarum altera est per causam & propter quid, altera autẽ per non causam, & quia: probatur à priori, quoniam non contingit illa duo media esse ad inuicem causas, quoniã causa prior est eo cuius est causa, & alterum eorum est alterius causa, quoniam in diffinitione illius cadit. Declaratur exemplariter in eclipsi lunæ & interpositione terræ.

Cõclusiones rãsiuæ cõditionaliter qõni.

Si cõtingit vnius plures causas esse, ad causam necessariò sequitur effectus, ex effectu autẽ non cõcluditur causa certa, sed causa hæc, vel illa. &c. Declaratur antecedens. Si cõtingat idem de pluribus primis prædicari, vt A de B & C primis subiectis: & D sub B & E sub C liquet si quidẽ tũc: ꝙ B & C sunt duæ causæ q̃re A īsit vltimis. s. D & E.

Si autem semper vniuersale propositum est, & causa totum quoddam est: & effectus vniuersaliter sumitur: necesse est medium effectum ęqualia esse & cõuerti: declaratur exemplariter in fluxu folij vt effectu, & densitate in arbore: vt causa vniuersali, & tali planta, vt subiecto &c.

Prima qõ

Vtrum autẽ contingat eiusdẽ effectus nõ eandẽ causam in omnibus, sed diuersis esse, aut non.

Cõclusiones rãsiuæ. secundæ qõni.

Quando demonstratur, per se, non contingit eiusdem esse diuersas causas in omnibus: probatur à priori, quoniam ratio vltimi est medium.

Declaratio scđæ cõclõnis

Quando demõstratur secundum signum, aut accidens, cõtingit eiusdẽ esse diuersas causas &c.

Contingit causam & effectum, in quo secundum accidens considerare, non tamen videntur ꝓposita esse, vel immo videtur ꝓblemata eẽ &c.

Declaratio primę

Si nihil interuenit per accidens, similiter se habebit medium cum eo cuius est medium, ita ꝙ æquiuoci æquiuocum, & generici genericum, & analogi analogum medium erit. Declaratur exẽplariter, & primo quo ad generica, in commutata proportione & lineis & numeris &c. secundo quo ad æquiuoca in similitudine inter figuras inter se, & colores inter se.

Cõclusio responsiuæ qõni.

Causa, & effectus, & subiectum ita se habent secundum consequentiam, ꝙ particulariter acceptis subiecto & causa in plus est effectus q̃ subiectum & causa & c. vtiliter autem sumptis, omnia æqualia sunt. Declaratur primo in habere angulos extrinsecos æquales quatuor rectis, vt effectu & triangulo & quadrangulo, vt particularibus subiectis & omnibus talibus vtili subiecto & medio seu causa vniuersali: & quo ad causam probatur, quoniã medium est ratio primi termini, ex quo omnes scientiæ sunt per diffinitiones &c. declaratur iterum in naturalibus in fluxu folij, vt effectus: ficu & vite, vt particularibus subiectis omnibus talibus, vt vniuersali subiecto & ratione primi termini, vt vniuersali medio, per quod inest omnibus, puta seminis succidensatione in cõtactu & c. tertio declaratur primum ordinando

A formam syllogisticam assumpto effectu communi, & causis specialibus, & subiectis particularibus illum effectum particularibus diuersis inter se propter illas speciales causas, in terminis generalibus A effectu: B causa speciali, & D subiecto particulari, & ex alia parte C altera causa speciali: & E subiecto altero particulari applicatis ad naturalia, scilicet longam vitam respectu modicæ choleræ & quadrupedum: ex alia parte respectu siccitatis, & volatilium.

Tertiacõclõ pro se secunda quæstione. tertia quæstio Cõclusio rãsiua.

Contingit igitur plures causas esse eiusdem, sed non eiusdem specie.

Si non statim in atomũ venitur, sed plura media & causę occurrunt eiusdẽ, qualis est causa mediorũ proxima vniuersali, aut ꝓxima singulari.

B Magis proxima vnicuiq; causa sumenda est: probatur à priori, quoniam hæc est primo causa, quòd illud sit sub vniuersali &c. declaratur in terminis A primo B secudo C tertio D quarto: inchoando enim ab vltimo &c. & gradatim ascendendo, semper causa proxima præinuenitur vsq; ad atomum, seu immediatum &c.

Series autem hæc est.

INTENDENS terminare tractatum de ipso propter quid, Tria facit secundũ tres quęstiones, quas mouet & determinat: sed quoniam prima & secunda se intersecant, attendendũ est, ꝙ sic procedit, mota prima quæstione, duas rationes adducit ad partem affirmatiuam, & differentiam subdit inter assumptos processus in secũda

C ꝙ ratione, vel in idem redit, inter consequentias determinatas. Deinde sub disiunctione duabus cõclusionibus respondendo quæstioni motæ eius categoricam solutionem ex alia quæstione depẽdere ex ipsis conclusionibus ostendit. Sicq; ad secundam quæstionem properat, & motæ statim duabus conclusionibus respondet, subdens declarationes earum ꝓpostero ordine: & sic reuertitur ad primam quęstionem: & vnica illi conclusione, plures partes habente satisfacit, multipliciter declarãdo eam &c. Et tandem tertiã cõclusionẽ correlariè deductã rãsioni ad se cũdã qõnem addit &c. postremo tertiã mouet qõnẽ, & illi statim satisfacit vnica cõclone &c. & epilogat &c.

Ad effectum cãquõ sequitur.

CIRCA primam rationẽ aduerte, ꝙ textus D sententiã, quam in summa posuimus, expresse habet & valde cõformis est titulo quæstionis: ꝓpter quod alietas fortè translationis causa fuit ꝙ expositoribus cõformis nõ sit. Differt siquidem ratio posita ab interpretatione aliorũ in hoc, ꝙ nos assumpsimus cõsequentiã primam absq; ꝓbatione, eo ꝙ verba illa. s. causa & causatum sint simul vt ad explanandũ consequentiã ꝙ vniuersaliter sermo sit inducũtur: ab alijs autẽ ad probãdum consequentiã inducuntur. Consentaneam autẽ nostram interpretationẽ quæstioni esse diximus. Tum quia textus noster & Boetij expresse ita habet, siue causa sit simul & causatum, vt si in medio est terra, deficit, aut si latũ foliũ est, fo-

lia fluũt:ex quibus verbis patet, q̃ dicit, siue causa & causatũ simul sint, vt interpositio & defect⁹, siue nõ, vt latũ foliũ, & fluxus. Tum quoniam sic intellecta vt exposuimus nos, titulus quæstionis ab ipsomet Aristotele explanatus inuenitur: & dubiũ quod posteriores inuasit: an. s. cũ hic queritur, si est causatũ, sit causa: intelligatur de simultate tẽporis, an de simultate cõsecutionis ab ipso Aristotele solutũ accipitur in illis verbis. Perspicuũ siquidẽ fit, q̃ de simultate cõsecutionis quæstio est ex eo quod dicitur, q̃ siue causa & causatũ simul sint vt interpositio &c. siue non, vt latũ foliũ &c. cõsistit igitur vis primæ rõnis in hoc q̃ si ad B effectũ nõ sequitur A causa, siue simul tẽpore siue prius, oportet ipsius B alterã esse causam q̃ A: & hæc cõsequẽtia est manifesta ex eo q̃ nullus effectus est, ad quẽ nõ sequatur causa aliqua &c. & si sic est. s. q̃ sit altera causa, erunt vtiq; simul effectus & cã, licet nõ rectè sequaẽ, erũt vtiq; simul effect⁹ & causa hæc: nec incõuenit nihil pl⁹ concludi per hanc rationem, quoniam inuestigãdo proceditur paulatim ad veritatẽ à communioribus &c. ad specialia quo sequẽs ratio ducit &c. vel. Si autem sic est scilicet q̃ illa assumpta est vera, seu sola causa simul vtiq; erunt effectus, & causa hæc. Nec putet aliquis hæc dicta esse vt nõ imitetur. S. Tho. expositionẽ: sed quoniã textum eius nõ habeo, & nostrũ in hac parte fortè melioreẽ saluare volumus, ab ipsius sententia nõ discrepantes, quoniam talem esse quæstionis titulum, ipse expresse dicit, explicans quod Aristoteles tacuit. s. q̃ de mutua consecutione quæstio agitur, an. s. ad effectum causa, & è cõuerso sequatur &c.

CIRCA resp̃õsiuas cõclusiones aduertẽda sunt tria. Primũ est q̃ Aristoteles secundum veritatẽ disiunctiuè eas format vt patet per præpositã cuilibet earũ notam disiunctionis aut: sed q̃m veritas illius disiũctiuę vsq; ad sequentẽ q̃nẽ pendet, & ab Aristotele prima pars ex quadã cõditionali declaratur, & secundũ veritatẽ conditionalibus quas nos formauimus æquialet: ideo ad faciliorẽ perceptionẽ cõditionales fecimus: nec propter hoc. S. Tho. aduersamur dicẽti Aristotelẽ determinare q̃nẽ his cõclusionibus. Ipse em̃ ideo hoc dixit, quoniã vt ex dicendis patebit, vtraq; disiunctiuæ pars vera est, & ipsa decisio est q̃nis: nos autẽ decisam q̃nem nõ esse dicimus, q̃m veritas disiunctiuæ ex sequẽti dependet quæstione &c. Secundũ est, q̃ cõditionalis illa. s. si contingit idẽ de pluribus primis prædicari, assumpta ad declarationem primæ cõclõnis põt dupl̃ intelligi. Vno mõ de prædicatione p se in secũdo mõ per seitatis, & sic illius categorica est impossibilis, q̃m quælibet passio habet vnũ tantũ subiectum quod ponitur in eius diffinitione, conditionalis tamen ipsa est vera, vt patet. Alio modo intelligi põt de prędicatione essentiali in primo modo, & sic non solũ cõditionalis, sed categorica illa vera est, animal em̃ & similiter omne genus, de pluribus prædicatur immediatè &c. Multum autẽ interest quo istorũ modorũ accipiantur verba Aristo. quoniã vt ex sequẽtibus apparet, ipse intẽdit per primã cõclusionẽ peruenire ad hanc decisionẽ, q̃ quia cõtingit vnius effectus esse plures causas partiales, seu speciales, ideo cũ de illis sermo est dicitur q̃ ad causam sequitur effectus & ad effectũ non sequitur causa determinata &c. huic aũt intẽtioni prima expositio exẽplariter deseruit, & nõ assertiuè, q̃m falsum assumit &c. secũda verò expositio assertiuè opitulatur, q̃m inter media gña seu dr̃iæ sunt causæ seu rationes, q̃ superius inferioribus insit, & quodlibet eorum infert ipsum genus, ad ipsum aũt nullũ eorũ determinatè sequitur, sed indeterminatè hoc vel illud &c.

Tertiũ aduertẽdũ est, q̃ vt mẽbra istius disiũcti uæ seu cõditionalis responsionis, ex opposito distincta, & euacuãtia quæsitum accipiamus ly vl̃e propositũ in secũda cõclusione positũ pro cõclusione seu problemate quæsito exponi põt, & nõ de quacũq; vniuersalitate, sed ea, secũdũ q̃ demõstratio vniuersalis differt à particulari (vt in primo libro dictũ est) ita q̃ mẽbra diuisionis sunt q̃ quæsita aut sunt particularia, aut vniuersalia, & sub alijs verbis, aut habẽt plures causas, aut vnã: & sic exponẽdo totũ residuũ cõclusionis declaratio & dearticulatio est ante dicti. Põt quoq; exponi pro subiecto ipsius quæsiti & vniuersalitate eadẽ, & sic non expositiuè reliqua addita sunt, sed vt omnia enumerarẽtur, subiectũ. s. causa & effectus, quæ ad demõstrationẽ cõcurrunt, & vniuersalia proponerẽtur, habenturq; nihilominus membra diffinitionis opposita, vt prius &c. C. 3 t. eiusdem c. 29

Quando demonstratur accidens, eiusdem plures esse causas contingit.

CIrca secũdæ quęstionis titulũ dubitatur: quid intelligat Aristotelis nomine causę: an. s. causam in essendo, an cõmuniter causam siue essendo, siue in inferẽdo. Est aũt ratio dubitãdi hinc inde ex multis. Cõsiderãtibus em̃ diuisionẽ factam in textu respondendo huic quæstioni, apparet causam cõmuniter sumi, quia distinguitur in causa in per se, & secũdũ signũ seu accidens: cõstat autẽ q̃ signũ causa nõ est nisi illatiua. Amplius dũ in textu ordinatur in figuris confectio causæ & effectus expresse dicitur, q̃ si mediũ & primũ essent cõuertibilia, nõ esset maior ratio, quare mediũ esset causa primi magis q̃ è conuerso: ex quo euidẽter apparet, q̃ de causa illatiua sermo est: de tali nãq; verificatur, q̃ duorũ conuertibiliũ, neutrũ magis altero causa est, & de causa in essendo falsum est, q̃m subiectũ est causa suæ passionis, & nõ è cõuerso &c. Amplius de causa in essendo (in primo li.) dictũ est, q̃ augẽtur demõstratiões nõ per media: vt quid ergo iterũ de hoc dubitandũ est? Intuẽtibus autẽ tractatus rationẽ, q̃ de causa in essendo sermo tm̃ sit videtur: tũ q̃m intẽtio prę sentis negocij est de ipso propter quid, & in litera expresse excluditur ab ordine demonstrationum T. c. 29.

nũ propter quid demõstratio ab effectu etiã cõuertibili, vt patet. Tum quoniã hæc quæstio ad perfectionẽ primæ quæstionis introducta est, vt expresse ex textus serie liquet, adeo vt negare hoc sit proteruire: constat autẽ q̃ prima quæstio de causa in essendo loquebatur, & nõ communiter. Tum quoniã in toto processu huius capituli & dubitando, & respõdendo, & exempla ponendo, de causa in essendo sermo est. Tum q̃m quæstio de causa illatiua non est posterioristica, sed prioristica vbi & determinata est quæstio illa de terminãdo conuersionẽ conclusionis ad præmissas: & Aristoteles expresse superius cõfessus est se circularẽ syllogismum determinasse in anterioribus. i. libro priorũ, vt dicit idẽ Albertus &c. Ad hoc dubiũ dicitur q̃ quæstio est de causa in essendo, nec oportet aliter probare, q̃ per rationes vltimo adductas: sunt em̃ efficaces & rationibus alterius partis facile est respõdere. Ad primã nãq; dicitur q̃ per ly signum aut accidens, nõ intellexit effectum, sed causam specialem, vt nunc dicetur. Ad secundam dicitur, q̃ verum est illa verba oportere intelligi de causa in inferendo, sed non tantum: arguit dm̃ ibi à posteriori, vt ibi declarabitur. Ad tertiam dicitur q̃ in primo libro determinatum est q̃ vnius vna est causa potissima, & non simpliciter q̃ vnius vna sit causa in essendo: agebatur enim tũc de demõstratione secũdũ eius summũ &c. Nunc propter q̃d declarat cõiter & in demõstratione vl̃i, & particulari &c.

CIRCA eiusdẽ quæstionis titulum, aduertẽdũ est q̃ adhuc potest accipi secũdũ duos sensus. Primus sensus est, vt inquiratur hoc in loco, de causæ vnitate & pluralitate simpliciter respectu eiusdẽ effectus propter demõstrationẽ tamẽ &c. ita q̃ quæstio sit an cõtingat eiusdem effectus esse causas plures, an vnam tm̃: & hic sensus est alienus à præsenti intẽtione, licet à cursim studentibus approbetur, propter abbreuiata verba Aristotelis in respõsione, & expositorũ vnitatem & pluralitatẽ causarum hic sonantia. Alius sensus est, vt inquiratur de vnius & eiusdẽ effectus causę vnitate & pluralitate nõ simpliciter, sed in omnibus, in quibus inuenitur ille effectus, ita q̃ nõ est quæstio, an vnius effectus sint plures causæ, vel vna tm̃, sed an vnus & idẽ effectus in omnibus, in quibus inuenitur causetur ab eadem causa, siue vna, siue plures causæ ad eundem effectũ cõcurrant, an nõ ab eadẽ, sed diuersis: & est sermo nõ de idẽtitate & diuersitate numerali, sed formali &c. Quanta verò sit inter hos sensus differentia, exẽpliter manifestatur. Iuxta primũ esset quæstio, an vnius effectus puta domus, sint causæ plures, an vna tm̃ &c. & tali quæstioni diceretur q̃ eiusdẽ effectus sunt plures causæ per se in naturalibus, quia materialis & finalis & formalis &c. Iuxta secundũ verò sensum est quæstio, an talis effectus vnus, puta domus, vbicũq; inuenitur, proueniat ab eisdẽ causis, an à diuersis: puta an domus vbiq: habeat pro causa materiali lapides cementũ &c. pro formali quadraturã, pro efficiente artẽ, pro finali habitationem, an nõ: sed alicubi domus habeat aliud efficiens, puta naturã, vel aliã materiã, puta ferrum &c. Et similiter in simplicibus, an habere tres angulos æquales &c. conueniat omnibus per vnam met causam, an diuersis per diuersas &c. Et hic sensus est intentus ab Aristotele, qui breuiter ex multis declaratur, ne alicui videatur nouus, & insipienter veritatẽ refutet: primò hoc patet ex verbis Aristotelis in titulo quæstionis: ait enim vtrũ autẽ contingat nõ eandem causam eiusdẽ in omnibus, sed alteram, aut nõ: vbi ex ly in omnibus, & ly eandẽ, & ly alterã, liquet quod dicimus, vt cuilibet exercitato facile est deducere. Secundò ex eo q̃ secundum hunc sensum intenta veritas de cõsecutione causæ & effectus inter se habetur, & totus p̃cessus Aristotelis clarus valde est. Iuxta primũ autem, processus insufficiens & scrupulosus inuenitur, & extorquenda veritas magis q̃ eliciẽda ex eo esset. Tertiò q̃m expresse Aristoteles in tertia conclusione determinat concludendo ex antedictis ad hanc quæstionem: q̃ licet vnius effectus cõtingat esse plures causas, nõ tamen hoc contingit si effectus ille est vnus secundum speciem: quæ cõclusio esset manifestè falsa: si de vnitate & pluralitate causarũ absolutè loqueretur: q̃m specierum naturaliũ sunt multæ causæ per se: & est manifestè vera loquendo de vnitate & pluralitate in omnibus: q̃m sicut effectus est indiuisibilis secundum speciem, ita & causæ atomæ sunt, & cõsequenter in omnibus eædem &c. Est autem valde notandus sensus iste, & prę oculis semper habendus in hoc capitulo, q̃m oportet omnia intelligere conformiter ad quęsitũ. Et apparebũt impertinẽtes quęstiones de vnitate & pluralitate cãæ hic agitatæ.

De varijs demõstrationũ generibus per causas procedẽtibus.

CIrca conclusiones responsiuas huic quæstioni, notanda sunt quatuor. Primum est q̃ Aristoteles non distinxit causam in per se, & per accidens &c. sed diuisit demõstrationem, in demõstrationẽ per se, & demonstrationem secundum signũ, aut accidens: vt patet in litera: quid autem intẽlligat per talis diuisionis mẽbra ipsemet declarat in sequentibus duabus propositionibus. Demõstrationem per se vocat, quãdo proprium de suo adęquato subiecto, per ꝓpriã causam demõstratur & merito, q̃m tunc saluantur in demõstratione omnes modi prædicationis per se perfectæ. Demonstrationẽ verò secundũ accidẽs vocat quando aliquid prędictorũ trium deficit, vt si causa inadęquata, vel subiectũ inadæquatum, vel passio inadæquata sumatur: hoc enim intẽditur in illis verbis: contingit causam, & cuius est causa, & in quo secundũ accidens cõsiderare. Vocatur autem meritò demõstratio secundũ accidens talis demõstratio, eò q̃ est secundũ aliud & nõ per se in primo gradu perseitatũ, quotiescunq; em̃ subiectum

iectum inadæquatũ ſumitur perfeitas ſecũdi mo E
di non niſi per aliud ſaluatur: & ſimiliter de paſ-
T.c.14. ſione & cauſa inadæquatis dicendũ eſt, vt ex dictis in primo libro & exẽplis hic poſitis ab Ariſtotele &. S. Tho. patet: vocatur quoq; prædicta demõſtratio ſecundum ſignum, non propterea ꝙ per effectũ demonſtret cauſam, quoniam vt dictũ eſt, præſens ſermo eſt de cauſa in eſſendo, ſed quia inadæquatione ſupradicta interueniẽte, nõ cõplete cognoſcitur paſsio in proprio ſubiecto, quod demõſtratio quærit, ſed ſignum eius habetur: ſciendo eñ volatilia longæ vitæ eſſe ſignum ducens ad notitiã ampliorem diuturnæ vitæ accipimus: ſiue propria cauſa aſſumatur pro medio, quoniã propriũ ſubiectũ ex tali proceſſu non ſci F
tur, ſed ſignũ eius, inferius. ſ. &c. ſiue per ſpecialẽ cauſam ſciatur, quoniã tunc non per cauſam propriã, ſed per ſignũ cauſę proprię ſcitur paſsio &c. Eadẽ ergo demonſtratio vocatur ſecundũ ſignũ aut accidens diuerſis rõnibus: & ſic diuiſio Ariſtotelis bimembris ſecundũ rem eſt: trimẽbris autẽ attentis diuerſis rõnibus vnius membri &c. nec demonſtrationẽ ex his quæ ſunt per accidẽs poſuit, nec nouã diuiſionem demõſtrationis induxit, ac ſi inſufficienter in primo libro demõſtra-
Prõ hui' tio diuiſa fuiſſet: patet eñ ex dictis ꝙ diuiſio iſta
T.c.39. reducitur ad illã qua diſtincta eſt demõſtratio in vniuerſalẽ & particularem. Secundũ notãdũ eſt, ꝙ licet quæſtio ſit de cauſa & cauſato, demõſtra tionẽ tamen diſtinguere placuit Ariſtoteli, eo qa G
nõ agitur de cauſa niſi in ordine ad demõſtrationẽ, ita nihilominus demõſtrationẽ diuiſit, vt cauſæ diuiſionẽ immiſceret. Accipitur ſiquidẽ hinc, ꝙ cauſa in eſſendo eſt duplex, quædã adæquata effectui, & quædam exceſſa ab effectu, quæ vocatur cauſa ſpecialis, & partialis, non eo modo quo quilibet trahentiũ nauem eſt cauſa partialis, per modum partis integralis: qm̃ talis cauſa partialis nõ infert effectũ, quia nõ eſt cauſa ſufficiens: ſed potius per modũ partis ſubiectiuæ, quæ ſufficiẽs eſt ad illationẽ ſui totius &c. tales eñ de quibus loquimur, cauſæ ſpeciales ſufficiẽter ſingulæ cauſant & inferũt effectũ, ſed nulla earũ eſt vniuerſalis ſeu adæquata cauſa illius, vt in exẽplis textus, in mathematicis & naturalibus patet. Sũt autem H
hæ cauſæ ſigna nõ effectuũ, ſed ꝓpriarũ cauſarũ: & cauſæ ſcãm accidẽs, qa cauſæ ſunt ſcãm aliud, ſcãm ꝓpriã. ſ. & adæquatã cãm, ad quã reducunt.

Tertiũ notandũ ad claritatẽ doctrinæ, eſt ſenſus ipſarũ concluſionũ: poteſt eñ ſenſus earũ diſtingui ſicut & quęſtionis ſenſus diſtinctus eſt: vt iuxta primũ ſit ſenſus, ꝙ quãdo aliquid demonſtratur per ſe. i. per adæquatã cauſam &c. vnicũ eſt mediũ, & ꝙ vnius effectus vnica eſt cauſa per ſe. i. adæquata &c. inadæquatæ verò plures: & hic ſenſus licet ĩ ſe aliquo modo verificari poſsit, vel potius aliqualiter tolerari, recurrendo ad immediationẽ & perfectionẽ ſeu cõplementũ cauſarũ, alienus tamen eſt ab Ariſtotelis intẽtione, vt ex titulo patet: quoniam nihil refert in hac quæſtione, an vnius effectus ſint plures cauſæ vel vna tm̃. Iuxta ſecundũ autem ſit ſenſus, ꝙ quãdo aliquid demõſtratur per ſe, modo expoſito eiuſdem effectus in omnibus eadẽ eſt cauſa, & non eſt in iſtis cauſa illius effectus altera à cauſa illius effectus in alijs. Quando verò demõſtratur ſecundum accidens modo expoſito eiuſdẽ effectus in omnibus plures ſunt cauſæ & nõ vna & eadẽ: & hic ſenſus directè quæſtioni & eius fini ſatisfacit: quoniam ex hoc habemus ꝙ duplex eſt cauſa (vt diximus) ſ. per ſe. i. adæquata, & ſecundũ accidens. i. ſpecialis: & ſi de illa loquamur, vnius effectus in omnibus eadẽ eſt cauſa, ſiue vna, ſiue plures ſint illæ cauſæ: ſi autẽ de cauſa ſpeciali ſermo ſit, nõ eſt eadem in omnibus, ſed plures in diuerſis vt exẽpla dicta manifeſtant &c. Quartum autẽ notandum eſt probatio primæ cõcluſionis. ſ. ratio eñ vltimi eſt mediũ, nomine ſiquidem vltimi accipi poteſt ipſa paſsio, quæ ſuperius & inferius vocatur primũ diuerſis rationibus: vltimum quidẽ dici põt, quia in eſſendo vltimũ eſt, quoniam effectus eſt ſubiecti & medij. Primum autẽ dicitur, quoniam primũ locum tenet in demõſtratione, quoniam maior extremitas eſt, & ſecundũ hoc, quoniam ratio vltimi. i. paſsionis dicẽs ipſius ꝓpter quid eſt, mediũ proprium includitur ꝙ eiuſdẽ eadem eſt in omnibus cauſa, quoniã talis paſsionis ratio vnica eſt. i. nõ diuerſificatur in diuerſis, quoniã diffinitio cuiuſq; vnius rei, ſiue genericã, ſiue ſpecificam, ſiue analogã habeat vnitatem, illam retinet in quibuſcunq; inueniatur. Poteſt quoq; vltimi nomine ſubiectũ ipſum accipi quod quia minor extremitas eſt, vltimũ vocatur in demonſtrationis ordine, reſpectu primi & medij: & ſecundum hoc quia ratio vltimi. i. ſubiecti eſt propriũ mediũ ad quod oportet tãdem reſoluendo venire, & à quo oportet componendo inchoare, ideo vnius effectus in omnibus vna cauſa cõcluditur, qm̃ rationẽ eiuſdem ſubiecti primi & proprij, in omnibus eius paſsio inuenitur. Vtrunq; autẽ horũ intelligi abſq; diſſonãtia poteſt, qm̃ propoſitio declaratiua huius primæ cõcluſionis, vtrunq; cõprehendit, dicens identitatẽ effectus & cauſæ per ſe ſemper ꝓportionaliter ſe comitari &c. ita ꝙ ſi effectus in omnibus eſt vnus ſpẽ, cauſa per ſe non quæratur eadẽ genere, ſed ſpecie: ſi effectus eſt vnus gñre, cauſa per ſe erit vna in omnibus generice: & ſi effectus eſt vnus analogia, cauſa inquiratur vna in omnibus analogicè &c. hæc ſiquidem, & de diffinitione propter quid paſsionis, & diffinitione ſubiecti veritatẽ habent &c.

Vera ſubiecti & cauſæ formalis conſecutio.

CIRCA concluſionem reſponſiuam primę quæſtioni, aduertenda ſunt duo. Primum eſt, ꝙ concluſio illa tam ex verbis textus quàm ex ſenſu habetur: oportet ſiquidẽ vt verbaliter ex textu habeaĩ ſic gloſare (accipiẽti vnũquodq;). i. ſubiectũ particulariter (& cã) ſupple ꝓpria particulari ſubie-

ri ſubiecto accepta cuius eſt cauſa ideſt effectus A
in plus eſt. ſ. illis: vel ſic, cauſa & cuius eſt cauſa. i. ſubiecto ſecundũ vnũquodq;. i. particulariter acceptis in plus eſt ſupple effectus &c. Põt autẽ dici ſubiectũ cuius eſt cauſa, eo ꝙ eius etiã eſt cauſa vt in quo ſuſtẽtatur, vel ſaltẽ vt in quo cauſat ſuũ effectũ: & fortè vitio ſcriptorũ, aut trãſlationis hoc accidit &c. ſenſum enim concluſionis exẽpla ſubdita clarè oſtẽdũt, & S. Tho. accepit. Poſſet aliter formari cõcluſio, vt Albertus dicit: & nihilominꝰ eadẽ ſententia rediret, & textus integer ſaluaretur. Ad cuius euidentiã ſciendũ eſt, ꝙ quando aliquis effectus, puta diuturna vita, hẽt vnã cauſam adæquatã, puta tardã, paſsibilitatẽ, & diuerſas in diuerſis inadequatas, puta in quadrupedibꝰ cho
lerã, & volatilibus ſiccitatẽ, dupliciter poteſt fieri B
demõſtratio talis effectus de ſubiecto particulari. Vno modo per cauſam adæquatã. Alio modo per cauſam ſpecialẽ tenentem ex ſe partem illius particularis ſubiecti. Et ſecundum hũc duplicem modum demõſtrandi dupliciter formari poteſt præſens concluſio. Vno quidem modo, ſicut formata eſt, & tunc accipitur tam ſubiectum, quàm cauſa particulariter, & vt dictum eſt verba textus noſtri aliqualiter diſſona ſunt. Alio modo formatur ſic. Cauſa effectus & ſubiectum ita ſe habent ſecũdum conſequentiam, ꝙ vnumquodq; accipienti. i. ſubiecto particulariter accepto, tam effectus quàm cauſa in plus eſt &c. & tunc accipitur cauſa adæquata, & hoc magis conſonat verbis textus, nec exempla ab hoc aliena ſunt ſenſu
C
ſed vt clarè liquet primum exẽplum fauet huic. Secundum verò cũ ordinatione in figuris fauet primo ſenſui. Amplectere igitur vtrũq;, & faciliorem habebis ad alia progreſſum, & ſiue iſte, ſiue ille, ſiue vterq; accipiatur ſenſus, conſequutionẽ inuentã, inter cauſam effectũ & ſubiectum habemus, ꝙ quia ex eo quod eſt in plus non ſequitur quod eſt in minus, ſed ecõuerſo cõſecutio cõuertibilis erit ſi tria illa vniuerſaliter ſumãtur, & ex illa parte deficiet, ex qua aliquid vniuerſaliꝰ ſumetur, ſiue illud ſit cauſa cũ paſsione ſiue paſsio ſola, quoniã tunc particulare ſequetur vniuerſalius & non ecõuerſo. Et ſic patet quid dictũ ſit ad primã quæſtionẽ. ſ. ꝙ cum cauſatũ eſt, cauſa eſt, & ecõuerſo: ſi ſermo ſit de cauſa per ſe (modo expo
D
ſito) quoniã hãc in omnibus in quibus inuenitur effectus ille eſſe oportet, qm̃ eadem eſt in omnibus: & ſic eſt ſumere cauſam & effectũ vniuerſaliter &c. Si autẽ ſit ſermo de cauſa ſecũdũ accidẽs, cũ cauſa eſt, cauſatũ eſt: ſed non ecõuerſo, cũ cauſatũ eſt, talis cauſa eſt, ſed hæc vel illa: qm̃ cauſa ſecundũ accidens non eadẽ ſed altera in diuerſis eſt & hoc eſt ſumere effectũ vniuerſalem, & cauſam particularẽ &c. ſecundũ notandũ eſt, ꝙ quia Ariſtoteles probãs A ideſt effectum in plus extẽdi q̃ B cauſam ſpecialẽ illius ex eo probat quia ſi non eſt in plus nõ magis B erit cauſa ipſius A q̃ econuerſo, & exponitur de cauſa in inferẽdo, qm̃ ſi cõ-

uertibilia eſſent, neutrum alterũ magis infert: ex hoc ſuperius arguebatur, ꝙ de cauſa in inferẽdo In hoc.c.
ſermo eſſet. Sed hoc non moueat, quoniã triplici ter reſponderi poteſt. Primò ꝙ ſubtiliter Ariſtoteles à poſteriori declarauit cauſam ſpecialem in eſſendo in minus extendi quàm ſuus effectus extẽdatur, ita ꝙ ſermo eſt ſemper de cauſa in eſſendo &c. proceſsit enim ſic, B eſt cauſa propria ꝙ A effectus cõmunis, ſit in D particulari ſubiecto: ergo A eſt in plus quàm B: probatur à deſtructione cõſequentis, qm̃ ſi A non eſſet in plus q̃ B ſed cõuertereturꝫ nõ magis B eſſet cauſa propria ꝙ A ſit in D particulari ſubiecto q̃ econuerſo A eſſet cauſa ꝙ B ſit in D particulari ſubiecto, quod eſt cõtra hypotheſim: tenet cõſequentia iſta vltima, quoniã duorũ cõuertibilium neutrũ eſt magis propinquũ particulari ſubiecto &c. & cõſequenter neutrũ eſt magis altero cauſa propria, ꝙ alterũ particulari ſubiecto inſit, & ſic ex hoc concluditur cauſam propriã ſubiecto particulari ꝙ inſit ſibi effectus vniuerſalis, eſſe in minus in ipſo effectu, & conſequenter ex hoc non habetur, quòd ſermo ſit de cauſa in infendo.

Secũdo dicipõt, ꝙ non incõuenit, ꝙ ſermo vltimus ſit de cauſa in inferẽdo, quoniam cauſis ſpecialibus de quibus eſt ſermo iſta duo conuertibiliter inſunt ſcilicet quòd ſint cauſę incõuertibiles in eſſendo: & ſimiliter ꝙ ſint incõuertibiles in inferendo: & propterea à poſteriori declaratum eſt prius tali ſenſu, B eſt cauſa propria in eſſendo ꝙ
C
A ſit in D particulari ſubiecto: ergo A eſt in plus quã B: tenet conſequentia, quia niſi eſſet in plus, non magis B eſſet cauſa inferens A q̃ econuerſo ex hoc autem interius ſpeculando cauſæ proprię illius effectus in particulari ſubiecto proprietates cognoſcuntur. & non excludũtur. Tertiò poteſt dici quòd non inconuenit ꝙ tota iſta ratio loquatur de cauſa in inferendo, & ſit à poſteriori, quoniã de ordine ſyllogiſtico cauſarum ſpecialium & effectus communis agitur hic. Et propterea alienum non eſt ſi ex proprietatibus logicis eorum hic arguatur, phyſicas proprietates prę ſe ferentibus. Ex hoc autem non habetur ꝙ de cauſa in inferẽdo quæſtio ſit ſed ꝙ ex natura illatio-
D
nis cauſas in eſſendo declarauerit ſpeciales &c. Vltimæ reſponſiones antiquis expoſitoribus conformiores ſunt: prima autem Ariſtotelis profunditati atteſtatur.

CIRCA vltimam quæſtionem breuiter no Annot.
tandum eſt quòd vt dictum nunc fuit, quãdo cõmunis paſsionis propter quid quæritur & illud non habetur adhuc, quod in omnibus cauſa illius eſt, quod atomum dicitur. Tnm quia vnum & idem eſt in omnibus vt dictum eſt. Tum quia irreſolubile eſt in ſuperius propter quid. Sed habentur plura & particularia ſubiecta, & ſunt plures partiales cauſæ illius, tunc dubitatio eſt, qualis eſt cauſa mediorũ. Quod poteſt dupliciter intelligi. Vno modo ſecundum ordinẽ inueſtigan-

di, vt sit sensus qualis causa de numero mediorũ (quælibet enim huiusmodi est medium sufficiẽs) præinquirenda est, proxima vniuersali, aut proxima singulari. Alio modo secundum ordinem causalitatis ipsarum (vt sit sensus) qualis causa, est verè causa, q̃illa passio sit in intermedijs ideſt subiectis particularibus quæ media sunt inter singularia infinita & vniuersale summum. Et respõsio est vtrique sensui deseruiens, quòd causa proxima vnicuique ideſt particulari, & præaccipienda est & magis propria causa est, quòd illa passio sit in particulari subiecto licet non absolutè. Causa siquidem magis remota à particularibus: quæ proxima est vniuersali effectui, verè propria & prima causa est absolutè illius passionis &c. huius autem responsionis iuxta primum sensum ratio superius habita est, quoniam scilicet ex particularibus facilior est via &c. & in textu datur alia quæ etiam deseruit huic responsioni iuxta sensum: quoniam scilicet proximum particulari est propria causa particulari quòd participet vniuersalem effectũ &c. vt satis patet in terminis &c.

De cognitione principiorum demonstrabilium. CAP. XIII.

Ex hoc. c. intelliges c. 1. libr. 2. post.

DE principijs verò & quomodo fiunt nota, & quis cognoscens habitus, hinc est planum addubitantibus primum: quòd quidem igitur non contingit scire per demonstrationem non cognoscenti prima principia immediata, dictum est prius. Immediatorum verò cognitio vtrum eadem sit, aut non eadem, dubitare posſet aliquis: & vtrũ scientia vtriusque, aut non, aut huius quidem scientia, illius verò alterum quid genus, & vtrum non inexistentes habitus innascantur, aut inexistentes latuere. Si itaque habemus ipsos, absurdum est: contingit enim certiores habentes cognitiones demonstratione latere: si verò accipiamus non habentes prius, quomodo vtique cognosceremus, & disceremus ex non præexistente cognitione? impossibile nanque quemadmodum & in demonstratione docebamus. Manifestum igitur, quoniam neque habere possibile est, neq; ignorãtibus & nullũ habentibus habitum innasci. Necesse igitur habere quidem aliquam potẽtiam, non talẽ autẽ habere, quæ est his honorabilior secũdũ certitudinẽ. Apparet autem hoc vtiq; omnibus, inexistens animalibus: habẽt em̃ congenitam potentiã iudicatiuã q̃ vocant sensum: in existente aũt sensu in alijs quidẽ animaliũ fit permansio sensati, in alijs verò nõ fit, inquotcũq; igit nõ fit, aut omnino, aut circa quæ nõ fit, nõ est his cognitio extra ipsum sentire, in quibus verò ineſt sentiẽtib⁹: habere vnũ quid dã in anima, cũ multa talia fiant, iam dria quædã fit, vt his quidẽ fiat ratio ex talium permãsione, his verò nõ. Ex sensu quidem igitur fit memoria, quẽadmodum dicimus ex memoria verò, quæ plerunq; eiusdẽ fit, experiẽtia: multæ nanq; memoriæ numero experiẽtia vna est, experiẽtia aũt aut ex omni quieſcẽte vniuersali in anima, aut vno præter multa, quod vtiq; in oĩbus vnũ sit illis idẽ, est artis principiũ & sciẽtię si circa generationẽ quidem, artis, si verò circa ens, scientiæ. Neq; itaq; insunt determinati habitus, neq; ab alijs habitibus fiũt notioribus, sed à sensu, vt in pugna versione facta vno stãte, alter stetit, postea alter, quousq; ad principiũ venit, anima verò est talis vt possit pati hoc. Quod aũt dictũ quidem fuit pridẽ, nõ manifestè verò dictũ fuit, rursus dicamus. Cũ em̃ steterit in differentiũ vnũ, primũ quidẽ in anima vniuersale est, sentitur etem̃ singulare, sensus verò ipsius vniuersalis est, vt hominis, sed non Calliæ hoĩs. Rursus in his stat̃, quousq; ad imparti bilia steterint & vniuersalia, vt tale hoc animal, quousq; aĩal, & in hoc cõsimiliter: plan̄ itaq;, q̃ nobis prima inductione cognoscere necessariũ est: sensus etem̃ sic vniuersale facit. Q̃m̃ verò habituum, qui circa discursum sunt quibus verificam⁹, aliqui semper veri sunt, alij vero suscipiũt falsum, vt opinio & ratiocinatio, vera autem semper sunt, sciẽtia & intellectus, & nullũ scientia genus aliud certius est q̃ intellectus, principia verò demõstrationũ notiora sunt, sciẽtia aũt omnis cũ ratione est, principiorum quidẽ sciẽtia vtiq; non erit: q̃m̃ verò nihil cõtingit esse verius sciẽtia, q̃ intellectũ, intellectus vtiq; erit principiorũ, & ex his cõsiderantibus, & q̃m̃ demonstrationis principiũ non est demõstratio: quare neq; sciẽtiæ est scientia: si igitur nullũ aliud præter sciẽtiam genus habemus verũ, intellectus vtiq;

Vide lib. de mem. cap. 1.

vide li. 1. metaph. cap. 1.

Cõtra Arist. 2. de aĩa. c. 10.

Vide. de ani. 12.

Vide'. 6. Eth. c. 10.

vtiq; erit scientiæ principium, & principiũ quidem principij vtiq; erit: si autẽ omnis, consimiliter se habet ad omnem rem.

Summa huius capituli hæc est.

Pria Cõclusio.

PRincipia quomodo cognoscãtur & quo habitu dicẽdum est: probatur à priori: quoniam non contingit scire per demonstrationem non cognoscentem immediata principia &c.

Qõ pria.

Vtrum immediatorum principiorum eadem sit cognitio, aut non eadem.

Qõ scda.

Vtrum vtriusq; scientia sit, aut non, aut huius quidẽ scia, illius autem alterũ cognitionis genus.

Qõ tertia.

Vtrum habitus principiorum fiat in nobis de nouo, aut inditi sint & lateant &c.

Cõtra secũdã partem. tertiæ conclõnis.

Habitus principiorum non est inditus: probatur, quoniam inconueniens est certissimas cognitiones latere demonstrantem.

Contra primam partem. Cõclusio rñsiuatertiæ qõni.

Habitus principiorum non est de nouo acquisitus: probatur, quia impossibile est discere nisi ex præexistenti cognitione &c.

Habitus principiorum neq; determinati, neq; ab alijs habitibus fiunt notioribus, sed quadam potentia ignobiliore secundum certitudinem, id est à sensu & c. Declaratur, quoniam principium artis & scientię, fit ex omni vniuersali quiescente in anima vno præter multa, & vno in omnibus, & experimento: experimentũ autem fit ex multis memorijs, quoniam multæ memoriæ experimentum est vnum numero. Memoriæ autẽ ex sensu. Declaratur processus iste quadrupliciter præmissis duabus diuisionibus. Prima diuisio est animalium quædam habent memoriam, seu retinent speciem sensibilem, quædam non. Secunda est, animalium habentium memoriam quædam habent rationem, quædam non. Secundò subiuncto exemplo reparationis pugnæ. Tertiò, quoniam stante vno indifferenti vniuersale primum est in anima, sensus autem vniuersalis est, licet sentire particularis sit. Quartò quoniam prima necesse est cognoscere inductione, sensus autem sic facit vniuersale.

Cõclusio rñsiua primis qõnibus

Habitus principiorum non est scientia, sed intellectus: probatur tripliciter præmissa diuisione habituum intellectualium: quòd, scilicet alij sunt quibus verum & falsum dicimus, vt opinio &c. Alij semper veri, vt scientia & intellectus. Primò quo ad partem negatiuam, quia scientia omnis cum ratione est, principia autem sunt notiora, seu certiora ratione. Secunda quo ad secundam partem, quia principia sunt veriora conclusionibus, nihil autem est verius scientia, quàm intellectus. Tertiò quo ad vtranq; simul, quoniam habitus principiorum causat, scientia autem non est principium scientiæ, sicut nec demonstratio demonstrationis. Et quia nullus verus habitus restat nisi intellectus, intellectus ergo erit habitus principiorum & principium scientiæ & principium principij &c.

Series autem hæc est.

TERMINATVR VS doctrinã de demõstratiuo syllogismo, declaratis demonstrationis natura, conditionibus, membris, & medio, principiorum eiusdem notitiam, vt res exigit, tradere intendit, vt sic complete docuerit proposita in principio primi. Facit autem quatuor in capitulo hoc: primo ostendit necessitatem tractatus huius: secundo quæstiones tractandas proponit: tertio vltimam quæstionem disputat & determinat, tali ordine, quoniam primo determinat præexistentem potentiam & cognitionem, ex qua fit habitus principiorum, pertinere ad sensum: & hoc ex duabus diuisionibus, cum membrorum differentijs deducit. Deinde conclusionem inductam exemplo declarat, ex quo vis multorũ singulariũ, vt ex eis fiat principiũ sciẽtię in proportionato posſibili aperitur: vnde habeat sensus tantã efficaciã, deinde subdit: & vltimo modum quo gñatio ista perficitur ponit &c. Quarto principaliter satisfacit simul primis qõnibus &c.

Num ad notitiam primorum principiorum exigatur experimentum, vel sola sufficiat sensitiua interior cognitio, & qua ratione.

CIrca conclusionem responsiuam primæ quæstioni occurrunt duo dubia simul pertractanda propter eorum connexionem. Primum est, an ad generationem habitus principiorum præexigatur necessariò experimentum, vel non, sed sufficiat cognitio sensitiua interior. Secundum est, an habitus principiorum præexigat experimentum ratione cognitionis terminorum, an ratione complexionis eorundem. Ad hanc vltimam dubitationem, à qua ordiendum arbitror, quoniam ex fine sumitur ratio eorum quæ sunt ad finẽ, Antonius Andreas in quæstione quinta primi Metaphysicæ dicit, quòd experimentum non requiritur necessariò ad hoc vt fiat in nobis cognitio complexa principiorum sed solum ad hoc quòd fiat in nobis cognitio incomplexa terminorum. Secundum horum non aliter probat q̃ ex eo q̃ cognitio intellectus depẽdet ex sensu, ita quòd phantasma factum intelligibile in actu est id quod mouet intellectum ad cognitionem incomplexam &c. Primum autem probat, quia intellectus ex se ipso põt concepto terminos cõponere & diuidere, & consequẽter cognoscere principia, q̃m̃ cognitio cõplexa principiorum ex solis terminis cum lumine intellectus agentis resultat. Vnde (& in primo huius dicitur) quòd principia cognoscimus inquãtum terminos cognoscimus. Sed (vt mihi videtur) opinãs prædictus à veritate declinauit, dum dixit, q̃ ad complexam cognitionẽ principiorũ non est necessaria experimentalis cognitio. Hoc enim contra Aristotelẽ & rationẽ videtur. Cõtra Aristotelẽ quidẽ, quoniam experimentũ est cognitio cõplexa, cùm sit collatio multorum particularium (vt dicitur in primo Metaphysicæ.)

Ant. Andr. prio metaphysicę q. 5.

T. c. 6.

In proœ.

Habetur

Habetur enim ibi explicite q̃ experimẽtalis cognitio eſt cognoſcere q̃ hæc herba cõtulit huic morbo,& ſimilis illi &c.ergo experimentalis cognitio complexa eſt,& complexę conſequenter deſeruit cognitioni intellectus. Vnde & ibi ſubditur quòd ex experimentali cognitione huius & illius herbæ fit vniuerſale cõplexũ,omnis talis herba eſt curatiua talis morbi.Secundò, quoniã Ariſtoteles hic dicit cognitionem principiorum fieri ex ſenſu via inductionis,inductio autem(clarum eſt) quòd ex particularibus complexis ad complexum tendit.Contra rationem autẽ quoniam oportet ponere aliquod motiuum & determinatiuum intellectus ad talem complexionem faciendam.Termini autem accepti, licet ſi componerentur haberent ex ſe euidẽtiam, non ſufficiunt tamen ad mouendum & determinandum intellectum ad hanc compoſitionẽ potius quàm illam.Experimur nanq; continuè in nobis ipſis, quòd habemus diu multorum terminorum conceptus abſq; notitia principiorum complexorũ, quæ ex illorum terminorum coniunctione conſtat. Fateor enim me cognouiſſe, quid æquale, quid demere,& quid remanet, neſciuiſſe tamen hoc principium.Si ab æqualibus æqualia demas, quę remanent ſunt æqualia, & ſimilis ratio eſt in alijs: oportet ergo vltra cõceptus terminorũ incomplexorũ ponere aliquod terminatiuum ſeu motiuum intellectus ad talem compoſitionẽ faciendam: tale autem motiuum oportet eſſe ſenſum, quoniã ante cognitionẽ principiorum Ariſtoteles nullũ motiuum intellectus nouit niſi ſenſum:ergo neceſſariò cognitio complexa principiorum præexigit ſenſitiuam experimentalem.

Et confirmatur,quoniam cũ ex eiſdem terminis varię poſsint fieri cõpoſitiones vt manifeſtũ eſt,niſi cognitio experimentalis determinet intellectum ad hanc cõpoſitionem,non erit maior ratio quare intellectus acquirat hanc cognitionem cõplexam(quam vocamus principium) ex illis terminis magis quàm aliam &c.Præterea cũ particularia extra animam ſint in vno extremo & vniuerſalis cõplexio intellectus ſit in altero extremo,& in huiuſmodi ſecundũ Auerroim in libro de ſenſu & ſenſato,& non fiat trãſitus de extremo ad extremum niſi per media, oportet per tranſiri media antequam ad cognitionẽ vniuerſalem perueniatur.Conſtat autem q̃ vnum imo vltimum & ſupremum mediorum ad cognitionem complexam principiorum eſt cognitio experimentalis eorundem: ergo experimentũ prę cedere oportet. Fatendum eſt igitur q̃ ad generationem habitus principiorum præexigitur experimentum (ratione complexę cognitionis) quoniam eſt proprium motiuum ſeu determinatiuum intellectus ad hoc, & quoniam eſt medium eſſentialiter ordinatũ ad hoc.

In de ſenſu & ſenſato.

Nota modum hũc

Sed vt clarior pateat ſupradictorũ, & materiæ huius intellectus,notandus eſt modus, quo Ariſtoteles hoc in loco putat ex ſenſus cognitione generari cognitionem principiorum: hoc enim plurimũ proderit.Cùm vidiſſet Ariſtoteles q̃ intellectus nõ mouetur niſi ab intelligibili in actu & res intelligibiles(prout ſunt in particularibus ſenſibilibus)eſſe intelligibiles(in potentia valde remota)eo q̃ plurimũ materialitatis habeãt, poſuit ipſas res intelligibiles deferri primo ad ſenſus,vt in eis poſitæ ſine materia magis appropinquent ad hoc q̃ fiant intelligibiles actu: deinde quoniã inſenſibus exterioribus & cõmuni poſitæ multas habent conditiones materiales poſuit eas poni incogitatiua,vt ſpiritualiores ſint & magis proximæ intelligibilitati, & quoniã ſimplex cogitatiuæ operatio non ſufficit vniuerſaliter ad hoc vt res per eã cognita ſit tantæ ſpiritualitatis, vt poſsit actione intellectus agentis fieri actu intelligibilis,poſuit frequentẽ conuerſionẽ & operationem cogitatiuæ circa eandẽ rem, diſponere rẽ illam vt cogitatam, ad hoc vt proxima ſit intelligibilitati in actu,& habilis ſit vt eam tranſferat intellectus agens in ordinẽ intelligibilium in actu.Habent autẽ vim taliter diſponendi hmõdi actus frequentati pro quãto habent vim collectiuam & adunatiuã particulariũ in vnũ quaſi vłe, ſd eſt obiectũ experimentalis habitus,qui ex frequentia talium actuũ generatur: cum enim terminis vltimis iſtius proceſſus ſit cognitio vere vniuerſalis,conſentaneũ eſt,vt id, quod vltimum medium & ſimilimũ termino eſt ſit quaſi vniuerſale(quod vniuerſale confuſum poſſumus appellare.) Sic autem re diſpoſita & reducta ad tantã ſpiritualitatem, operatione intellectus agẽtis fit vere vniuerſalis & intelligibilis in actu,& mouet conſequenter intellectum poſsibilẽ ad ſui cognitionẽ &c.hic eſt modus ab Ariſtotele hic poſitus &c.vt patet.Tũ ex eo quod dicit q̃ ex experimẽtali cognitione fit cognitio vniuerſalis: conſtat enim experimentum ex frequẽtibus memorijs fieri,vt in textu dicitur.Tum ex eo q̃ vniuerſalẽ cognitionem quieſcentem in anima fieri addit: non enim eſt dubium, q̃ de quiete à varietate inuenta in particularibus loquatur, ad quã omnimodã quietẽ rei cognitæ,non põt ex particularibus tumultib⁹ veniri immediatè, ſed mediãte experimẽtali cognitiõe in qua res à varietate plurimũ recedit, & iã quaſi quieta eſt per priuationẽ exteriorũ mutationũ. Tum ex eo q̃ cõparat rẽ ſemel phantaſiatã vni pugili, qui principium pugnæ eſſe non poteſt,rem autem frequenter cogitatam in diuerſis &c. multitudini, quæ principiũ pugnę eſt.Tum ex eo, q̃ addeclarandũ quomõ ex ſenſitiua cognitiõe fit cognitio vłis principiorum explicitè aſſumit quòd ſenſus cognoſcit quodammodo vłe &c. Tum quoniam per modum inductionis cognitionem vniuerſalem ex ſenſu fieri aſſerit. Dicendum eſt ergo ad primum dubium, q̃ ad generationem habitus principiorum non ſufficit quæcunq; cognitio ſenſitiua in

singularẽ quoi nobis principiorũ notitia gignitur.

ua interior etiam cogitatiuæ, ſed requiritur frequẽs actus cogitatiuæ circa idem formaliter &c. vt probatum fuit,& ſignis pluribus apparet. Primò in pueris,in quibus(nõ quia careant actu cogitatiuæ,ſed quia propter multitudinem humidi fluentis,non figitur cogitatio) impeditur vſus intellectus. Secundò in nobis experimur & multa cogitantes aciem intellectus figere non poſſumus,vt vniuerſale limpidum habeamus. Tertiò quia ab omnibus philoſophis vnanimiter conceditur q̃ ob meliorem vel peiorem diſpoſitionem phantaſmatum,in hoc & in illo,& in eodem (diuerſis temporibus) melius vel peius intelligere fit,ſunt em hæc omnia ſigna q̃ oportet phantaſmata diſponi & ſpiritualiora reddere, vt poſsint intellectui offerri,& actu intelligibilia fieri,quod frequẽtia actuũ facit addunando,vt dictũ eſt &c.

Ad ſecũdum verò dubium dicitur q̃ ad cognitionem incomplexam terminorum primorum principiorum, experimẽtum non propriè dictũ exigitur,ſed multiplicata apprehenſio illius termini in parte ſenſitiua ſufficere videtur, quoniã cognitio incomplexa terminorũ,requiſita ad cognitionem primorum principiorum nõ eſt notitia completa quid rei terminorum.Sed eſt notitia confuſa & parum vel nihil excedẽs cognitionem quid nominis. Ad talem autem cognitionem habendam, quia vniuerſalis eſt & queſcẽs, oportet frequentem cognitionem ſenſitiuã adnantem præcedere: quia verò confuſa cognitio eſt, experimentum propriè dictum quod collationem & complexionem ſonat exigi nõ video &c. Ad cognitionem verò complexam principiorum, quæ propriè cognitio principiorum actualis vel habitualis dicitur, præexigitur, vt dictum eſt,experimentalis cognitio illius complexionis: oportet enim non ſolum conceptus terminorum vniuerſales generari,ſed etiam cõpoſitionem eorum, quæ ita ſe habet ad complexionem experimentalem, ſicut cognitio terminorum ad frequentem apprehenſionem ſenſitiuã illorum.Ad rationem autem Antonij Andreę in oppoſitum dicitur,q̃ principia ſunt euidentia ex proprijs terminis,ſic iam compoſitis:vel(& idem eſt)ſi taliter componantur eorum termini ab intellectu,ſed taliter componi nequeunt,abſq; experimẽto determinatiuo intellectus ad hoc &c, Vnde quando dicitur q̃ principia ex ſolis terminis lumine intellectus cognoſcuntur, non excluditur adminiculum ſenſus,ſed tantummodo termini medij,ſic enim principia cognoſcimus inquantum terminos cognoſcimus,quia abſq; alio medio termino complexum illud quod principium eſt, euidens eſt, & non quia abſq; experimentali complexione cõpoſitio intellectus fiat &c.Ex his autem quæ diximus,nullus arbitretur meæ opinionis eſſe, q̃ omnem compoſitionem intellectus oporteat præcedere compoſitionem experimentalem ſimilem illi &c. hoc enim non teneo, neq; ſequitur ex dictis:ſermo enim noſter verſatus eſt circa generationem illius compoſitionis intellectus,quæ non fit ex præexiſtenti habitu,& non circa omnem,quare &c.

Quõ habituspriorũ principiorũ fiant à natura. Cap. 1.

CIRCA eandem concluſionem notandum eſt,quòd habitus primorum principiorum, neq; eſt pure naturalis,neque pure acquiſitus,ſed partim ab intra & partim ab extra: vt enim dicitur in ſecundo Ethicorum. Virtutum ſemina à natura ſunt in anima noſtra:ipſæ autem virtutes in actu ex actibus noſtris ſunt, ſed inter virtutem qua bene intellectus noſter ſe habet circa principia,& alias tantum intereſt, quòd cùm omnes virtutum habitus ideo aliqualiter à natura ſint, quia in nobis à natura congenitum eſt tam principium paſsiuum quàm actiuum earum, cæteræ virtutes à principijs naturalibus nõ oriuntur immediatè proximè,ſed medijs virtutibus ſuperioribus:principiorum autem habitus, ipſa naturalia principia tanquam proximas cauſas ſibi vendicat.Quia igitur cognitio principiorum à lumine intellectus agentis proximè emanat,& ſenſuum cognitio non niſi vt determinatiua paſsiui principij deſt intellectus ad talem cognitionem concurrit: ideo Ariſtoteles dixit, quod habitus principiorum neque ab alijs habitibus fiunt ſicut cæteræ virtutes, neque ita à natura q̃ determinati omnino ſint, ſed in potentia proxima tam paſsiua, quàm actiua ſunt inditi ad perfectionis terminum reducendi ſeruitio ſenſuum experientiam determinatiuam miniſtrantium: vt ſic non ſolum inchoatiuè, ſed radicaliter ſint à natura,completiuè autem ab extra &c.Nec mireris ſi pluraliter Ariſtoteles habitus principiorum nominat,quoniam ſpeculabilium & agibilium non ſunt eadem prima principia &c.

Nota. Primo huius.c.23.

CIRCA eandem concluſionem notandum eſt quomodo ſenſus ſit vniuerſalis, ſentire verò particularis:vt perfectè intelligas propoſitiones has diligenter inſpicias gloſam S.Tho.in hoc loco,& addito ea quæ in.23.capitulo primi libri diximus de hac re. Ex his enim illuceſcit quomodo operatio partis ſenſitiuæ attingere poteſt vniuerſale &c. & quomodo non &c.

Num ſenſus ſit mĩoris certitudinis quam intellectus.

CIrca eandem concluſionem dubitatur,quoniam ibi dicitur quòd ſenſus eſt incertior intellectu, hoc enim non videtur verum:quoniam cognitio illa, quæ eſt principium omnis noſtræ cognitionis, & in quam reſoluitur eſt certior cæteris. Cognitio autem ſenſitiua eſt, & à qua omnis noſtra intellectualis notitia ortum habet (vt in textu dicitur) & ad quam omnis noſtra cognitio reſoluitur. Tum quoniam primum in compoſitione eſt vltimum in reſolutione. Tum quia(vt in tertio cœli dicitur) notitiã practica quàm ſpeculatiua, cuius iudicium non peruenit vſque ad ſingularia, vnde incœpit,perfe-

pit perfecta non eſt &c. Ad hoc breuiter dicitur quòd abſque dubio intellectualis euidentia eſt certior ſenſitiua. Tum quia intellectus operationes ſunt immateriales, & per hoc à varietate, quæ cauſa eſt incertitudinis, remotæ ſunt. Tum quia lumen intellectus agentis efficacius & in ſe eſt, & operatur in intellectu principiorũ quàm quodcunque medium in ſenſu. nec eſt verum quòd cognitio ſenſitiua ſit prima in componendo notitiam intellectiuam, licet ſit prima ordine originis. Ad hoc enim q̃ aliquid ſit primum in componẽdo (niſi æquiuoce loquamur) exigitur quòd illud ingrediatur compoſitum: conſtat autem quòd cognitio intellectiua nõ integratur ex ſenſitiua, ſed fit ex illa in genere cauſæ efficientis miniſtratiuè &c. Similiter auctoritas Ariſtotelis nihil obſtat, quoniam aliud eſt notitiam ſentiuam eſſe principium in quod reſoluitur intellectiua, & aliud eſt eam eſſe principiũ, ad quod oportet terminari cognitionem intellectiuam. Primum enim negamus, quoniam nimis vilificat intellectum, & magnificat ſenſum. Sequeretur enim ſenſum eſſe cauſam principalem intellectiuæ certitudinis & euidentiæ, quod intellectus agentis opus eſt. Secundum autem (ſecundum ſentẽtiam peripateticam quam ſequimur) verum eſſe oportet, quoniam ſine phantaſmate, nec accipere, nec exercere intellectiuam cognitionem poteſt anima. Et vt in loco allegato dicitur ſicut iudicium artis, quod non extendit ſe vſq; ad ſingularia, imperfectum eſt (eo quòd finis practici intellectus opus eſt) ita iudicium ſpeculatiuum niſi vſque ad naturas rerum in ſingularibus exiſtẽtes, per ſenſus repreſentatas pertingat perfectum non eſt, eo quòd philoſophia non quæritur vt loquamur in aëre, ſed vt de rebus realibus quas vniuerſum integrare cernimus cognitionem habeamus, propter quid ligatis ſenſibus ſomno vel infirmitate, aut paſſione iudicium intellectus impeditur &c. Quare autem ab hoc anima humana liberari in hac vita non poteſt alterius negocij eſt. Et ſic ſit preſentis operis finis, in quo ſi quà falſa ſint omnes cuiuſque ordinis viros rogo (vt paſſionibus reiectis) dum ſuperſtes ſum, aut verbis, aut ſcriptis arguant, gratiſsimum enim mihi erit ab errore reuocatum eſſe & opiniones meliores amplecti. Si autem veritati conſona deprehẽdent, ob diui Thomæ gloriam pro qua hoc onus ſuſcepimus dilatent. Gratiaſque mecum agant Saluatori noſtro Ieſu Chriſto: Qui opus hoc in conuentu Brixienſi, Anno Chriſtianæ ſalutis Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto, In die ſacratiſſimæ Natiuitatis ſuæ conſummari conceſsit &c.

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani ſuper prædicabilia Porphyrij, Ariſtotelis Prædicamenta, & libros Poſteriorum Analyticorum,

FINIS.

THOMAE DE VIO CAIETANI Cardinalis Sancti Xiſti, in librum Diui Thomæ Aquinatis, De ente & Eſſentia, Commentarij.

PROOEMIVM.

T. c. 33. cap. 5. in prin.

VIA paruus error in principio magnus eſt in fine ſecundum Philoſophũ primo cœli & mũdi, ens autem & eſſentia ſunt quæ primò in intellectu concipiunt, vt dicit Auicenna in Metaphyſica, ideo primo ne ex eorum ignorantia errare contingat, ad horum difficultatem aperiendam dicendum eſt quid nomine eſſentiæ & entis ſignificetur, & quomodo in diuerſis inueniãtur, & quomodo ſe habeant ad intentiones logicas, ſcilicet genera, ſpecies, & differentias.

PVS iſtud inſigne in duas partes diuiditur principales: in Proœmiũ. ſ. & tractatum incipientem ibi: ſciẽdum eſt &c. In proœmio artem rhetoricę ſeruãdo tria agit. Primo reddit auditores beneuolos, vtilitatem & neceſsitatẽ dicendorum oſtendens tali rõne, omnis errãs circa principia omnium intelligibiliũ magis errabit circa alia: oĩs errãs circa eſſentiã & ens errat circa principia omniũ intelligibiliũ: ergo oĩs errãs circa eſſentiam & ens magis errabit circa alia. vtile igitur & neceſſarium eſt tradere notitiã de eſſentia & ente ad vitandos multiplices errores qui ex eorum ignorantia accidunt: huius rõnis maioris ſubintellectæ probatio ponitur in litera ſumpta ex primo cœli tex. cõ. 33. Minor autem probat auctoritate Aui. primo ſuæ Metap. capit. 7. Ad euidentiam maioris & ſuæ probationis ſcito, q̃ quia principiũ, eſt paruum in quantitate, ideo error in principio paruus appellatur, & quia principium eſt magnum in virtute (vtpote virtualiter continens omnia principiata) ideo error in principio paruus, in fine efficitur magnus. Creſcit enim error ſicut & dilatatur principium in ſuis principiatis: vt manifeſtè patet ī principio biuij in quo modica deuiatio ad magnam diſtantiam deducit in proceſſu.

cap. 5. in prin.

Quæſtio prima.

AD euidentiam minoris occurrit dubitatio in hoc ſtudio trita an. ſ. ens ſit primo cognitũ ordine originis ab intellectu noſtro. In hac quæſtione quinq; agã. Primo declarabit in quo ſtat difficultas quæſtionis, ſecundo ponetur opinio Scoti cum fundamẽtis ſuis, tertio ponetur opinio Sancti Tho. & impugnabitur ſimul opinio Sco. quarto arguetur contra dicta ſancti Thomæ & reſpondebitur, quinto ſatisfiet argumẽtis principalib⁹.

QVOad primum notãdum eſt quod vniuerſale (quod tantum ab intellectu directè cognoſci ſupponimus) duplicem habet totalitatem: eſt em̃ totum diffinibile, & eſt totum vniuerſale. Differunt autem hæ totalitates tripliciter. Primò quia totalitas diffinitiua fundatur ſupra actualitatem rei: totalitas autem vniuerſalis ſupra virtutem ſeu poteſtatem. Secundò quia illa eſt in ordine ad ſuperiora, ſi habet ea: iſta verò eſt in ordine ad inferiora. Tertiò quia illa naturaliter eſt iſta prior. Et ſicut habet duplicem totalitatem ipſum vniuerſale: ita habet duplicem cognitionem confuſam & duplicem diſtinctam. Prima cognitio confuſa eſt: qua cognoſcitur vt totum diffinibile non reſoluendo in partes diffinitiuas. Secunda cognitio confuſa eſt qua cognoſcitur vt totum vniuerſale non componendo ipſum cum partibus ſubiectiuis. Prima diſtincta eſt: qua cognoſcitur totũ diffinitiuũ reſoluendo ipſum in ſingulas partes diffinitionis: & hæc reſpondet primæ confuſæ. Secunda diſtincta eſt qua cognoſcitur totum vniuerſale in componendo ipſum cum ſuis partibus ſubiectiuis: & hæc reſpondet ſecundæ confuſæ. Differunt autem illæ duæ cognitiões confuſæ inter ſe tripliciter. Primò quia prima cognitio reſpicit obiectum: vt totum diffinibile, ſecunda verò vt totũ vniuerſale. Tertiò quia prima nullam notitiam diſtinctam eiuſdem obiecti ſecum compatitur. Secunda verò compatitur ſecum notitiam diſtinctã eiuſdem obiecti: in eo q̃ totum diffinibile vtpote nõ ſibi oppoſitam: ſimiliter enim ignoro animal in ſuis ſpecieb⁹, & noui quid ſit animal. tertiò q̃ prima naturaliter eſt prior ſecunda. Ex quibus pono verbalem differentiam. Et prima vocet cognitio confuſa actualis, ſecunda verò notitia virtualis confuſa. Et meritò: eo q̃ prima cognitione cognoſcitur confuſè id quod actualiter in obiecto reperitur, ſecunda verò cognoſcitur confuſè id quod virtualiter in obiecto includitur. Illę verò duæ diſtinctæ cognitione differunt etiam triplicitèr. Primò quia prima cognitione penetratur res,

vt totum diffinibile, ſecunda verò vt totũ vniuerſale. Secũdo quia prima compatitur ſecum eiuſdem obiecti aliquam cognitionem cõfuſam vniuerſalem. ſ. vtpote ſibi non oppoſitam. Secunda verò nullam confuſam ſecum cõpatitur: cum notitia enim animalis cum ſuis ſpeciebus non ſtat, ignorãtia animalis in ſe & ex hac ſequitur tertia differentia: quod ſecunda diſtincta infert primã, & non è conuerſo. Ex quibus pono etiam hic verbalem differentiam & prima quidem vocetur notitia diſtincta actualis, ſecunda verò notitia diſtincta virtualis & meritò, quia prima penetratur res ſecundum id quod actualiter in ea inuenitur, ſecunda autem cognoſcitur res ſecundum id quod virtualiter in ea includitur.

EX his elicio primo diffinitiones iſtarum quatuor cognitionũ: deinde coordinationes quatuor earundem. Et quia priuatio cognoſcitur & definitur per ſuum habitum ideo à diſtinctis incipiẽdo, dicit quod cognitio diſtincta actualis eſt: qua penetratur id quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio confuſa actualis eſt, qua citra penetrationem cognoſcitur id quod actualiter in obiecto inuenitur. Cognitio diſtincta virtualis eſt, qua obiectum penetratur ſecundum id quod virtualiter in ipſo includitur. Cognitio confuſa virtualis eſt qua obiectum ſecundũ id quod virtualiter in ipſo includitur non perfectè cognoſcitur.

Coordinationes harum cognitionũ ſunt iſtæ. Prima eſt cognitionum confuſarum actualium: ſecunda, confuſarum virtualium, tertia diſtinctarum actualium, quarta diſtinctarum virtualium. In prima eſt cognitio qua cognoſcit ſubſtãtia in ſe ipſa nõ penetrando tñ & cognitio q̃ cognoſcit corpus vt corpus, & qua corpus aĩatum vt ſic, & qua aĩal vt ſic & q̃ homo vt ſic, ſemper abſq; penetratione. i. abſq; hoc quod habeatur ratio formalis clara & reſoluta. In tertia ſunt cognitiones oppoſitæ ſupradictis. ſ. qua ſubſtantia, & qua corp⁹, & qua animal, & qua homo quidditatiuè cognoſcuntur. In ſecunda ſuut cognitiones quibus ſubſtantia, corpus, corpus animatum, & animal cognoſcuntur, non componẽdo cum inferioribus ſuis. In quarta ſunt cognitiones his oppoſitæ. ſ. qua ſubſtãtia iam cum ſuis inferioribus perfecta cognitione componitur totum, vniuerſale. ſ. cum ſuis partib⁹, & qua corpus ſimiliter cum ſuis partibus ſubiectiuis penetrat, & ſic de alijs. Cum aũt vt ex dictis patet ordo cognitionum confuſarum actualium ſit via originis prior cæteris. Primum cognitum in ordine cognitiõis confuſę actualis, erit: primum cognitum ſimpliciter, & ſic cum hic quæramus: quid ſit primum cognitum ſimpliciter, ab intellectu noſtro via originis: nihil aliud dubitamus, niſi quòd ſit primũ cognitum in ordine cognitionis confuſę actualis. Stat ergo inter nos & Scotum difficultas in hoc, an in ordine cognitionis confuſę actualis via originis primũ cognitum ſit ens, an ſpecies ſpecialiſſima. Ex quo patet defectus Antonij Trombetæ, qui hãc quæſtionem mouẽdo adduxit opinionem S. Thomæ ex prima parte quæſt. 85. artic. 3. etenim à S. Tho. nulla ibi facta eſt comparatio inter cognitiones confuſas actuales, de quibus eſt hic tota quæſtio. Sed comparauit ibi cognitiones diſtinctas actuales inter ſe. comparauit quoq; diſtinctam actualẽ ſuperioris diſtinctę virtuali eiuſdẽ, comparauit & confuſam virtualem ſuperioris diſtinctę virtuali eiuſdẽ obiecti vt patet intuenti. & hæcde primo. 1. qõ. 85. ar. 3. ſubtiliſſimo idagãtis mẽtẽ docto. 1. ex poſitor.

Quo ad ſecundum Scotus primo ſentẽtiarum diſt. 3. q. 2. ponit hanc concluſionem. Primum cognitum cognitiõe confuſa actuali, eſt ſpecies ſpecialiſſima, cuius ſingulare efficaci⁹ primo mouet ſenſum. & probat tribus rationib⁹. Prima eſt: cauſę naturales non impeditę producunt primo perfectiſſimum effectum: quem poſſunt primo producere: patet iſta, quia agunt ſecundum vltimum potentiæ ſuæ, ſed agentia ad primum actum intellectus ſunt cauſę naturales non impeditę, ergo producunt primo perfectiſſimũ effectum: quem pñt primo producere: talis effectus nõ eſt niſi cõceptus actualis confuſus ſpeciei ſpecialiſſimæ, ergo &c. probatur hoc vltimo aſſumptũ: quia ſi talis cõceptus. ſ. perfectiſſimus ſit conceptus cõmunioris, ſequit̃ q̃ nunq̃ illa agentia poterũt producere conceptum ſpeciei ſpecialiſſimę, tenet conſequentia: quia nunq̃ aliqua potẽtia põt in effectũ perfectiorẽ ſuo perfectiſſimo effectu: cõceptus autem ſpeciei ſpecialiſſimæ eſt perfectior conceptu cõmuniori: ſicut totũ ſua parte. ¶ Et confirmatur inquit Anto. Trõbeta: qñcunq; ſunt aliqua duo naturalia agentia æquè approximata paſſo debitè diſpoſito id quod eſt actualius prævenit id qđ eſt minus actuale in agẽdo erga paſſum: ſed rationes obiectiuæ ſpeciei ſpecialiſſimæ: & cuiuſcunq; ſuperioris ſunt hmõi. ſ. q̃ ſpecies ſpecialiſſima eſt actualior, ergo ſpecies ſpecialiſſima prius producit effectũ ſuum q̃ genus. Secũda ratio eſt iſta: termini Metaphyſicales, vel vniuerſaliſſimi ſunt vltimo actualiter noti via doctrinæ. patet iſta ex Auicen. 1. Metaphy. cap. 3. dicente q̃ Metaphyſica eſt vltima ordine doctrinæ, ſed termini illi ſunt vniuerſaliſſimi. ergo vniuerſaliora non ſunt prius nota actualiter. Et cõfirmat̃. ait Anto. Trõbeta: quia ordo ſcientiarũ quo ad nos attendit penes ordinẽ cognoſcibilium quo ad nos. ſi ergo Metaphyſica eſt vltima quo ad nos: ergo termini ſui erũt ẽt vltimo noti quo ad nos. Tertia rõ eſt iſta, ſi oporteret ante ſpẽi conceptũ cõcipere vniuerſaliora: tũc ſuppoſito ſenſu in actu & intellectu ſoluto: magnũ tẽporis interuallũ accideret anteq̃ intellectus cognoſceret ſpeciẽ: tenet cõſequentia, quia multa ſunt prędicata media inter ſupremũ & infimum. Quartò ad idẽ arguit Ant. Trõbeta ſic. id pri⁹ cognoſcit qđ eſt facilioris abſtractionis, ſed ſpẽs ſpecialiſſima eſt facillimę abſtractiõis, ergo ſpẽs ſpecialiſſima prius cognoſcit. probat̃ maior: qa cum intellectus nõ intelligat niſi abſtrahendo: ſicut ſe habet ad abſtrahẽdũ, ita ſe habet ad intelligendũ. Minor patet, quia à ſimiliorib⁹ facilior eſt abſtractioq̃ à diſſimilioribus: indiuidua autem vnius ſpeciei à quibus abſtrahitur genus: ſeu quoduis ſuperius. Quinto id vniuerſale prius cognoſcitur ab intellectu: cuius ſingulare fortius mouet ſenſum, ſed ſingulare ſpeciei ſpecialiſſimę fortius mouet ſenſum: q̃ cuiuſcũq; ſuperioris ſingulare, ergo ſpecies ſpecialiſſima primo cognoſcitur ab intellectu. Maior patet: quia nr̃a cognitio intellectiua naſcit̃ ex ſenſitiua. Minor ꝓbatur dupliciter. Primò ſenſus mouetur à ſingulari, ergo maximè mouetur à maximè ſingulari (per regulã topicã, ſicut ſimpliciter ad ſimpliciter) ſed maximè ſingulare eſt ſingulare ſpẽi ſpecialiſſimę: qa eſt determinatũ non ſolũ determinatione ſingularitatis: ſed etiã naturæ determinatę: nõ amplius determinabilis per aliã naturã, quod indiuiduis ſuperiorũ nõ cõuenit, ergo &c. Secũdò probatur eadẽ minor ſic, ſingulare actualius fortius mouet ſenſum, ſed ſingulare ſpẽi ſpecialiſſimę eſt actuali⁹: cũ ſit perfecti⁹: cũ ad alia ſingularia addat, ergo ſingulare ſpẽi ſpecialiſſimę fortius mouet. Sexto ſic: compoſitius eſt prius notum: ſpecies ſpecialiſſima eſt compoſitior omnibus ſuperioribus, ergo ſpẽs ſpecialiſſima eſt prius nota omnibus ſuperioribus. maior habetur à commẽtatore primo Phyſi. commento tertio. Minor à Porphyrio dicente quòd ſpecies abundat à genere, & hoc de ſecundo. Scoti. di. 3. qõ. 2.

Quo ad tertiũ ponuntur duæ concluſiones. Prima eſt: ens concretum quidditati ſenſibili eſt primum cognitum cognitione confuſa actuali. Ante quàm hæc cõcluſio probetur duo præmittam. Primò declarabo quid nominis ſubiecti concluſionis ſcilicet quid ſit dicere ens concretum quidditati ſenſibili. Secundò declarabitur quoddam quod præſupponit ipſa concluſio. Circa primum ſcito q̃ ens ſub triplici conditione poteſt terminare actum intellectus. Primò vt habet conditionem iſtam quæ eſt abſtractio totalis (non dico à ſingularibus) ſed à ſpeciebus & à generibus. Secundò modo vt habet conditionem iſtam quę eſt abſtractio formalis ſimiliter à ſpeciebus & generibus. Tertio mõ vt neutrã iſtarum conditionum habẽs: abſtractum tñ à ſingularibus, primo mõ, ens non eſt pertinens ad hãc quæſtionẽ: quia ipſum vt ſic eſt totũ vniuerſale, nos aũt loquimur de cognitione cõfuſa actuali nõ virtuali. Secundò mõ ens eſt terminus metaphyſicalis: & fortè adhuc viris doctiſſimis nõ innotuit. Tertiò mõ ens eſt primũ cognitũ & nũcupatũ eſt ens concretũ quidditati ſenſibili: quia non eſt ſeparatum aliqua dictarum abſtractionũ à quidditate ſpecifica vel generica. Caie. 2. de dria.

Ad horũ plenioręm intelligentiam nota, quod ſicut eſt duplex cõpoſitio. ſ. formę cũ materia, & totius cũ partibus: ita duplex eſt abſtractio per intellectum. ſ. qua formale abſtrahitur à materiali: & qua totum vniuerſale abſtrahitur à partibus ſubiectiuis, ſecundum primam quantitas abſtrahitur à materia ſenſibili: iuxta ſecundã, animal abſtrahitur à boue & leone: primã voco abſtractionẽ formalem ſecundã verò voco abſtractionẽ totalẽ, eo quia quod abſtrahitur prima abſtractione eſt vt forma eius à quo abſtrahitur. ſecũda abſtractiõe eſt vt totũ vl̃e reſpectu eius à quo abſtrahitur. Differunt aũt hæ duæ abſtractiones quadrupliciter. Primò quia in abſtractiõe formali ſeorſum vterq; cõceptus completus habetur: eius. ſ. quod abſtrahitur: & eius à quo abſtrahitur. i. formalis & materialis: ità q̃ cõceptus alter alterũ non includit: linea em̃ in eo q̃ linea habet cõpletè ſuam diffinitionẽ non includentẽ materiam ſenſibilẽ & ecõuerſo: mã ſenſibilis lineæ habet cõpletè ſuã diffinitionẽ non includẽtẽ aliquid lineæ: in eo q̃ linea, aliter diffinitiones naturales abſtrahẽtur à materia ſenſibili. In abſtractione verò totali nõ remanet ſeorſum vterq; cõceptus cõpletus ita quod alter alterũ non includit: ſed vnus tantũ, eius. ſ. quod abſtrahitur. Quãdo enim abſtraho animal ab homine non præcedunt ſe inuicẽ conceptus hominis & animalis: ſed tantũ conceptus animalis non includit conceptum hominis: homo em̃ non eſt intelligibilis ſine animali. Fũdamentũ huius differentiæ eſt, q̃ illa abſtractio fit per cõſiderationẽ alicuius quod eſt de ratione inferioris: & per remotionẽ. i. nõ conſiderationẽ alicuius qđ eſt de ratione illiuſmet inferioris: abſtrahitur em̃ animal ab homine per hoc quod intellectus conſiderat in homine aĩal & nõ rationale quorũ vtrũq; eſt de ratione hois. Illa aũt abſtractio nõ fit per cõſiderationẽ alicuius quod ſit de illius ratione materiæ: & per nõ cõſiderationẽ alicuius quod ſit de illius ratione: ſed potius fit per ſeparationẽ eorum quæ ſunt de rõne formalis ab his quę ſunt de rõne materialis: & ecõuerſo: vt exẽplũ datum oſtendit.

Secundò differũt: quia per abſtractionẽ formalẽ oritur in eo quod abſtrahitur actualitas: diſtinctio & intelligibilitas. In abſtractione verò totali oritur: in eo quod abſtrahitur potẽtialitatis cõfuſio: & minor intelligibilitas. Tertio differunt quia in abſtractiõe formali q̃to aliquid eſt abſtractius, tãto eſt noti⁹ naturę. In abſtractiõe verò totali quã to eſt abſtractius, tãto eſt notius nobis. Fũdamentũ harũ differentiarũ eſt quia abſtractio formalis fit per ſeparationẽ à materialibus potẽtialibus, & hmõi. Abſtractio aũt totalis fit per ſeparationẽ à ſpecificis actualitatibus: à quibus quanto aliquid eſt abſtractius: tanto eſt potẽtialius: cũ genus poteſtate cõtineat inferiora: & tãto eſt minus intelligibile cũ actus ſecundũ ſe ſit notior potẽtia ſexto metaph. tex. cõmen. 2. Quarto differũt: quia penes diuerſos modos abſtractionis formalis ſcientiæ ſpeculatiuę diuerſificantur: vt patet ſexto metaphy. in principio. Abſtractio autem totalis communis eſt omni ſcientię. Propter quod metaphyſicalia (vt ſic) non cõparantur ad naturalia per modum totius vniuerſalis ad partes ſubiectiuas, ſed

vt formalia ad materialia: ſicut & mathematica-
lia:licet em̃ gradus metaphyſicales ſint vniuerſa-
liores alijs:& cõparari poſsint ad alia vt ad partes
ſubiectiuas:eo quod eidem põt vtraq; abſtractio
conuenire:tñ inquantum ſtant ſub conſideratiõe
Metaphyſicali non ſunt vniuerſalia reſpectu na-
turalium ſed formæ: & naturalia ſunt earum ma-
teria,& hoc eſt valde notandum. Patet ergo qũo
ens quandoq; habet abſtractionem formalẽ qñ.
ſ.cum præciſione cæterarum rationum generica-
rum & ſpecificarũ accipitur:& qũo quãdoq; ha-
bet abſtractionẽ totaleũ,qñ.ſ.vt totum vniuerſa
le poteſtate includens cætera genera & ſpẽs cõſi-
deratur.Patere etiam põt q̃ nũc intendimus quo
modo ens ſit concretum quidditati ſenſibili.cum
ſ.neutra illarũ abſtractionũ fulcitur:ſed in quid-
ditate ſenſibili abſtracta à ſingularibus abſq; ali-
qua ſeparatione inſpicitur:& ſic eſt manifeſtum
quid ſignificetur nõie entis cõcreti quidditati ſen
ſibili. Id verò quod præſupponit concluſio eſt
ens poſſe cognoſci cognitiõe actuali confuſa: qđ
Scotiſtę negant tenentes ens non poſſe cognoſci
cognitione actuali confuſa,ſed diſtincta tantum.
Et probant ſic. Id quod habet conceptum ſim-
pliciter ſimplicem,non põt cognoſci cognitione
confuſa actuali:ens habet cõceptum ſimplicem,
ergo.Maior patet ex eo q̃ cognitio cõfuſa actua-
lis fit cum intellectus fertur in obiectum ſecundũ
id quod actualiter in eo includitur, neſciendo re-
ſoluere in partes rationis illius obiecti. In id autẽ
qđ habet conceptũ ſimpliciter ſimplicẽ non con
tingit intellectum ferri ſecundũ aliquid & ſecun-
dũ aliquid non:aliter conceptus eius eſſet cõpoſi
tus.Minor patet:quia cõceptus entis eſt irreſolu-
bilis.Vt autẽ videatur q̃ concluſio non præſup-
ponit aliquod falſum:& pateat inſufficientia hu-
ius rationis.Aduertas q̃ ſicut de ratione cognitio
nis diſtinctæ actualis non eſt q̃ obiectum cogno
ſcatur per reſolutionẽ in partes rationis: vt patet,
cum diſtinctè cognoſcitur ens: ſed eius ratio ſtat
in hoc q̃ obiectum penetretur ab intellectu ſecũ-
dũ omne quod actualiter in illo inuenit: ſiue hoc
fiat per reſolutionem obiecti in partes rõnis: ſiue
fiat ex claro intuitu obiecti ſimplicis: ita non eſt
de ratione cognitionis confuſæ actualis q̃ intel-
lectus intelligat obiectum ſecundum aliquid: &
ſecundum aliquid ignoret: ſed ſufficit quòd in-
tellectus feratur in obiectũ ipſum actualiter & nõ
penetret eius actualitatẽ.ita q̃ in hoc ſtat ratio co
gnitionis cõfuſæ actualis q̃ intellectus feratur in
obiectum ſecũdũ id quod actualiter in eo eſt nõ
penetrando ipſum. Siue aũt hoc contingat ex eo
quod obiectũ eſt reſolubile in plures conceptus,
ſiue ex alio per accidẽs:hoc ſe habet ad cognitio-
nẽ cõfuſam actualẽ: & ſic ratio Scoti aſſumit ma-
iorẽ falſam:& probationẽ peccantẽ falſam conſe
quentis ab inferiori ad ſuum ſuperius negatiua:à
negatiua vnius modi cognitionis cõfuſæ ad nega
tiuã oĩs modi.Et qđ ita ſit & quod ens & quodli-
bet ſimpliciter ſimplex poſsit cognoſci cognitio
ne cõfuſa actuali probo ſic. Q̃cunq; intellectus
fertur in ens actualiter ipſum cõcipiẽdo & neſciẽ
do ſeparare ens à ſubſtãtia & accidẽte hẽt de ente
cognitionẽ confuſam actualẽ, ſed multorũ hoĩm
intellectus eſt hmõi:ergo &c.maior ſic manifeſta
tur:quia cũ intellectus actualiter fertur in ens: &
tñ neſcit ſeparare propriã eius rõnẽ à rõnibus pro
prijs ſubſtantiæ & accidentis.aut habet cognitio
nẽ cõfuſam:aut diſtinctã:aut nõ diſtinctã: q̃a effe
ctus inſeparabilis cognitionis diſtinctæ eſt ſcire il
lius obiecti dr̃iam ab alijs,ergo confuſam: & cum
poſitum ſit quod ſit cognitio actualis, ſeq̃t quod
ſit cognitio confuſa actualis. Minorẽ experiẽtia
docet:videmus em̃ multos per plures annos exer
citatos in ſtudijs adhuc neſcire diſtinguere rõnẽ
propriã entis à ſubſtantia & accidẽte: quos neſci
re habere cõceptũ actualẽ entis fatuũ eſt dicere &
contra ſenſum. cõſiderant em̃ ens ſecundũ id q̃
actualiter in ſe habet & totum attingũt: ſed quia
non totaliter cõprehendunt:ideo neſciunt ipſum
ab alijs ſeparare:reſtat igitur præſuppoſitũ in no
ſtra cõcluſione ſolidũ,& falſum eſſe quòd ens ſo-
la cognitione actuali diſtincta cognoſcat. Nunc
ſupereſt probare concluſionẽ quã habes quo ad
primã partẽ à S.Tho.& Ant. dicẽtibus quod ens
eſt id quod intellectui nr̃o primò imprimit̃.,pbat̃
ergo ſic concluſio. cõceptus imperfectiſsimus om
nium eſt primus via originis:ſed concept⁹ actua-
lis confuſus entis eſt conceptus imperfectiſsimus
omniũ,ergo eſt primus via originis:maior patet:
quia imperfectiora ſunt priora via gñrationis.9.
Meta.tex. Cõmẽ.15. Minor etiã eſt de ſe euidens: T.c. 15.
quia oĩs alius conceptus cũ addat ad entis conce-
ptum eſt perfectior illo,ſicut totum ſua parte. Re
ſpondet Anto. Trõbeta q̃ perfectio cõceptus eſt
duplex,perfectio obiectalis & perfectio euidẽtię,
ille conceptus eſt perfectior obiectalis qui habet
obiectũ perfectius poſitiuè: ille aũt eſt perfectior
euidẽter qui habet obiectũ pauciora includẽs ex
Ariſto.(in proœ.Meta.) Vnde ſi in argumẽto fit Lect. 2.
ſermo de perfectiõe obiectali maior eſt falſa & mi
nor vera.ſi de perfectione euidentiæ maior eſt ve
ra & minor falſa. Contra. & probo quod minor
ſit vera de perfectione euidentiæ loquẽdo: ita qđ
cõceptus actualis confuſus entis ſit imperfectiſsi
mus quo ad euidentiã. Ille conceptus eſt omniũ
ineuidentiſsimus ſub quo intellectus poſitus ma
gis remotus eſt à cognitione aliorum omnium q̃
ſub quocũq; alio conceptu. cõceptus actualis cõ
fuſus entis eſt hmõi, ſcilicet quod intellect⁹ habẽs
ipſum magis diſtat ab aliorum cognitione q̃ ha-
bens quencũq; aliũ conceptũ. ergo cõcept⁹ actua
lis cõfuſus entis eſt ineuidentiſsimus oĩm. maior
patet ex eo quod euidẽtia cõceptus cũ ſit ,ppria
perfectio intellectus,quãto maior eſt: tanto intel
lectũ magis propinquũ reddit ad aliorũ cognitio
nẽ,præſertim cũ intellectus ex euidentibus ad in
euidẽtia naturaliter ,pcedat. Minor verò probat̃
ſic.quan-

ſic quãdocũq; ſunt aliqui duo conceptus quorum A
vnus actualiter alterũ includit,& nõ econuerſo. In
tellectus habens illũ qui actualiter includit alterũ
eſt in proximiori diſpoſitione ad cognoſcẽdũ reli
quũ q̃ ecõuerſo:modo cõceptus entis ita ſe hẽt ad
alios q̃ ipſe alios non includit: alij vero actualiter
ipſum includũt: ergo intellectus habẽs conceptũ
entis magis diſtat ab aliorũ cognitione q̃ habens
quẽcunq; aliũ conceptũ. Et confirmatur per Sco.
dicentẽ q̃ pars rationis actualiter intellectę eſt ſa-
tis proxima intellectui,adeo vt proximius eſſe nõ
poſsit. Illud autẽ quod adducitur ex proœ. meta-
phy. quod euidẽtia attenditur penes obiectũ pau-
ciora actu includens,ad propoſitũ nõ eſt: quoniã
certitudo illa eſt certitudo obiectalis: ſermo autẽ
noſter eſt de euidẽtia ſe tenẽte ex parte intellectus
ex talibus enim euidẽtibus & certis procedit intel
lectus ad ſibi ineuidẽtia & incerta. Secũdo proba
tur eadem cõcluſio ſic:cognitio primorum princi B
piorũ eſt prima cognitio cõplexa: ergo cognitio
entis eſt prima cognitio incõplexa,antecedẽs pa-
tet ex eo qđ cognitio quæ eſt à natura debet præ-
cedere eam quæ eſt ex induſtria:& ex eo quod in
omniũ ſunt notitia etiã in pueritia: & ex eo quod
præſupponũtur ad quodlibet diſcere:vt hẽtur pri-
mo poſter. cõſequẽtia verò probatur quia cũ ens
ſit terminus ille ex quo cõficitur principiũ primũ
ſi ens nõ eſſet primũ cognitũ,ſed aliquid aliud,poſ
ſet tũc fieri alia cõplexio ab intellectu: adhuc non
habita notitia principij &c. Cõtra ipſam poſitio-
T.cõ.5. nẽ Scoti arguitur:ſpẽs ſpecialiſsima nõ eſt obiectũ C
cõfuſiſsimũ ſimpliciter: ergo cognitio eius actua-
lis cõfuſa non eſt prima ſimpliciter:& cõſequẽter
ipſa nõ eſt primũ cognitũ: conſequentia tenet ex
poſitione aduerſa dicẽte,q̃ ideo ſpẽs ſpecialiſsima
eſt primũ cognitũ:quia eſt confuſiſsima. Antece-
dens probatur ſic:genus eſt confuſius ſpecie:ergo
ipſa nõ eſt cõfuſiſsima: cõſequẽtia iterũ eſt nota:
antecedẽs probatur:quod plura cõtinet eſt confu
ſius: genus plura continet q̃ ſpẽs:animal em̃ conti
net plura q̃ homo:ergo &c. Reſpõdent q̃ cõtinen
tia eſt duplex quædã actualis, quædã potentialis,
& q̃ideſt cõfuſius quod plura continet actualiter
non potentialiter: modo genus continet plura in
potentia: ſpecies autem in actu,& ideo ſpecies eſt
cõfuſior. Cõtra: cõfuſius eſt quod cõtinet plura ſi D
ne ordine q̃ quod continet plura cum ordine, ſed
continens actualiter continet plura ordinatè,ſpe-
cies enim ordinate continet partes diffinitiuas:cõ
tinens autẽ in potentia cõtinet plura ſine ordine:
ergo cõtinens plura potentialiter eſt cõfuſius. Re
e.de dr̃ia ſpondet Anto. Trõbeta q̃ genus continet ſpecies
ordinate & non ſine ordine:eo quod non reſpicit
eas niſi medijs dr̃ijs quę ſunt valde ordinatę. Con
tra genus continet ſpecies & differentias in actu:
e.cõ. 48. ſed in potentia(vt dicit Porphyrius:) ergo conti-
net eas indiſtincte:tenet cõſequẽtia:quia actus eſt
qui diſtinguit ſeptimo metaphyſi. text. 49. tunc
vltima continet indiſtincte:ergo nõ ordinate:te-
net cõſequentia: quia ordo abſq; diſtinctione nõ
eſt imaginabilis(etiam ſi fingendi detur licentia.)
Quod aũt dixit genus ſcilicet nõ reſpicere ſpecies
niſi medijs differẽtijs ordinatis,nõ iuuat:eo quod
non ſolũ ſpecies,ſed etiã differentias inter ſe ordi-
natas gñs abſq; ordine cõtinet: vt probatum eſt.
Aduertas hic quòd cõfuſio non ſequitur continẽ
tiam plurium(vt ſcotiſtę fingunt.) ſic em̃ vniuer-
ſum eſſet maximè cõfuſum: ſed cõtinentiam plu-
rium ſine ordine:vnde prouerbium eſt, vbi plura
litas ſine ordine ibi confuſio &c.

Secũda cõcluſio eſt iſta inter cõceptus actuales
confuſos prędicatorũ quidditatiuorũ nõ eſt eſſen
tialis ordo originis:probatur ſic. quãdocũq; ſunt
aliqui cõceptus eſſentialiter ordinati ordine origi
B nis, impoſsibile eſt extremos gñari nõ genitis in
termedijs: iſta patet de ſe: alioquin nõ eſſet ordo
eſſentialis originis inter illos:ſed de facto habem⁹
cõceptus cõfuſos actuales extremorũ abſq; inter
mediorũ cõceptibus,ergo nõ eſt inter eos eſſẽtia
lis ordo originis: minorẽ experientia declarat:ex
perimur nãq; nos cõcipere hominẽ & ſubſtãtiam:
& tñ intermedia ignoramus nõ ſolũ diſtincte ſed
cõfuſe: caremus em̃ conceptibus proprijs eorum
quibus actualiter in ipſa dirigatur intellectus a-
cies: & non ſolũ ignoramus reſoluere ipſa in par
tes diffinitiuas. Et quia hæc rõ conuincit me: ideo
ſolã adduco. Ex hoc patet defect⁹ Scotiſtarũ dicẽ
tiũ q̃ eſt ordo eſſentialis inter cõceptus confuſos:
nõ em̃ poſſunt ſoluere hãc rationẽ. Sed immedia-
te cõtra hæc obijcitur ſic: inter conceptus cõfuſos
actuales ſuperioris & inferioris nõ eſt ordo eſſen-
tialis originis,ergo ita põt primo gñari cõceptus
ſpeciei ſpecialiſsimę ſicut entis:quod eſt cõtra pri
mã concluſionẽ:tenet cõſequentia: quia ordo nõ
eſſentialis nõ eſt neceſſarius:& variari põt. Ad hoc
dico negãdo conſequentiã: licet em̃ non ſit ordo
eſſentialis inter omnes conceptus confuſos: eſt ta
men talis ordo inter conceptus entis & quẽcunq;
aliũ. Nec hoc eſt voluntariũ:eo q̃ conceptus entis
eſt quædã forma generaliſsima ipſius intellectus,
ſicut forma corporeitatis eſt forma generaliſsima
ipſius materiæ:vnde ſicut inter formam corporei
tatis & alias eſt ordo eſſentialis, nõ aũt inter alias
formas inter ſe,ita inter cõceptũ entis & alios:nõ
D aũt inter alios inter ſe, põt em̃ poſt cõceptũ entis
quodcũq; aliud cõcipi:ſiue ſubſtãtia,ſiue accidẽs:
ſiue ſpẽs:ſiue genus,eſt etiã conceptus entis quaſi
naturalis ipſi intellectui: ſicut & cognitio primi
principij:ſtatim.n.pręſentatũ ens ab oĩbus cogno
ſcitur,& ideo ipſum oportet eſſe prius alijs eſſen-
tialiter ſicut vniuerſaliter,actus naturalis pręcedit
cæteros qui penitus ab extra ſunt:nõ eſt aũt ſimi
lis rõ de alijs cõceptibus inter ſe: & hæc de tertio.

Quo ad quartũ,quia Ant. Trõbeta impugnat 1.q.85.
quædam dicta S.Doct. in prima parte.q. 86.arti. art.3.c.
3.vbi tradit ordinem intellectualis cognitionis ſe-
cundum viam Peripateticam, ideo adduco eius
impugnationes & ſoluo. Quinq; autẽ ſunt dicta

contra quæ arguit, primum est, intellectus est vni E uersalium & prius magis vniuersaliũ, secundũ intellectus noster procedit de potentia ad actũ, tertium notitia rerũ in vniuersali est notitia incõpleta, quartum notitia in vniuersali est notitia secundum quid & in potentia, quintũ sensus exiens de potentia ad actũ prius cõmunius q̃ minus cõe cognoscit. Contra primũ arguit sic. S. Tho. tenet, q̃ quicquid est in re & ex natura rei sit singulare, addo huic aliã ꝓpositionẽ. s. illud qđ præcedit actũ intelligẽdi est reale: tunc sic, quicquid est in re est singulare, quicquid prima intellectione intelligit est in re, ergo quicquid prima intellectione intelligit est singulare, ergo nõ potest intelligere magis vniuersaliter, maior est. S. Tho. Minor ex secũdo suppositio patet: quod quadrupliciter probat. Tũ F quia ens rõnis est posterius actu collationis intellectus. Tum quia tale obiectũ est causa entis realis. s. primi actus intelligẽdi. Tum quia talis primꝰ actus refert ad obiectũ relatione reali quæ nõ est nisi ad terminũ realem. Tum quia talis primus actus dependet ab obiecto: vt à mensura, ens autẽ reale non dependet ab enterõnis. Ad hęc rñsio q̃ maior põt habere duplicem sensum. Primus est q̃ quicquid est in re est singulare. i. quicquid est in re est singularitas, & sic est falsa. est em̃ in sorte nõ solũ singularitas: sed humanitas & animalitas. Secũdus sensus est, quicquid est in re est singulare. i. quicqd est in re habet esse singularizatum, & hoc modo est apud Peripateticos verissima, vnde argumentũ si debet esse tribus terminis, maior est G falsa in primo sensu. In secũdo aũt concedit totũ argumentũ, ens siquidẽ primo cognitũ nõ habet esse reale nisi in singularibus. Quæ aũt addit quãtum veritatẽ habeant infra patebit. Cõtra secundum dictũ. s. intellectus noster procedit de potentia ad actum arguit sic. Ista ꝓpositio assumit à S. Tho. ad probandũ illã cõclusionẽ. s. magis vniuersale prius intelligit: aut ista ꝓpositio cõcludit nihil ad ꝓpositũ: aut ipsa est simpliciter falsa. Quia si intelligit q̃ intellectus prius intelligat aliq̃d in potẽtia q̃ in actu: ipsa est vera, sed nõ ad propositum, concedo em̃ q̃ intellectus prius intelligit speciem specialissimã in potẽtia q̃ in actu: sed hoc nõ habet q̃ prius genus q̃ speciẽ intelligat. Si aũt intelligat q̃ intellectus procedit de potẽtia ad actũ. H i. de notitia imperfecta ad ꝓfectã: ipsa non est vniuersaliꝫ vera, vt patet cũ procedit à notitia ꝑmissarũ ad cõclusiões: & à notitia cãæ ad effectꝰ notitiã, & per hoc patet etiã illud esse falsum. s. q̃ intellectus prius peruenit ad actũ imperfectum q̃ perfectum, nam aer illuminatus nõ prius imperfectè: deinde perfectè illuminat à sole, similiter intellectus prius recipit actũ q̃ habitũ: & tñ actus est perfectior habitu, vnde ad hoc q̃ propositio sit vera oportet ꝓbare ordinẽ essentialẽ actus incõpleti ad actũ completũ. Ad hoc rñdeo q̃ S. Tho. intelligit illã ꝓpositionẽ neutro illorũ modorũ pręcise: sed hoc modo, intellectus exiẽs de potẽtia ad actũ vltimatè perfectum transiturus per multos actus medios prius peruenit ad actũ imperfectũ q̃ perfectũ, & habet ista ꝓpositio ex. 8. Phy. tex. cõ. 58. T.c. 58. & 9. Metaph. tex. cõm. 15. & in lib. 2. de partibꝰ ani T.c. 15. malium, q̃ priora via generationis sunt imperfectiora. Sub illa ergo maiore subsumat̃ minor. s. intellectus noster est exiens de potentia ad actũ vltimatè perfectum, puta cognitionem distinctam speciei specialissimæ transiturus per multos actus intermedios: ergo prius peruenit ad actum imperfectum q̃ perfectũ, minor est euidens: eo q̃ cognitiones generũ ab omnibus cõcedunt̃ actus intermedij, & sic ratio concludit q̃ prius magis vniuersale q̃ minus vniuersale distinctè cognoscamus: quod intẽdebat beatus Tho. sed ille deceptus est quia credidit S. Tho. loqui de cognitionibus confusis actualibus cum (sicut supra dictũ est) loquat̃ de cognitione confusa virtuali ipsius speciei: & distincta eiusdem & generis, cognitio em̃ distincta actualis generis appellatur ibi confusa ipsius generis & specierum: eo q̃ cõfusè in illa spẽs & gñis potestas cognoscantur. Ad id quod additur cõtra hãc propositionem, intellectꝰ procedit de notitia imperfecta ad perfectã, dico q̃ hęc propositio est vera vniuersalissimæ si intelligat̃. Pro cuius intellectu & omniũ instantiarum solutione aduerte primo q̃ processus naturæ & intellectus est duplex: alter secundũ ordinem gñationis tantũ: alter secũ dum ordinem generationis & causalitatis effectiuæ vel finalis. Primus processus est q̃n inter termi G nos & media non cadit nisi prioritas & posterioritas secundũ generationẽ. Secundus, est q̃n vltra istam prioritatem inuenitur in illo quod est prius etiam prioritas causæ effectiuæ vel finalis. Secundo aduerte, q̃ aliquid est perfectius altero dupliciter. s. simpliciter vel secundũ quid: stat enim q̃ aliquid simpliciter. i. secũdũ suam naturã altero perfectiùs: quod tñ secundũ aliquã conditionẽ est imperfectius illo: sicut substantia materialis est simpliciter perfectior accidente: quo tñ est imperfectior secundũ quid inquantũ actuatur per illud. Dicit ergo q̃ tam natura q̃ intellectus in ꝓcessu gñationis tantũ semp procedit de imperfecto simpliciter ad perfectũ simpliciter: eo q̃ ordo gñationis attenditur penes genus causæ materialis: sicut animal prius generat̃ q̃ homo (vt dicitur in lib. de aĩalibus). In processu aũt secundo procedit̃ de imperfecto non simpliciter: sed secũdũ qd ad perfectius secũdũ quid, sicut substãtia est prior gñatione accidente: & vltra hoc est prior causalitate finali: eo q̃ est finis eius & q̃n̄q̃; agens: constat autem ipsam esse secundũ quid imperfectiorẽ accidente inquantũ est in potentia respectu eius: & causalitatem materialẽ participat. Ad primam igitur instantiarũ dicitur q̃ præmissę non sunt priores conclusione via generationis tantum: sed etiã ordine causalitatis effectiuæ (vt dicitur secundo phy. si. text. comment. 31.) In alia litera: vt testatur ibi S. Tho. & colligi potest ex primo posteriorũ, T.c. 31. & ideo

& ideo sufficit q̃ notitia earũ sit imperfectior se- A cundũ quid, vnde etiã in gñe causæ materialis collocantur, secũdo phy. ibidẽ & quinto meta. text.
T. c. 31. com. 32. Idẽ dico ad secundã de processu notitiæ
T. cõ. 3. causæ ad effectũ. De aere illuminato nõ est successiua: cõceptꝰ vero gñis & spẽi sibi succedũt. Falsum q̃q; est q̃ actus pręcedẽs habitũ sit simplr̃ habitu pfectior: licet hoc sit verũ de actu elicito ab ipso habitu, vt habes primo Ethi. talis aũt est posterior habitu. Ordo quoq; essentialis cõceptus gñici ad specificũ satis sufficiẽter notus in notitia distincta est ex dictis ibidẽ vñ nõ oportebit aliter laborare,

Contra tertiũ. s. q̃ notitia in vniuersali est notitia incõpleta: arguit sic, demõstratio vniuersalis est potior demõstratione particulari, ergo notitia in vniuersali quæ acquiritur per demonstratio B nem vniuersalem est potior notitia particulari.

Ad hæc dico q̃ argumẽtũ peccat per fallaciam æquiuocationis illius termini vniuersale. Arist. n. vocat demõstrationẽ vniuersalẽ illã qua passio de suo proprio subiecto scitur, & hoc tã in passionibus gñicis q̃ specificis, & vult dicere q̃ potior est notitia illa quã acquirimus per demonstrationẽ demõstrãtẽ passionẽ de suo subiecto primo q̃ illa quę fit per demõstrationẽ qua illa passio demonstratur de parte subiecta primi subiecti. Nos autẽ dicimus q̃ cognoscere hominẽ in aĩali est cognoscere hominẽ imperfectius q̃ cognoscere hominẽ in se ipso: & hanc vocamus cognitionẽ in vniuersali: manifestũ igitur est omni habenti ingeniũ q̃ C nostra dicta Arist. nõ repugnãt. Aliud est em̃ dicere, a. cognoscitur in vniuersali: &. a. demonstratur demõstratione vniuersali. primo mõ. a. nõ cognoscitur in semetipso: sed in suo superiori, secũdo mõ. a. in seipso cognoscitur ineſſe suo primo subiecto.

Contra quartũ. s. notitiã in vniuersali est notitia secundũ quid & in potentia: propterea quod in ipso vniuersali intelliguntur particularia sub quadam confusione: ex quo infertur, ergo notitia in vniuersali est notitia confusa.

Cõtra, illa probatio nulla est quæ procedit secũ dum fallaciã æquiuocationis: ista est hmõi, ergo &c. Declaratur minor: quia aliud est loqui de notitia actuali obiecti: & aliud de notitia virtuali eorũ quę in ipso includũtur. Licet em̃ notitia virtualis particulariũ in vniuersali sit cõfusa: tñ notitia D actualis ipsius vniuersalis est distincta: & quia ab his quæ actualiter cõfundũtur in obiecto attendi tur confusio notitiæ cum notitia specificetur ab obiecto: & his quæ sunt intrinseca non debet dici notitia confusa sed distincta.

Ad hęc dico q̃ iste nõ intelligit S. Tho. qui vult q̃ notitia distincta aĩalis vt est totũ diffinibile sit notitia confusa animalis vt est totum vniuersale: & cõsequenter notitia confusa specierum: & ideo nõ accidit æquiuocatio. Fatemur enim q̃ notitia qua actualiter fertur intellectus in ipsum animal, vt vniuersale, & non in suas species est notitia confusa animalis: vt totũ vniuersale est: & non solum specierũ eius vt expresse dicit ibi S. Tho. vnde cõ tingit animal simul esse notũ distinctè & confuse 1. q. 85. diuersimode: vt supra dictũ est. Nec oportet q̃ si ar. 3. istę duæ notitię simul inueniantur sint eædẽ: cum etiã separẽtur: puta cũ & actualiter & virtualiter aĩal distinctè cognoscatur. Quod aũt addit q̃ talis notitia nõ debet dici cõfusa: falsum esse ostẽditur ex eo q̃ minor est cõfusio actualis q̃ potentialis. Quod vltimo additur: q̃ notitia specificat ab obiecto & eius intrinsecis ad ꝓpositũ nõ est: cõfusio. n. & distinctio nõ sunt spẽs cognitionũ: alioqn cognitio cõfusa & distincta eiusdẽ obiecti nõ essent eiusdẽ spẽi: & sic notitia nõ specificaretur ab obiecto: vnde assumptũ eius implicat contradictionẽ in proposito. Cõtra quintum. s. q̃ sensus exiẽs de potentia ad actũ prius cõmunius q̃ minus cõmune cognoscit: arguitur sic, sensus nõ cognoscit nisi singulare: ergo non prius cognoscit magis cõmune. Quod si dicas sensum nõ cognoscere magis cõ mune in se: sed præcognoscere singulare magis cõ munius. Contra: aut cognoscit singulare magis cõmunius: ita q̃ singularitas est ratio cognoscẽdi: aut ita q̃ natura communis sit ratio cognoscendi: primũ nõ est dicẽdum vt de se patet: nec secundũ potest dici à thomistis: quia hoc ideo esset quia natura illa esset ratio mouendi sensum. Cõtra quod arguitur sic: illud non est ratio mouẽdi quod est idẽre & ratione ei cui repugnat ratio mouendi: sed natura cõmunis est eadem re & ratione singularitati cui repugnat ratio mouendi: ergo &c. probatur minor: quia natura & singulare non distinguuntur realiter: nõ ex natura rei apud te: nec ratione: quod probo: quia distinctio rationis sequit actũ intellectus, in illo aũt priori nullus actus est intellectus. Et confirmatur: quia actus realis non depẽdet ab ente rationis: sed sensatio est actus realis: ergo non dependet ab ente rationis: sed obiectum sensibile habens in se distinctionem rationis est ens rationis vel aggregatum ex ente reali & rationis: ergo &c. Et confirmatur ratio principalis sic: quæcunq; sunt indistincta omnino secũdum rem si vnum terminat ad aliquam actionem realem & reliquum terminabit eandem: sed natura magis communis & minus communis sunt huiusmodi: ergo &c. & hoc suppositа debita approximatione ad sensum. Confirmatur secundo: idẽ sensus primo cognoscit q̃ species sensibilis repręsentat: sed species sensibilis primò repręsentat singulare speciei specialissimę posita debita distãtia, ergo &c. minor probatur: species sensibilis primò repręsentat obiectum sub ea ratiõe qua imprimitur sensui: sed imprimitur ab obiecto sub ratione naturæ specificæ. Tum quia est actualior & perfectior. Tum quia species sensibilis est naturalis similitudo causata ab obiecto repręsentans ipsam adæquatè secundum rationem sibi essentialius competentem: ergo magis repræsentat ipsum ratione quæ sibi essentialius & perfectius competit: quàm sub ea ratione quæ sibi remotè & mi-

nus principaliter competit. Ad hæc respondetur quod responsio ibi recitata est bona & recta est. Ad impugnationem dico ꝙ natura talis puta color & nō natura cōis. i. color cōis est ratio mouendi. Ad improbationē: negatur minor pro vtraq; 1.q.3.articu.3. parte: nam apud S. Tho. in prima parte. qō. 3. art. 3. in rebus materialibus natura & singularitas distinguunt realiter: & distinctio rationis licet actualiter sit post sensationem: fundamentaliter tñ præuenit ipsam: & hoc sufficit. Ad confirmationem dr̄ primò: quod obiectū sensibile habens distinctionem rationis fundamentaliter nō est ens rationis: nec aggregatum ex ente reali & ente rationis. Distinctio em̄ rationis fundamentaliter nihil addit supra rem. Dicitur secundo quod sensatio non causatur à distinctiõe naturæ: sed à natura ipsa habente talē cōditionē: & ideo dato quod distinctio illa esset ens rōnis, adhuc nihil concludit. non enim color inquantū distinctus à sua singularitate mouet: sed hic color inquantum color de cuius ratione: nec distinctio: nec adunatio est. Ad aliam confirmationē dr̄ quod maior est falsa quo ad actiones nihil reale ponentes in suis terminis quales sunt actiones immanentes. possum em̄ intelligere Dei sapientiam non intelligendo eius bonitatē. Ad alias confirmatiões præmitto quod nō dicit S. Tho. quod semper sensus prius cognoscat magis cõe q̄ min⁹ cõe (verba enim sunt ilta) & quia sensus exit de potētia ad actum sicut & intellectum: idem etiã ordo cognitionis apparet in sensu. nam primo secūdū sensum diiudicamus magis cõe q̄ minus cõmune: & secundum locū & secundum tempus. Ex quibus verbis non habet nisi quod sensus primo secūdū locum & tempus cognoscit singulare magis cõis: & non habet qđ semper ita sit. vnde argumenta illa non sunt cõtra S. Tho. licet non concludant. falsum em̄ est quod species sensibilis primo repræsentet singulare speciei specialissimæ: & eius ꝓbatio falsa est. s. quod species sensibilis sit primo impressa à natura specifica. nam species sensibilis primo imprimitur à perse primo obiecto sensus. nullus autem sensus obiectum primum est species spāliss̄ima: vt patet discurrendo. propterea species visibilis imprimit primo à visibili in eo quod coloratum & non ab ipso: in eo ꝙ est album vel nigrum. Nec obstat qđ albedo sit actualior colore quia hoc non sufficit: see requiritur quod sit primum obiectum potentiæ. Nec est verum quod assumit. s. quod essentialius insit sensibili natura specialissima q̄ natura generis: imo huic visibili vt sic essentialior est color quàm albedo siue nigredo. quod patet ex hoc quod sublata albedine siue nigredine visibilę remanet: non autem è conuerso. & hæc de quarto.

Ad primum. Quo ad quintum respondetur ordinatè argumentis factis: & ad primum negatur illud vltimo assumptū. s. quod perfectissimus effectus quē pñt primo producere agentia ad intellectionē sit conceptus specificus. Dico em̄ quod perfectissimus quem pro tunc pñt est conceptus entis: imo nullū alium pñt pro tunc. Et cum contra hoc arguit: quia sic nunq̄ produceretur cõceptus specificus: non valet consequētia. Ad cuius probationē dicit quod nulla virtus pōt imperfectiorem effectum suo effectu perfectissimo simpliciter: quælibet tñ virtus pōt in effectum perfectiorē suo perfectissimo effectu in quem pōt pro aliquo priori: quia ille non est perfectissimus nisi secūdū quid. Exemplum. virtus generatiua leonis non pōt in perfectiorem effectum q̄ sit leo: quia hmōi est eius effectus perfectissimus simpliciter: pōt tñ in effectum perfectiorē illo: quē producit in principio actiõis: quia tñ effectus fuit perfectissimus: quem pro tūc posset ꝓducere. Ad confirmationē dicitur ꝙ minor est falsa: nam intellectus existens in pura potentia non est æquè dispositus ad conceptū specificum sicut entis: non per positionē alicuius contrariæ dispositionis: sed propter ordinē cõceptus generalissimi ad spālis: sicut materia prima omni contraria dispositione inconsiderata nō est æquè disposita ad formas specificas & ad formā corporeitatis: sed oportet primo recipi formam corporeitatis propter ordinē formæ generalis ad species. ꝓpter quod cõsueuit dici quod est indispositꝰ priuatiuè & non contrariè. Ad secūdū patet rñ sio ex dictis: nam termini metaphysicales. vt sic, non ponuntur à nobis primo cognosci. sunt em̄ termini metaphysicales abstracti abstractiõe formali: sed dicimus ꝙ significatū huius termini ens concretum quidditatis sensibilis est primo cognitum. Ad tertium dico ꝙ non oportet inquacūq; formatione conceptus specifici semper sigillatim præformare conceptū cõfusum entis: sed sufficit ens primo omniū fuisse cognitū: in illo enim oīa virtualiter concipiūtur. Vlterius dicit: ꝙ cū apud nos non ponatur ordo essentialis inter istos cõceptus confusos: non oportet tm̄ tēporis interesse. Ad quartum dicitur, ꝙ species specialissima non est facilioris abstractionis q̄ ens loquendo de abstractiõe ad propositū requisita: sicut enim ad cõceptū confusum speciei specialissimæ requirit & sufficit duplex abstractio: altera per actum intellectus agentis. s. separatio à singularibus: altera ꝑ actum intellectꝰ possibilis. s. actualiter intueri speciem: & non actualiter intueri genus. ita ad conceptum cõfusum actualem entis duplex abstractio est necessaria. Prima est à particularibus: quæ quidem fit cum species quæcunq; abstrahitur ab intellectu agēte. Altera fit ab intellectu possibili: ꝑ hoc quod in quidditate quacūq; sibi primo præsentata actualiter, primo concipit ens non concipiendo actualiter cætera quæ in illo sunt: vnde tãta & tam facilis est abstractio illa entis q̄ facilis est abstractio speciei spāliss̄imæ: imo abstractio ista entis est facilior: quia facilius est actualiter cõcipere prius sine posteriori q̄ è cõuerso. ex quo patet quod abstractio illa de qua loquit argm̄ non est necessaria ad cognitionē cõfusam. Ad quintū dico, quod

Ad secūdum.

Tertium

Quartū.

Quintū.

co, quod minor est falsa. & ad eius probationem negatur consequentia: eo quod sensus non mouetur à singulari in eo quod singulare. Ille enim modus arguendi secundum regulā topicam non tenet nisi cum prædicatum conuenit subiecto secundum quod ipsum: vt habes à S. Tho. in tertio contra Gentiles. cap. 139. quod in proposito non reperitur. non enim hic color inquantum hic mouet visum: sed inquātum color. Ad aliam probationem dicit: quod maior assumpta non est vera vniuersaliter: eo quòd coloratum magis mouet visum quàm hoc nigrum: quia à remotioribus mouet. Agens nanq; corporale quanto in remotius agit tanto fortius videtur. Secundo dicitur quòd fortius mouent sensum multa singularia imperfecta, quàm vnum actualius & perfectius: & quia omnia singularia sunt singularia entis, ideo cogitatiua pueri, in quo noua cognitio oriri debet, magis mouetur à singularibus entis quàm à singularibus huius speciei, & cum intellectus accipiat vniuersale ex multis singularibus, vt dicit secundo Posteriorū (& in proœmio Metaphysicorū.) ideo prius cognoscit ens quàm species, & secundum hoc dicitur ad argumentum quòd maior est vera cæteris paribus: non autem vbi aliqua imparitas: sicut in proposito accidit: præponderans inuenitur. multo enim plura singularia entis præponderant paucioribus singularibus speciei: sicut plus trahunt mille homines non nimis fortes quàm decē fortes. Ad sextum dicitur: quòd maior simpliciter est falsa. Ad auctoritatem philosophi dicitur primo quòd text. Commentatoris est corruptus, debet enim legi confusa & non composita. Dicitur secundo vt saluemus commentatorē quòd cõpositum est notius suis componentibus: vt sic, non autem absolutè, vnde prius confusè cognosco hominem quàm partes eius diffinitiuas vt sic: absolutè tamen prius cognosco magis vniuersale. Ex his apparet veritas minoris auctoritate Auicen. approbatæ.

Tertiocõtra Gen. ca. 139.

Sextum.

Deinde reddit auditores attentos dicendorū difficultatē aperiens, tria proponendo, quid noīe essentiæ & entis significetur: & qūo in diuersis diuersimodè inueniatur: & qūo se habeant ad intētiones logicas. Horū enim difficultas non modica est vt diuersitas opinionum circa ipsa testatur, sunt enim maximè vniuersalia quæ sunt difficillima ad cognoscendum: vt dicitur primo Metaph.

Circa hāc particulam nota ꝙ sicut quid rei est quidditas rei: ita quid noīs est quidditas noīs, nomen aūt cum essentialiter sit nota earū, quæ sunt obiectiuę in anima passionū (ex primo Perihermenias) non habet aliam quidditatē nisi hanc ꝙ est signum alicuius rei intellectæ seu cogitatæ: signum aūt vt sic: relatiuum est ad signatum: vnde cognoscere quid noīs nihil est aliud q̄ cognoscere ad quid tale nomē habet relationē: vt signū ad signatum. Talis aūt cognitio potest acquiri per accidentalia illius signati, per communia, per essentialia, per nutus, & quibusuis alijs modis, sicut à Græco quærentibus nobis (quid nominis anthropos) si digito ostendatur homo iam percipimus quid nominis: & similiter de alijs. Interrogātibus verò quid rei oportet assignare id quod cõuenit rei significatę in primo modo perfectatis adæquatę. Et hæc est essentialis differentia inter quid nominis & quid rei. s. ꝙ quid nominis est relatio nominis ad signatum: quid rei verò est rei relatæ seu significatę essentia, & ex hac differentia sequuntur omnes aliæ quæ dici solent, puta ꝙ quid noīs sit non entium complexorum: per accidentalia: per communia: per extranea, quid rei verò est entium incomplexorum per propria & essentialia, relatio enim vocis potest terminari ad non entia in rerum natura & complexa: & declarari per accidentalia, & huiusmodi, essentia autem rei non per propria essentialia habetur de entibus incomplexis.

T. c. 27. Lect. 1.

In proœmio.

Capit. 1.

Quia verò ex compositis cognitionem simpliciū accipere debemus, & ex posterioribus deuenire in priora: vt à facilioribus incipientibus conuenientior fiat disciplina: ideo ex significatione entis ad significationem essentiæ procedendum est.

In hac tertia parte proœmij reddit auditores dociles ordinē dicendorū proponēs tali conclusione, ab ente ad essentiam procedendū est: quā probat duplici medio. Primo sic, ex compositis ad simplicia procedendū est: sed ens est velut compositum: & essentia velut simplex, ergo ab ente ad essentiam procedendum est. Secūdo sic: ex posterioribus in priora procedēdum est, sed ens est posterius essentia, ergo ab ente ad essentiam procedendum est. Maior vtriusq; rationis probatur: quia ex facilioribus est inchoandū, composita autem & posteriora sunt faciliora nobis simplicib⁹. Circa minorem primæ rationis nota ꝙ ens vt infra dicetur significat id quod habet esse, id autem quod habet esse comprehendit in se essentiam: essentia verò significat id quod importat diffinitio vt dicetur quæ non dicit esse vel non esse, ex primo posteriorū. ens ergo ita se habet ad essentiam: quòd complectitur in se vtrunq; essentiam scilicet & esse, essentia verò alterum tantū: & ideo ens appellatur compositum respectu essentiæ. Circa maiorem secundæ rationis scito quòd quādo dicimus ex posterioribus procedendum est, intelligitur ex posterioribus secundum naturam prioribus quo ad nos: innata enim est nobis via ex notioribus nobis in ignotiora naturæ, vt dicitur primo Physicorum text. Comment. 2. Minor secundæ rationis probatur ex eo quòd compositum est posterius componentibus: & ens (vt dictum est) compositum est respectu essentiæ,

cap. 1. in prin. c. 1. q. 2. in fi. Te. c. 25.

¶ Caput Primum.

Te.c.14. SCiendum est ꝙ sicut in 5. Metaph. philosophus dicit ens per se dicit dupliciter. Vno modo qđ diuidit̃ per. 10. genera. Alio modo ꝙ signãt propositionũ veritatẽ. Horum aũt dr̃ia est: qa secundo modo põt dici ens omne illud de quo affirmatiua ꝓpositio formari potest etiam si illud in re nihil ponat: per quẽ modum priuationes & negationes entia dicũtur, dicimus enim ꝙ affirmatio est opposita negationi: & ꝙ cęcitas est in oculo. Sed primo modo nõ potest dici aliquid quod sit ens: nisi quod in re aliquid ponat. Vnde primo modo cęcitas & hmõi non sunt entia. Nomen igitur essentiæ nõ sumitur ab ente secundo modo dicto (aliqua enim dicuntur hoc modo entia quæ essentiam nõ habent: vt patet in priuationibus) sed sumitur essentia ab ente prĩo modo dicto. Vn-
cõm.14. circa me. de Commen. in eodem loco dicit ens primo modo dictũ est qđ signãt subam rei.

HIc incipit tractatus diuisus in duas partes. In quarũ prima declarat̃ qd noĩe entis & essentiæ significet̃. In scđa verò quo essentia in diuersis diuersimodè inueniat̃. pars prima vnico absoluit̃ capitulo, pars scđa sex: & sic totũ integrãt tractatũ capitula septẽ. Quorũ primũ quod præmanibus habemus tres partes cõtinet, in prima declarat̃ qd noĩe entis significet̃, i secũda qd noĩe essentiæ, in tertia dr̃ia noĩm ipsius essentiæ designatur. Primũ tali diuisiõe declarat̃, ens per se dupliciter dr̃, vno modo vt diuidit̃ per decẽ gn̄a, alio modo vt signãt veritatẽ ꝓpositionũ: quẽadmodũ dicit Arist. 5. Metap. tex. cõ. 14. Dixit ens ꝑ se ad dr̃iam entis per accidẽs aggregati ex rebus diuersorũ generũ, vt homo albus de quo habes. 5. Metap. text. cõm. 13. Et innuit ꝙ tripliciter differũt ens primo modo & ens secũdo modo. Primo qa ens primo modo ꝑdicat̃ non nisi de rebus existẽtibus in decẽ generibus, ens aũt secundo modo ꝑdicat̃ de oĩ eo qđ põt esse subiectũ ꝓpositionis affirmatiuę. Secũdo differunt: quia ens primo modo est illud cõpositũ de quo supra diximus qđ aliqualiter cõplectit̃ in se essentiã & esse, ens aũt scđo modo nõ est hmõi: qm̃ aliqd est hoc mõ ens (puta negatio aut chimera) qđ nõ hẽt essentiã aliquã. Etex hoc seq̃t tertia dr̃ia ꝙ ab ente primo mõ tanq̃ cõposito notiori essentiæ nomẽ sumit̃, nõ aũt scđo mõ.

Circa primam dr̃iam aduerte primo ꝙ veritas propositionis quę est entis secũdo modo signãti, nihil aliud est q̃ cõpositio facta in scđa operatiõe intellectus obiecto cõformis. v.g. fortes est cęcus, ly est non significat inhęrentiã cęcitatis in forte: eo ꝙ cęcitas omni inhęrentia caret, cum inhęrere realiũ accidentiũ sit: sed significat cõpositionẽ facta ab ĩtellectu adęquãte seipm̃ ꝑ illã obiecto, forti. s. carente virtute visiua, vnde. 5. Metap. in alia li tera dr̃: ꝙ ens significans veritatẽ propositionis significat quoniam propositio est vera. Prima autem significatio entis quid sit, infra videbitur. t.cõ. 14. c.1.q.2. in fi. c.4. circa medium.

Aduerte secundo ꝙ licet nullo intellectu considerante fortes sit cæcus, & per considerationẽ intellectus non fiat magis vel minus cæcus: tñ cæcitas nullo intellectu considerante nullũ habet esse in forte, stant enim ista duo simul. Quod sic declaratur, fortem esse cæcum: vt sic, non est fortẽ habere aliquod esse substantiale, vt patet: nec accidẽtale: quia fortes sit cæcus sola absentia visiuę virtutis: quæ nihil supra fortẽ addit: vnde cæcitas nullũ esse oĩno ponit in forte: ac per hoc quod absque omni consideratione intellectus virtus visiua forti non inest: oportet fortẽ nullo intellectu considerante esse cæcum. Dubitatio aũt in hac re accidit, quia non rectè inspicitur quod esse cęcum nõ est esse aliquid: sed carere virtute visiua. Exemplum, nauis caret gubernatore nullo intellectu cõsiderãte, absentia tñ gubernãtis nullũ eẽ substãtiale: aut accidentale ponit in naue, vnde nauem esse sine gubernatore extra aĩa: nõ est esse aliqđ: sed nõ eẽ gubernatã. Acquirunt aũt esse & fiũt entia priuationes & negatiões, ex hoc qđ intellect⁹ intelligẽs priuatiões ꝑ habitus: & negatiões ꝑ affirmatiões format in seipso rei carẽtis aliquo mõ idolũ quod dã. V.g. cũ intellect⁹ format in se idolũ quoddã nauis gubernatore carẽtis: qđ est ista ꝓpositio mentalis. nauis est sine gubernatore: nõ ꝓsentia gubernatoris quæ extra aĩam nihil ponit in aĩa fit ens: per hoc quod intellectus fecit ipsam propositiõis terminũ aliquẽ. & cum hoc esse sit ĩ anima & nullum aliud esse habeat: cõsequẽs est quod negationes hmõi & priuationes non sint entia nisi in aĩa obiectiuè. & sic earũ esse nihil aliud est q̃ intelligi: quomodo tantũ omnia entia ratiõis habent esse.

Circa tertiã dr̃iã aduertẽdũ est qđ cũ noĩa sint signa cõceptuũ: scđm ordinẽ cõcipiendi est & ordo noĩandi: ꝓpterea sicut ab ente primo mõ tãq̃ à cõposito nobis notiori essentiæ notitia sumpsimus: sic essentiæ nomen ab ente originem habet.

ET quia (vt dictũ est) ens hoc modo dictum diuiditur per decẽ genera: oportet quod essentia significet aliquod cõe omnibus naturis per quas diuersa entia in diuersis gn̄ibus & speciebus collocãtur: sicut humanitas est essentia hoĩs: & sic de alijs.

IN hac secũda particula declarabit̃ quid noĩe essentiæ importetur, tali conclusione: essentia significat quoddam cõe omnibus naturis omnium entium. Cuius talem declarationẽ insinuat: sicut ens significat aliquod cõe omnibus existentibus: ita essentia (cum ab illo sumat̃) signãt aliquod cõmune oĩbus generibus & speciebus: & sicut ens significat id quod est in quolibet genere & qualibet specie: ita essentia oportet quod significet id quo aliquid est in quocũq; gn̄e & quauis specie: habent em̃ se ens & essentia vt quod & quo. cum aũt naturę rerum sint illę quibus res reponunt̃ in generibus & speciebꝰ: sequit̃ quod essentia signãt aliquod cõe oĩbus naturis rerum: vnde quẽadmodum ens prædicatur de hoĩe boue & similibꝰ quę sunt in gn̄ibus: ita essentia prædicat̃ de humanitate & bouinitate quibꝰ in generibus reponunt̃: per nomen ergo essentiæ intelligitur natura rei sicut per nomen entis id quod habet naturam illam.

Quæstio. II.

CIrca hanc particulã insurgit dubitatio valde difficilis: an ens & essentia significent immediate ipsa prędicamẽta seu naturas eorũ an media tẽ. In hac dubitatiõe tria agã. Primo declarabit̃ titulus qõnis: secũdo adducetur opinio Scoti & impugnabit̃: tertio ponet̃ opinio S. Tho. Pro primo scito quod significare mediatè in proposito est significare aliqd mediante aliquo superiori: sicut animal significat̃ species suas mediatè (mediante. s. natura sensibili) non enim animal significat hominẽ: nisi quia homo est substantia aĩata sensibilis. Significare immediatè est significare aliqd nõ per aliquã naturã seu realitatẽ superiorẽ, sed per seipsam primo: sicut animal significat gradũ sensitiuum seu realitatem sensitiuam immediatè: vt patet. Vertitur ergo in dubium hoc, an ens significet aliquẽ gradum seu aliquam realitatẽ abstrahibilem à naturis prædicamentalibus cõem eis sicut superius essentiale suis inferioribus & sic mediatè significet prædicamenta an immediatè significet ipas naturas ꝑdicamẽtales. hęc de primo.

Quo ad secundũ Sco. vt colligit̃ ex primo sent. dist. 3. q. 1. &. 3. & d. 8. q. 2. opinatur ꝙ ens significet
Sco. 1. d. 5. q. 1. & 3. dist. 8. quæst. 2. decẽ prædicamẽta mediatè: imaginat̃ em̃ ꝙ à quibuscũq; similibus sit abstrahibilis vna realitas obiectiua vtriusq; cõis & prior vtroq; & sic cum substantia & accidens habeãt similitudinẽ in ente abeis est abstrahibilis vna ratio obiectalis vtriq; cõis & prior tã substantia q̃ accidente quæ noĩe entis significatur. Quod vt melius intelligat̃ pono processum istarum abstractionũ diffusè. Cum enim sor. conueniat cum Platone in humanitate & nõ cum brunello: ab eis potest abstrahi humanitas cõis & prior eis: & inde cum homo cõueniat cum brunello in sensibilitate & non cum planta ab eis põt abstrahi animalitas cõis & prior eis: & inde cum animal conueniat cum planta in vegetabilitate: & non cum lapide: ab eis potest abstrahi vita cõis & prior eis: inde cum vinum conueniat cũ lapide in corporeitate & non cum intelligentijs ab eis põt abstrahi corporeitas cõis & prior eis: inde cum corpus conueniat intelligentijs in substãtialitate: & non cũ accidentibus: ab eis põt abstrahi substantialitas cõis & prior eis: inde cũ substantia cõueniat cum accidente in entitate reali & nõ cum entibus rõnibus: ab eis est abstrahibilis entitas cõis & prior eis: & cum hic realitas vltimo abstrahibilis sit illa quam significat ens immediatè: oportet quod prædicamentales realitates seu naturæ mediatæ sub entis significatione claudãtur. Ad hanc positionem confirmandam multa possent adduci media: quæ ne digrediamur ad analogiam entis & cõparationem transcendentium ad prædicamẽta: an. s. sint eorum prædicata qdditatiua vel nõ: omittem⁹ ꝑ nũc: qa infra spãles erũt de his qõnes. Contra hãc opinionẽ arguo duplicit̃. primo auctoritate Arist. 8. Meta. tex. cõm. 16. vbi soluens qõnem quare quidditas sit vna: dicit ca. 2. q. 3. c. 4. circa me. i quo dã dubio Te. c. 16. ꝙ in substantijs separatis non est quærenda alia causa: quia in eis non est nisi forma quę statim seipsa est ens & vnum. quemadmodũ ens statim se ipso est substantia & quantitas & cætera prædicamẽta, nõ expectãs aliud faciẽs ipm̃ naturas ꝑdicamentales. ex qua auctoritate arguitur sic. ens significat quãdã realitatem priorẽ prædicamentis: ergo expectat aliquid cõtrahens ipsum ad prædicamenta. consequentia nota. cõsequens aũt est cõtra Arist. ergo à destructiõe cõsequẽtis ad destructionem antecedentis ens nõ significat realitatẽ priorem prædicamentis. Secũdo arguitur auctoritate Cõmẽ. 10. Metaphy. cõmẽ. 18. dicentis quod Cõm. 18 hoc nomẽ ens vnũ signãt id quod signãt in prædicamento substãtiæ & quantitatis & qualitatis prima significatione sine medio & non mediãte aliqua communi: quid clarius? Ratione non arguo: quia oporteret egredi limites. hæc de secundo.

Quo ad tertium pono opinionem S. Thomæ ex duabus conclusionibus eliciendam. Quarum prima est ista. ens significat vnum cõceptum formalem communem in repræsentando substantiæ & accidenti Deo & creaturæ.

Secunda est ista. Ens significat vt conceptum obiectalem aliquod reale inuentum in omnibꝰ generibus: distinctum secundum rõnem à proprijs conceptibus obiectalibus omniũ generũ: nullum gradum supra naturas genericas specificas & indiuiduales exprimens. Pro intelligentia terminorum nota quod conceptus est duplex: formalis & obiectalis. Cõceptus (formalis) est idolũ quoddam quod intellectus possibilis format in seipso repræsentatiuum obiectaliter rei intellectæ: quod à Philosophis vocatur intentio seu conceptus: à Theologis verò verbum. Conceptus autem (obiectalis) est res per conceptum formalem repræsentata in illo terminans actum intelligendi. Verbi gratia conceptus (formalis) leonis, est imago illa quam intellectus possibilis format de quidditate leonina cum vult ipsam intelligere. Conceptus verò (obiectalis) eiusdem, est natura ipsa leonina repræsentata & intellecta. Nec putandum est cum dicitur nomẽ significare conceptũ quod significet alterũ tantũ: significat enim leonis nomen conceptum vtrunq; (licet diuersimodè). est nanq;

nanq; signum conceptus formalis vt medij : seu quo,& est signũ cõceptus obiectalis:vt vltimi,seu qđ. Vñidẽ est loqui de cõceptu entis & de signatione eius.Probo ergo conclusionẽ primã tali medio.omnia similia quacũq; similitudine etiã analoga seu imitatiua secundũ id in quo assimilãtur: possunt per eandem imaginem repræsentari:sed Deus & creaturæ substantia & accidens habẽt similitudinem inter se saltem analogam. ergo secũdum id in quo assimilantur possunt per eandem similitudinẽ repræsentari. Sed assimilãtur in esse. ergo eadem similitudine poterũt repræsentari in quantum habent esse:similitudo illa est cõceptus formalis entis.ergo &c.processus clarus est: & propositiones ab omnibus sunt cõcessæ: cum maior fuerit dilucidata : quam sic ex notioribus suademus. Vbicũq; inuenitur agens producere sui similitudinẽ in alio : si id aliud producat aliud simile sibi secundum id quo ipsum assimilatur primo: oportet tertiũ assimilari vtriq; ea ratione:qa quic quid est simile alicui in eo quod illud est alteri simile est simile vtriq; : sicut spẽs sor. in oculo meo producta ab imagine sor. in speculo est similitudo repræsentatiua vtriusq; & figuræ sor. in speculo à qua immediatè est causata:& figuræ sor.in se ipso à qua est mediatè causata. Sed ita est modo quod inter habentia analogam similitudinẽ Deũ & creaturam : substantiam & accidens:reperitur hmõi habitudo in ordine ad cõceptum formalẽ: igitur &c.Fit autem hoc sic manifestũ exemplari ter:sapientia diuina producit sapientiam humanam:quæ est quædam sui similitudo (imperfecta tamen)sapientia autem humana producit similitudinem sui in intellectu nostro:quæ nil aliud est q̃ sapientia in esse intentionali:sicut sapientia extra est sapientia in esse naturali. Cum autem similitudo ista sapientia intellectu repræsentet sapientiam humanam secundũ id quo illa assimilat sapientiæ diuinæ:quia repræsentat eã secundũ propriam rationem formalẽ, sequitur de necessitate q̃ hic vnica similitudo repræsentat vtranque,humanam.ſ.& diuinam : vtpote quæ similis est vtrique:licet ab humana sit immediatè exemplata: à diuina mediatè. Ex hoc exemplo in terminis specialibus: intuere ꝓpositũ nostrũ in terminis trãscendẽtibus qualis est ens. Cũ enim esse creaturæ assimileť esse diuino à quo exẽplatum est: & esse accidentale assimileť esse substantiali à quo emanat similitudo ꝓducta in intellectu ab esse substãtiali:siue accidẽtali inquantũ assimilanť erit oĩm representatiua imago,& cũ conceptus non requiratur ad intellectionẽ nisi vt obiectaliter repręsentet rem vnico cõceptũ intellectus in Deũ & creaturã in eo q̃ ens fereť, & similiter in substantiã & accidens. Nec oportet plures conceptus & multiplicare entia sine necessitate. Quod autẽ hic sint non solum secundũ mẽtem S.Tho.dicta : sed etiã secundum expressam sentẽtiam patet in.q. de di. potentia Dei.q.7.ar.5.in corpore. Vnde hanc rationem accepi:& in eadem.q.ar.6.vbi circa finem corporis.q. adducit exemplũ de speculo : & dicit expresse : quòd sic se habet conceptus noster ad Deum & creaturas sicut species rei visæ in speculo:ita q̃ Deus se habet vt res producens similitudinem suam in speculo:creatura vt species in speculo: cõceptus noster vt similitudo extracta à specie in speculo vtriusq; repręsentatiua. Vnde nullꝰ mentis compos potest hoc negare in eius via.

Potentia q.5. arti. 5.q.6.circa finẽ.

Cõclusio secũda habet tres partes. Quo ad primam declarať sic, cõceptus obiectalis entis est id quod repræsentať per eius conceptũ formalẽ: sed eius conceptus formalis repręsentatidin quo assimilanť oĩa entia realia:qđ oportet in eis esse,ergo cõceptus obiectalis entis est aliquid reale inuentũ in oĩbus: secũda propositio assumpta licet patere posit ex dictis, tñ declarať adhuc sicut cõceptus formalis aĩalis repræsentat fundamentũ similitudinis genericę:& conceptus formalis hominis repræsentat fundamentũ similitudinis specificę, & vniuersaliter quælibet imago cõis pluribus in repræsentando repræsentat fundamentũ similitudinis inter illa plura:vt patet in exẽplo supra posito de specie in oculo causata à specie sor.in speculo:qm̃ illa repręsentat nõ similitudinẽ inter spẽm in speculo & sor. cũ sit relatio : sed fundamẽtũ illius similitudinis : puta qualitates & lineamenta quæ sunt in vtroque,sic conceptus entis formalis repræsentat fundamẽtũ analogicæ similitudinis in esse inter oĩa entia realia existentis : qđ in oĩbꝰ esse absq; opere intellectus ex eo patet, vnde q̃ similia sunt extra aĩam: cũ hoc fundamentũ repræsentatũ sit conceptus obiectalis entis,vt dictũ est, patet cõceptũ obiectalẽ entis esse aliquid reale inuentũ in oĩbus:quod erat in prima parte conclusionis positũ. Secũda pars conclusionis sequit ex ista,si em̃ cõceptus obiectalis entis inuenit in omnibus:& nullus cõceptus obiectalis proprius substantiæ aut accidẽtis inuenit in oĩbus, cõsequens est q̃ nõ oĩno sint idẽ: & q̃ saltẽ ratiõe distinguať conceptus entis à proprijs oĩm conceptibus obiectalibus:quod erat secunda pars cõclusionis. Tertia pars eiusdẽ sic declaratur, si cõceptus obiectalis entis esset aliquis gradus supra gradus specificos & genericos:tũc cõsideratis præcise gradibus specificis & genericis cum eorũ præcise passionibus nõ esset in eis vt sic, inuenire passiones entis, hoc est falsum,ergo à destructionibus consequentis &c.cõsequentia declaratur: quia em̃ animal dicit alium gradum ab homine,ideo homini secundum differentialem conceptum præcise non insunt passiones animalis, vt ostendit falsitas istius reduplicatiuæ, homo inquantum rationalis est bipes, circunloquendo per hy bipes passionem animalis propriam , & similiter si ens dicit alium gradum à substantia , sequitur quòd considerata præcise ratione constitutiua substantiæ: substantia non est vna nec vera nec bona &c. quæ nominant passiones entis &c. Falsitas consequentis probatur

probatur sic,homo inquantum rationalis præcise est vnum quid vnitate: quæ est passio entis,homo inquantum rationalis dicit alium gradum ab ente(secundũ te contra quem arguo)ergo passio entis cõuenit alijs gradibus ab ente præcise: vt sic acceptis:qđ est oppositũ consequẽtis:prima propositio assumpta habeť ex Sco. in secundo sen.d. 3.q.1.tenente vnitatẽ mediam minorẽ vnitate numerali & maiorẽ generica esse passionẽ entis,& se qui naturã specificã rõne vltimæ driæ. Manifesta quoq; fit sic pro nunc eadẽ propositio,homo inquantũ rõnalis est indiuisibilis formaliter. suppo sito q̃ rationale sit vltima dria,ergo homo inquã tũ rõnalis est vnus formaliter, vnitas em̃ nil aliud est q̃ indiuisio. Sed de hoc(cum de vnitate naturę agetur)amplior erit sermo. Nunc aũt sufficiat q̃ in gradibus specificis præcise acceptis & similiter genericis : est inuenire passiones entis: quod erat probandũ, & consequenter quod ens non signat distinctũ gradum à naturis specificis & genericis: quod erat tertia pars conclusionis.

2.d.3.q. 2.in.c.q. circa medium.

infra ca. 4.qõ.6.

Sed tunc ex quo res signãta ꝑ hoc nomen ens est aliquid inuentum in oĩbus : & non est gradus distinctus contra specificos & genericos: declarãdum supereſt qd sit. Quod sic declarať,gradꝰ quicunq; genericus vel specificus,vel drialis,vel indiuidualis hẽt ĩ se:vñ multis modis cõcipi posit : & secundũ q̃ quilibet gradꝰ est habens esse: noĩe entis importať,& ad cõceptũ obiectalẽ entis ptinet, secundũ verò q̃ absolutè talis vel talis gradus cõsiderať noĩe proprio significať : & cõceptus obiectalis illius est.v.g.humanitas ex sua propria perfectiõe formali:qua distinguit cõtra reliquas vniuersi perfectiones, habet q̃ per cõceptum formalẽ humanitatis repræsenteť & cognoscať & significeť humanitatis noĩe,humanitas,vt sic etiam habet q̃ sibi debeať : seu conueniat esse quidditatiuum:& actualis existentiæ:& sic repræsentať conceptu formali entis tanq̃ pars sui obiectalis cõceptus & entis noĩe significať.Similiter animal hæc duo in se habet,& sic de alijs. Vnde conceptus obiectalis entis sunt naturæ genericæ & specificæ vt habentes esse,sic enim fundant analogam similitudinem,de qua loqmur, & propterea ens & passiones eius in quolibet gradu præcise accepto saluantur,quilibet enim gradus vt sic habet in se vñ fit,& indiuisus sit & conformabilis intellectui & appetitui &c.quod à ponentibus ens abstrahibile à gradibus specificis & genericis saluari nõ põt. Quod autem hæc sint secundũ doctrinã S. Tho. diligenter intuentem eius doctrinam censorẽ constituo. Infra tamen cum de analogia entis agetur hoc ostendemus:pro nunc satisfaciant hæc dicta, præsertim q̃ tam prima q̃ secunda pars cõclusionis ex præcedente conclusione sequitur: quã constat esse S.Tho. Tertia autẽ pars ab oĩbus thomistis asseritur vnanimiter. Sic ergo patet qualiter ab omnibus entibus vtpote similibus abstrahibilis est conceptus entis:non modo scotistico,& patet qualiter sit verum quod hic S.Tho.dicit: scilicet, essentia significat aliquid cõmune omnibus naturis omnium generum & specierum, non em̃ intendit q̃ essentia significet aliquam naturã cõmunem omnibus naturis:sed q̃ significet omnes naturas vt assimilantur in hoc q̃ entia sunt,quælibet enim naturæ vt sunt(quibus res sunt)essentiæ rationem habent:sicut quælibet res habẽt rationem entis vt sunt habentes esse seu quæ sunt.

c.2.q.32

E T quia illud per quod res cõstituitur in proprio genere vel specie, est quod significamus per diffinitionem indicantem quid est res. Inde est quòd nomẽ essentiæ à philosophis in nomen quidditatis mutatur, & hoc est quod philosophus in septimo Metaphysicę frequenter noĩat, quod quid erat esse idest hoc per quod aliq̃d habet esse quid. Dicitur etiam forma secundum quod per formam significatur perfectio,vel certitudo vniuscuiusq; rei,sicut dicit Auicenna in secũdo Metaphysicæ suæ. Hoc etiam alio nomine natura dicitur accipiendo naturam secũdum primum modum illorum quatuor modorũ, quos Boetius de duabus naturis assignat secundum scilicet, quod natura dicit esse illud quod quocunq; modo intellectu capi põt, non enim res intelligibilis est nisi per suã diffinitionem & essentiam,& sic etiã dicit philosophus ĩ quinto Metaphysicę,quod omnis substantia est natura. Nomen autẽ naturæ hoc modo sumptæ videtur significare essentiam rei secundum quod habet ordinem,vel ordinationem ad propriã operationem rei,cum nulla res propria destituatur operatione. Qualitatis verò nomẽ sumitur ex hoc quod per diffinitionem significatur.Sed essentia dicitur secũdum quòd per eam & in ea res habet esse.

Te.cõ.1. Te.c.20. Capit. 2. post medium. Te.cõ.5.

I N hac tertia parte huius capituli declaraturus qũo differãt noĩa essentię inter se:enumerat quinque eiꝰ nomina, primo scilicet essentia:quidditas quod quid erat esse:forma & natura,quorum ratio & differentia satis clarè ac manifesto sermone in litera traditur,adeo vt addere non sit opus.

Nota tamen circa id quod de Boetio affertur quod Boetius in libro de duabus naturis & vna persona Christi, naturam quadrupliciter accipi dicit: primo omne intelligibile : secundo omnis substãtia. tertiò principium intrinsecum motus. quartò specifica essentia seu differentia. quos modos (si Boetium non habes) vide si placet in secundo

Parũ post principiũ,

2.dis.37. q.1.ar.1. secũdo sent.S.Tho.d.37.q.1.ar.1.primo modo accipit hic naturam S. Tho. quoniam sic cõmunis est essentijs substantialibus & accidentalibus genericis & specificis &c. ¶ Caput secundum.

Capit. 2. SED quia ens absolutè & primo dicitur de substantijs, & posterius, & secundum quid de accidentibus, inde est quòd essentia propriè & verè est in substãtijs, sed in accidẽtibus est quodãmodo & secũdũ q̃d &c.

EXpedito primo propositorũ exequẽs in hac secũda parte tractat⁹ qũo essentia in diuersis diuersimodè iueniat: q̃d scdo loco ꝓpositũ erat. Primo declarat qũo essentia inueniat in substantijs cõpositis in tribus capitulis: secũdo in substãtijs separatis duobus capitulis: tertio in accidẽtib⁹ vnico capitulo. Circa substãtias cõpositas tria declarant in illis tribus capitulis. In primo quid sit essentia substantiarũ cõpositarũ. In scdo qũo differant inter se essentię substantiarũ compositarũ. In tertio qũo se habeant ad intentiões logicas. Incipiens aũt exequi in hoc cap. qũo essentia in diuersis diuersimodè inueniat. Primo hoc declarat in cõi oẽs essentias vniuersi adinuicẽ comparãdo duabus cõparatiõib⁹: secũdo quid sit essentia substantiarũ compositarũ tribus conclusionibus negatiuis & quarta affirmatiua: tertio mouet dubitationẽ quandã circa conclusionẽ affirmatiuã & soluit eam. Facit primo cõparationẽ prima inter essentias substantiarũ & accidentium tali conclusione. Substantia verè & propriè habet essentiã, accidens aũt secundũ quid: quam sic probat: vnũ quodq; sicut est ens, ita habet essentiã: sed substãtia est ens simpliciter: accidens verò est ens secundũ quid: ergo substãtia habet essentiã simpliciter: accidens aũt secundũ quid: maior ex dictis in precedenti capitulo patet: minor licet habeat⁹. Metaph. in principio tñ sic probat⁹ in litera: illud est ens simpliciter de quo ens absolutè & primo prædicatur: & illud est ens secundũ quid de quo ens posterius: & secundũ quid dicitur: sed de substantia ens dicitur absolutè & primò: de accidẽte autẽ posterius & secundum quid: ergo substantia est ens simpliciter accidens verò secundum quid.

Te.cõ.2.

Quæstio. III.

CIrca hanc particulã dubitatur an ens per pri⁹ dicatur de substantia & posterius de accidente: an vniuocè de vtroq;. In hac quæstione quinq; agenda sunt. Primo declarabitur titulus: secundo ponetur opinio Sco. tertio arguetur contra illam: quarto ponetur opinio S. Tho. quinto respondebitur argumentis in oppositum. Quo ad primũ sciendum est: ꝙ aliquid dupliciter cõtingit de aliquibus prædicari per prius & posterius. Vno modo secundum esse illius prædicati. Alio modo secundum propriam rationem eiusdem. Illud dicitur prædicari analogicè (secũdum esse) quod perfectius habet esse in vno q̃ in alio: & sic omne genus prædicatur per prius & posterius de suis speciebus: eo ꝙ perfecti⁹ esse necessariò habet in vna specie q̃ in alia. vnde Cõmen. 12. Metaphy. cõm. 2. dicit & prioritas & posterioritas specierũ non impedit vnitatem generis: & hoc modo non quærimus hic: per se enim notum est oĩbus ꝙ ens perfectiori modo est in substantia q̃ in accidentib⁹: & hoc modo prædicatur per prius & posteri⁹. Illud verò dicit⁹ prædicari analogicè: seu per prius & ꝙ posterius secundũ rõnem propriã: quod de vno prædicatur sine respectu ad aliud: de altero verò non nisi in respectu ad aliud. v.g. sanum prædicat⁹ de animali sine respectu ad dietam, medicinã, & vrinam: de istis verò prædicatur non nisi in respectu ad animal: dicitur em̃ animal sanum absq; additione aliqua: vrina verò non dicitur sana: nisi qa est signum sanitatis existentis in animali: & dieta similiter non est sana: nisi quia est cõseruatiua sanitatis: & sic de alijs. Cum em̃ diffinies sanum prędicatum de animali non pones in eius diffinitiõe respectũ ad aliquid horum. Cum aũt diffinies sanum prædicatũ de vrina in diffinitione eius ponetur respectus ad sanitatem animalis cum ipsa animalis sanitate: & similiter in diffinitione dietæ & medicinæ in eo ꝙ sanę sunt: dices enim (vt iam dictum) ꝙ vrina est sana: in eo ꝙ signum est sanitatis: dieta in eo ꝙ cõseruatiua: & medicina in eo ꝙ causa est illius: & hoc modo vertit⁹ hic in dubiũ an ens prædicet⁹ analogicè: ita ꝙ absolutè prędicetur de substantia: de accidentibus verò non nisi relatiuè ad substantiã: quod idem est: ꝙ quærere vtrum substantia in eo ꝙ ens non includat accidens: accidens verò in eo ꝙ ens includat substantiã: & in hoc pendet tota quæstio inter nos & Scotũ: quoniam accidens in eo ꝙ accidens includere substãtiam ab omnibus conceditur: sed non accidens in eo quòd ens. hæc de primo.

Cõmẽ.2.

Quo ad secundum Scotus primo sent. dist. 3. q. 1. & 3. 8. q. 2. ponit hanc conclusionẽ: ens est vniuocum substãtiæ & accidẽti Deo & creaturæ: & probat eam sic: omnis intellectus certus de vno cõceptu, & dubius de diuersis, habet conceptũ de quo est certus, alium à conceptu de quo est dubius: intellectus quisq; põt esse certus de Deo seu de propria passione: ꝙ sit ens, dubitando an sit ens finitum vel infinitũ: siue an sit substantia vel accidẽs: ergo conceptus entis est alius à conceptibus istis, & ita neutrum est ex se: sed in vtroq; illorũ includitur: igitur vniuocus: prima propositio patet ex terminis: minorem verò experientia docet.

Scot. ĩdi. 3.q.1. & 2.ibidem di.8.q.2. Primarõ.

Secundò sic: ens non est vniuocum: ergo Deus non est à nobis naturaliter cognoscibilis aliquo conceptu simplici: hoc est falsum: ergo à destructione consequentis &c. consequentia probatur: nullus cõceptus est producibilis in intellectu nostro qui non contineatur essentialiter vel virtualiter in obiecto relucente in phantasmate: sed cõceptus non vniuocus Deo & obiecto relucente in phan-

Secunda

phantasmate est non contentus tam essentialiter q̃ virtualiter in obiecto relucente in phãtasmate. ergo nullus conceptus est producibilis in intellectu nrõ: nisi sit vniuocus obiecto relucenti in phãtasmate. hoc aũt est creatura: ergo omnis conceptus simplex quem habemus de Deo est vniuocus creaturæ: & consequenter cõceptus entis. maior patet. minor declaratur: quia obiectum creatum continet essentialiter cõceptum increatum: vt de se notum est: nec virtualiter: quia prius non includitur virtualiter in posteriori: sed è cõuerso.

Tertia. Tertiò sic. omnis inquisitio Metaphysicalis de Deo procedit considerando rationem formalem alicuius: & auferendo ab ea imperfectiõnẽ quam habet in creaturis: & reseruando illam rationem formalem: & attribuendo sibi omnino summam perfectionem: & sic ponendo illam in Deo. ergo oĩs inquisitio de Deo supponit intellectũ habere cõceptũ eundẽ vniuocũ quẽ accipit ex creaturis.

Quarta. Quartò sic. ens non est vniuocum substãtiæ & accidenti: ergo substantia non est à nobis naturaliter cognoscibilis. hoc est falsum: ergo &c. tenet consequentia: eo quod cùm substantia nõ immutet immediatè intellectum nostrum ad aliquã intellectionem sui: sed tantum accidens sensibile: sequitur quod nullum conceptum quidditatiuum habere poterimus de ea nisi aliquis talis possit abstrahi à conceptu accidentis: sed nullus talis quid ditatiuus abstrahibilis est à conceptu accidẽtis: nisi ens vniuocum accidenti & substantiæ. Hoc aũt quod in ista ratione assumit. s. quod substãtia nõ immutet intellectum nostrum ad aliquam sui intellectionem, probatur sic: quicquid sua præsentia immutat intellectum: absentia illius potest naturaliter cognosci ab intellectu quando non immutat⁹ (sicut apparet ex secundo de anima) quod visus est tenebræ cognoscitiuus quando lux non est præsens: eo quod tunc visus non immutat⁹: igitur si intellectus naturaliter immutatur à substantia immediatè ad actum circa ipsam: sequeretur quod quando substantia non esset prẽsens posset naturaliter cognosci non esse præsens: & ita naturaliter cognosci posset in hostia consecrata non esse substantiã panis: quod est manifestè falsum.

T.cõ.71.

Quinta. Te.cõ.4. Quintò: arguitur auctoritatibus secundo Metaphy. tex. cõmen. 4. Probans Aristotelis causam entitatis & veritatis: maximè entia & vera assumit hanc propositionem: vnumquodq; maximè ipsum aliorum dicitur: secundũ quod alijs inest vniuocatio. ens ergo vniuocum dicitur apud Aristotelem de causa entitatis. s. Deo & alijs: aliter processus Aristotelis null⁹ esset. Arguit enim sic. causa vniuoca entitatis & veritatis est maximè ens: & verè Deus est huiusmodi. ergo. Auicenna quoq;. 1. Metaphy. cap. 2. dicit, substãtia & quantitas nõ habent intentionem communem nisi entis cuius quædam sunt quasi species: & quædam quasi accidentia propria. Et cap. 5. facit argumentũ quod adductum est de cõceptu certo: & dubijs. Omnes

Auic. 1. circa me. Capit. 5.

inquit imaginãtur certitudinem entis. dubitãt autem vtrum sit agens vel patiens. Algazel in Metaphysica sua tractatu primo habet, quod quidã homines putauerunt quod ens non prædicat aliũ conceptum à suis inferioribus dicẽtes ꝙ esse accidentis nihil aliud sit q̃ esse substantiæ. Multa alia argumenta adducuntur ad hoc: sed quia (vt patebit) non probant vniuocationem sed alietatem cõceptus entis omitto: & etiã quia ex dicẽdis: cuilibet ingenioso patebit rñsio ad oĩa. hæc de scdo.

Algazel.

Quo ad tertiũ arguo primo sic, nullũ vniuocatum in ratione sui vniuoci habet aliquid plus q̃ reliquũ vniuocatum: substãtia & accidẽs sunt vniuocata per te in ente. ergo accidẽs nõ habet aliqd plus in ratione sui vniuoci. s. entis q̃ substantia: discursus bonus: conclusio verò est falsa: ergo altera præmissarũ, nõ maior: quia illa habeb⁹ ex antepræ dicamentis: ergo minor quæ est cõclusio aduersæ partis. Falsitas conclusionis habeb⁹. 7. Meta. textibus & cõmentis secũdo & tertio. vbi dicit ꝙ in rõne accidẽtis inquantum ens ponit⁹ substãtia, vnde Cõmen. dicit in cõmento. 3. ꝙ sedens & stans non dicunt⁹ esse entia siue substãtia: patet aũt ꝙ in diffinitione substãtiæ: inquantũ ens non ponit⁹ accidens nec substantia: eo ꝙ abstrahit apud eos ab illis. Patet secundò falsitas illius cõclusionis ex dictis Antonij Trõbetæ qui in hac quæstione fatet⁹ in diffinitione accidẽtis inquantũ ens cadere substantiã. Vnde etsi ratio possit à Scoto secũdũ apparẽtiã solui glossando Aristotelẽ (glossa destruẽ te textum) nullo tñ pacto põt ab Antonio Trombeta solui: eo ꝙ ab ipsa veritate coactus concessit in quolibet suo falsitatem cõclusiõis, quã Scotus negaret. Secundo arguit⁹ sic: ens est vniuocũ prædicatũ in qd de pluribus differẽtib⁹ specie: in nulla dria quidditatiuè inclusum, ergo est genus. tenet cõsequẽtia ex diffinitiõe gñis, & conditiõe apposita à Scoto in. 1. sen. d. 3. q. 3. vltimã em̃ particulam assumptã exigi dicit ad gen⁹ & bñ, & secũdũ Aristo. 4. Topi. Antecedẽs quo ad primã partẽ & secũdã Scoti ibidẽ est. Quo ad tertiã autẽ probatur sic. Si ens esset inclusum in aliqua dria nõ vltima: sequeret⁹ ꝙ addẽdo differentiã nõ vltimã generis esset nugatio: hoc est falsum, ergo &c. tenet consequẽtia: qa bis ens poneret⁹ eodẽ modo: semel rõne gñis: & semel ratione dr̃ię. v.g. si ens includit⁹ quid ditatiuè in ratione aĩalis & rationalis: dicẽdo animal rationale erit nugatio, cũ em̃ prima pars rationis animalis sit ens, erit ratio propria animalis ens. A.B.C. Similiter cũ prima pars rationis rationalis sit ens: erit ratio rationalis ens. D.E.F. & sic dicẽdo animal rationale dices ens. A.B.C. ens. D.E.F. & consequenter pones ens bis: & expresse nugationem committes. Nec est opus impugnare rẽsponsionem Scoti: vbi supra ad hoc argumentum, quia non est ad propositum, ait enim quòd sicut dicimus animal album absque nugatione, eo ꝙ ens clausum in ratione albedinis denominat accidẽtaliter ens clausum in ratione animalis:

Secunda diffinitio ne. Te.cõ.2. Te.cõ.3. Cõmẽ.3.

Vide ad hoc prositũ cõmen. huj⁹ docto. 2. Poste. c. 6 circa me. & videas consequẽtiã Arist. 1.d.3.q.3 cap.3.

1.di.3.q. 3. in solutione qnti. contra vniuocationẽ entis.

malis:ita in proposito dicimus animal rationale: eo ꝙ ens clausum in rationali denominat essentialiter ens clausum in animali absq; nugatione.

Hoc enim non est ad propositum: aliud enim est loqui de ente in sua ratione communi:in qua indistinctè vniuocātur supradicta:& aliud est loqui de ente particulariter accepto: licet em̄ palliari possit ꝙ ens particulatum ad album & rationale denominet ens particulatum ad animal:nō tamen potest intelligi quod prima pars rationis alibi formaliter sumpti denominet primam partem rationis animalis. Ea enim est ens eodē modo sumptum: cum vniuocū̄ sit : remanet ergo ꝙ nugatio est dicere apud Scot. animal rationale: imo animal aliud eodē modo arguēdo : vt prius vtendo loco nominum eorum rationibus quidditatiuis. Quod si aliquis vim faciendo in verbis Scoti, fortè dixerit ens nō claudi in rationali quidditatiuè & albo:sed in rationalitate & albedine: tunc interim sequitur principale intentum nostrum:ꝙ scilicet ens in nulla differentia includatur quidditatiuè:quia rationalitas non est differētia sed differentiæ principium secundum veram Auicennæ doctrinā:differentia enim prędicatur de specie, rationalitas autē nō:quare &c. Tertio arguitur sic.Ens est vniuocū̄ substātiæ & accidentis: ergo in ratione substātiæ expresse cadit ens: ergo in diffinitione hominis explicitè cadit ens: hoc est incōueniens & cōtra Aristotelē & viā cōmunē: ergo &c. Prima cōsequētia probatur:ex eo quod omne superius vniuocū̄ explicitè cadit in rōne sui essentialis inferioris: sicut animal cadit explicitè in rōne hominis. Secūda cōsequētia probatur ex auctoritate Aristotelis posita in secūdo libro Topicorum:illa.s. quādo aliquid ponitur in diffinitione alicuius loco illius: si ponatur eius ratio,clarior erit intellectus:cū ergo substantia ponatur in diffinitione hominis : & loco substātiæ liceat ponere eius relationē: in qua explicitè cadit ens : vt clarior sit diffinitio: sequitur ꝙ ens debeat poni in diffinitione hoīs explicitè: vt clarior reddatur.Nec prohibet hoc cōmuniſi mus ambitus ipsius entis:aut carētia differentiarū. Sicut nec ex his ꝓhibetur ens tanꝙ prædicatum vniuocum & quidditatiuum cadere in ratione substantiæ.Et confirmatur hoc per Scotū, qui in primo sententiarum distinctio.3. ponit ens esse primum cognitum cognitione distincta:eo ꝙ ens cadat in conceptu quidditatiuo omnium tanꝙ primum prædicatum quidditatiuum. hæc de tertio.

QVO ad quartum principale prænoto differentiam inter vniuocum & æquiuocum purū & analogum. Vniuocata sunt quorū nomen est cōmune:& ratio secundum illud nomē est eadā simpliciter . Pura æquiuocata sunt quorū nomen est commune:& ratio secundum illud nomē est diuersa simpliciter. Analogata sunt quorū nomē est commune:& ratio secundū illud nomē est aliquo modo eadē: & aliquo modo diuersa seu secundū quid eadē:& secundū quid diuersa. Verbi gratia: animal & medicina sunt analogata sub sano : vnde habēt illud nomē cōmune:vtrunq; enim illorū dicimus sanum:diffinitio aūt eorū inquantum sana sunt,est aliquo mō eadem:& aliquo mō diuersa:animal enim inquantū sanum est habēs sanitatē:medicina inquātū sana est causa sanitatis: sunt enim eædem aliquo mō istæ diffinitiones:quia in omnibus includitur sanitas:& sunt diuersę aliquo modo:quia diuersis modis sanitatē respiciunt: vnde analogū est mediū inter purum ęquiuocum & vniuocū̄: sicut inter idem simpliciter & diuersum simpliciter cadit mediū idem secundū quid & diuersum secundū quid & sicut mediū sapit naturā vtriusq; extremi: dicit em̄ quodāmodo plures rationes & quodāmodo vnā:propter quod inuenit quādoq; apud illustres philosophos : ꝙ analogū dicit plures rationes:& quādoq; ꝙ dicit vnā rationem. Nota secundò ꝙ duplicia sunt analogata. Quædā secundū determinatā habitudinem vnius ad alterū. Quædā secūdū proportionalitatē. Exēplum:substātia & accidens sunt analogata primo mō sub ente . Deus autē & creatura secundo mō: infinita em̄ est distantia inter Deū & creaturam. Differunt aūt hæc plurimū:qm̄ analogata primo mō ita se habent ꝙ posterius secundū nomē analogū diffinitur per suū prius:puta accidēs inquātum ens per substantiā. Analogata verò secundo mō non:creatura enim inquantū ens non diffinitur per Deū:vnde analogata primo modo habēt nomē cōmune:& rationē secundū illud nomē secundū quid eandē & secundū quid diuersam: per hoc analogū illud simpliciter, id est sine additiōe aliqua de primo dicitur : de alijs verò non:nisi diuersimode respiciendo primū quod cadit in eorū rationibus:sicut in exemplo de sano manifestum est. Analogata verò secundo modo habent nomē cōmune & rationem secundū illud nomen aliquo modo eandem & aliquo mō diuersam : non propter hoc ꝙ illud simpliciter dicat de primo & de alijs relatiuè ad primū : sed habent rationē eādem secundū quid propter idētitatē proportionis quæ in eis inuenitur:& secūdū quid diuersam: propter diuersitatem naturarum suppositarū illis proportionibus.Exemplū: forma & materia substantialis & forma & materia accidentium sunt analogata quędā sub nominibus formæ & materiæ:habēt enim nomē commune : puta formā & materiā & rationē secundum nomen formæ siue materiæ eādem & diuersam hoc modo: quia forma substantialis ita se habet ad substantiam: sicut forma accidentalis ad accidens: similiter materia substantiæ ita se habet ad substantiam:sicut materia accidentis ad accidens:vtrobique enim saluatur identitas proportionum cum diuersitate naturarum & vnitate nominis : hunc modum analogiæ exprimit Commentator.12.Metaphy.commento.28. & clarius cum Aristot. primo Ethic.cap.7.

QVIBVS sic Prælibatis, pono duas conclusiones.

1.d.3.q.2.

Cō.28.et 5.metap. cō.12.circa mediū Cap.7.

ee.cō.12. circa mediū cap. 7. siones.Prima est:ens analogicè vtroq; modo analogię dicitur de substātia & accidēte. Secūda cōclusio:ens dicitur de Deo & creatura secūdo modo tantū.Prima cōclusio probari potest rationibus factis cōtra Scotū & maximè prima.Autoritatibus aūt Aristo.4.meta.tex.cō.3.& Cōmētatoris ibidē:expresse em̄ ibi dicitur,ꝙ ens nō est vnū sed ad vnū.12.quoq; metaph.tex.cō.28. expresse dicit, ꝙ principia prædicamētorū nō sunt aliquo mō eadē:nisi scdm ꝓportionē.Super qua auctoritate pōt argui sic: illa nō sunt vniuoca quæ nullā idētitatē habēt nisi ꝓportionis:sed principia propria substātiæ & accidētiū sunt hmōi : ergo &c. minor expresse est in litera Aristo. maior est nota ex terminis:si em̄ nullā aliam identitatē habēt nisi ꝓportionis:oportet ꝙ careāt vnitate vniuoca. Et hęc autoritas est notāda cōtra Scotistas:qa si cōcedāt ens hīe entitatē analogā, dicunt cum hoc ꝙ habet etiā identitatē vniuocā:cuius oppositū Aristo.dicit: solā idētitatē proportionis inter principia prędicamētorū ponēs. Secūda cōclusio nō aliter pro nūc probetur ꝙ auctoritate.S.Tho. in quæstionibus de veritate.q.2.arti.2.vbi examinā squomodo scientia sit analoga scientiæ diuinæ & scientiæ creatæ:expresse fatetur: ꝙ secūdo mō sit analoga & nō primo modo. Vñ cū ens dicitur de Deo & creatura:hoc modo dicit ꝓportionabiliter qui exprimit ꝙ sicut Deus se hēt ad suū esse: ita creatura ad suū(sed de his aliàs cū ex ꝓposito tractabit, diffusius loquemur) mō sufficiant hæc pauca dixisse: ex quibus innotescere pōt ꝙ cōceptus entis formalis est vnus inęqualiter repręsentās esse substātię & accidētis Dei & creaturæ:& ꝙ cōceptus obiectalis nō habet nisi vnitatē ꝓportionis determinatę ex idētitate termini vel vnitate ꝓportionabilitatis & idētitate ꝓportionū. Ex quibus elici pōt ꝙ cū talis vnitas apud Aristo. 4. metaphy.text. com.2. sufficiāt ad obiectū scientiæ:ens nō oportet poni vniuocū̄ ad hoc ꝙ passiones habeat:& cōtradictionē fundet:& reliqua hmōi habeant sibi conuenientia.hæc de quarto:

De veritate.q.2. arti.2.In tracta.de analogia

T.c.3.

T.c.28.

T.c.2. T.c.6. Circa medium.

Quo ad Quintū respōdetur ordinatè ad argumēta.Et ad primū dicitur, ꝙ argumētū illud si aliquid ꝓbat: alietatē cōceptus nō vniuocationem ꝓbat:sicut ipsemet Scotus dicit:& ideo gratis cōcedimus illud sicut etiā Auicen.qui tenet ens nō esse prædicatū quidditatiuū:concedit ens dicere aliū cōceptū:nō tamē vniuocū & quidditatiuū. Ad secundum negatur cōsequētia. Ad cuius probationē dico:ꝙ aliquod cōtinere virtualiter aliud potest intelligi dupliciter. Vno modo sicut causa in virtute sua cōtinet effectū. Alio modo sicut effectus continet virtutem causę participādo illā sic:hoc stāte minor est falsa,etem̄ effectus qlibet virtualiter cōtinet secūdo modo Deū. Nec oportet ꝙ cōtinens isto modo sit prius : imo necessariò est posterius. Quod si mihi dixeris ꝙ hoc est abuti vocabulis: quia apud omnes continere virtualiter nō attribuitur nisi causæ. Dico ꝙ si fiat visin verbo falsa est maior : eo ꝙ datur triplex modus continēdi:s.essentialiter virtualr & participatiuè: sicut effectus cōtinet in se cām . Ad tertiū: cōcesso toto antecedente negatur consequētia : sufficit em̄ analogia illius rationis formalis. Ad quartū,negatur consequentia. Ad probationē dicitur ꝙ falsum supponit:scilicet ꝙ substātia non immutet intellectū per propriā spēm. Vnde ad eius probationē dico, ꝙ quantitas & accidētia in eucharistia agunt & patiuntur totū quod ageret & pateretur substantia si esset:sicut em̄ acceperūt modū essendi substātiæ.s.absq; subiecto; ita etiā agere & pati eius:& ideo ex multis hostijs sensatis gnātur in intellectu species intelligibilis substātiæ panis:& eius quidditatiua cognitio : sicut & ad nutritionē agūt ac si esset ibi panis:non em̄ minus ex illis accidētibus nutrimur ꝙ ex alijs hostijs nō cōsecratis:sicut non minus ex cōsecratis generantur vermes & cineres ꝙ ex nō consecratis. Vnde ad argumentū dico: ꝙ panis absens immutat,quoniā non est omnino absens:remanet enim ibi accidens suum quod est vice panis: quare nō est simile de visu respectu tenebrę. Nec est cōtra nos auctoritas Arist.quoniā hæc omnia habent locum vbi est simpliciter absentia obiecti quam hic non concedimus quo ad operationes.Ad quintū dico:ꝙ quia medium cōparatum vni extremorū:vt oppositum induit alterū extremū,vt dicitur quinto physic.tex. cōmen. 6. ideo analogum comparatū æquiuoco: quod diuersas rationes simpliciter sonat : vniuocum appellatū est ab Aristo.ibi:& merito: eo ꝙ vtebat analogo secundum id quod habet de vnitate: oportet em̄ ad verificādam illam maximam:ꝙ causa & effectus non in sola voce conueniant : sed in ratione aliqua formali eadem aliquo modo in illis: vnde textus ille non est contra nos.Ad Aui.& Algazelē:dico ꝙ nihil contra nos dicunt: quia alietatem non vniuocationem conceptus entis insinuant.

Ad primū.1.di. 3.q.3. Ad secundum.

Ad tertiū

Ad quartum.

Ad quintum. T.c.6.

Ad vltimum.

Substantiarum verò quædam sunt simplices & quædam compositæ, & in vtrisque est essentia, sed in simplicibus veriori & nobiliori modo secundum etiam ꝙ habent esse nobilius:sunt etiam causa eorum quæ composita sunt, ad minus substantia prima, & simplex, quæ Deus est.

Hic ponitur secunda comparatio qua substantias inter se comparat tali conclusione.Substantiæ simpiices nobiliori & veriori modo habent essentiam quàm compositę : quam probat dupliciter. Primò sic : quorum esse est nobilius, eorum essentia est nobilior: substantiarum simplicium esse est nobilius ꝙ compositarū:ergo essentia substantiarū simpliciū est nobilior. Secundò sit:causa (supple) effectiua nō vniuoca habet nobiliorē essentiā suo effectu: substātia simplex saltē prima est huiusmodi causa cōpositarū: ergo

substãtia simplex est perfectioris essentiæ quàm composita.

4. di. 21. q. 2. ar. 1. ad primũ

Ad euidentiã huius partis nota, ꝙ vt habes à S. Tho. 4. sent. dist. 11. quæst. 2. art. 1. ad primũ: simplicitas nec perfectionẽ simpliciter nec imperfectionẽ sonat: res em̃ ex eo ꝙ simplex non habet perfectionẽ maiorẽ: sed ex eo ꝙ taliter simplex: id est simplicitatẽ substistentẽ habet. Vnde materia prima est simplicissima: & formæ accidẽtales sunt simplices: & tamẽ nõ sunt perfectiores substantijs cõpositis. Et ideo cũ dicimus substantias simplices esse perfectiores compositis: intelligas non de quibuscunq; simplicibus substantijs: sed de simplicibus substistentibus in sua simplicitate: quales sunt substantiæ separatæ omnes.

Scot. 1. dist. 8. q. 1. ad primũ quod lib. q. 5. diffinitio perfectionis simpliciter.

Propterea Caueto hic opinionẽ Scoti in primo sent. dist. 8. quæst. 1. dicẽtis simplicitatem esse perfectionẽ simpliciter. Vt autẽ veritatẽ tutari: ac falsum impugnare scias: notato ꝙd sit perfectio simpliciter. Perfectio simpliciter (apud Anselmũ monologion. 15.) est quę in vnoquoq; melior est ipsa q̃ nõ ipsa. Glossa sic. (In vnoquoq; in quãtũ est indiuiduũ entis: id est, hoc ens nõ in quãtũ est indiuiduũ huius vel illius naturę: puta, hic hõ: aut hic angelus (melior est &c.) quia cõparatiuũ includit suũ positiuũ: ideo melior est: id est bonitatẽ seu perfectionẽ meliorẽ ponit (q̃ nõ ipsa) id est q̃ qd̃libet sibi incõpossibile: ita ꝙ (ly nõ ipsa) nõ teneatur cõtradictoriè: sed incõpossibiliter. Vnde perfectio simpliciter exigit duas cõditiones: primò ꝙ dicat perfectionẽ: secũdò ꝙ illa perfectio in indiuiduo entis sit melior q̃ qd̃libet sibi in eo incõpossibile. Propter defectũ em̃ primæ cõditionis tã relatio q̃ negatio à perfectionibus simpliciter excluditur. Propter verò defectũ secũdæ ratiocinari: ridere: latrare: & hmõi perfectiones simpliciter nõ sunt: quia ista etsi sint meliora in indiuiduo huius vel illius naturæ: nõ tñ entis. Diximus ꝙ (ly, nõ ipsa) tenet̃ incõpossibiliter & nõ cõtradictoriè: quia aliter omne positiuũ esset perfectio simpliciter: quia in indiuiduo entis melius est positiuum quodlibet quolibet cõtradictorio formaliter sumpto. Nec superficietenus considerès primã cõditionẽ: qm̃ propter defectũ eius simplicitas nõ dicit perfectionẽ simpliciter. Simplicitas em̃ nihil aliud est q̃ negatio cõpositionis: vnde nõ est perfectio: sed negatio imperfectionis. Propterea & deficit talis modus arguẽdi. In indiuiduo entis quodlibet incõpossibile simplicitati dicit imperfectionẽ: ergo ipsa simplicitas est melior in vnoquoq; q̃ nõ ipsa: & cõsequẽter perfectio simpliciter. Oportet em̃ addere in antecedẽte: & ipsa dicit perfectionẽ. qd̃ falsum est: quia negatiuũ prædicatũ est. Potes autẽ cõtra Scoti positionẽ arguere sic. Nulla perfectio simpliciter saluatur in relatione: vt relatio est: simplicitas autẽ saluatur in relatione: vt relatio est (ad) siquidem est simplicissimũ: nullã em̃ cõpositionẽ includit (& vniuersaliter secundũ Scotũ omnis differẽtia vltima relationis) ergo &c. maior patet: ex eo ꝙ relatio vt relatio: nec perfectionem nec imperfectionem sonat apud nos & Scotum.

Contra Scotum.

Præterea: quod diuiditur per quãtum & non quantũ non est perfectio simpliciter: patet ista: quia implicat ꝙ aliquid sit nõ quãtũ & perfectio simpliciter. Sed simplicitas diuiditur per quantũ & non quantum: ergo &c. patet minor: quia diuiditur in simplicitatem relatiuam & absolutam: simplicitas autem relatiua est non quanta. si dicatur ista, ꝙ relatio formaliter sumpta non est simplex: sed simplicitas prædicatur de ea denominatiuè. Hoc non euadit argumenta: quia simplicitas relatiua est passio relationis secundũ hoc aut modus intrinsecus. Impossibile est aũt ꝙ alterũ horũ sit perfectius eo cuius est: vt arguatur sic. Nulla passio ẽ maioris entitatis subiecto suo: simplicitas denominãs relationẽ est eius passio sicut vniuersaliter passio superioris est passio inferioris: licet nõ primo, ergo simplicitas relationẽ denominãs nõ est maioris entitatis relatione: sed relatio nõ est quãta: ergo simplicitas relatiua nõ est q̃ta: ergo nec ꝑfectio simp̃r. Stat ergo assumptũ verũ. s. ꝙ simplicitas diuidit̃ per quãtũ & nõ quãtum. Similiter arguere potes: si dicãt ꝙ simplicitas sit modus: quod tñ minus consonũ veritati videtur. Substantiæ ergo immateriales (non ratione simplicitatis sunt oerfectiores essentijs substãtiarum compositarum) sed ratione simplicitatis substistentis: & adunantis in se tantam perfectionem: ita indiuise, qua gaudent,

Sed quia illarum substantiarum essentię sunt nobis magis occultę: ideo ab essentijs compositorum incipiendum est: vt à facilioribus cõuenientior fiat disciplina. In substantiis igitur compositis forma & materia notę sunt: vt in homine aĩa & corpus. Non autem potest dici, ꝙ alterum eorum tñ essentia dicatur essentia. Quod enim materia sola non sit essentia, planum est: quia res per suã essentiã cognoscibilis est: & in specie ordinatur vel in gñe: materia autẽ nõ est cognitionis principiũ: nec secũdum causam aliquid ad speciem vel ad genus determinatur, sed secundum id solum quo in actu aliquid est.

In hac secũda parte capituli qd̃ sit essentia in substãtijs cõpositis declaraturus: qa à notioribus inchoãdũ est: cõclusionẽ hãc negatiuã ponit materia sola nõ est essentia substãtiæ cõpositæ: q̃ duplici rõne probat. Prima est talis. Illud quod est essentia substãtiæ cõpositæ est principiũ cognoscẽdi illã: sed materia sola nõ est principiũ cognoscẽdi illã: ergo materia sola nõ est essentiæ substãtiæ compositæ: maior patet ex eo, ꝙ vnũquodq; per suam

per suã essentiã cognoscit̃ quidditatiuè: vnde oẽs aliæ cognitiones oriunt̃: minor habet̃ ex. 9. meta. com. 20. vbi dr̃ ꝙ principiũ cognoscẽdi est actus

T. c. 20.

& nõ potẽtia. Secũda rõ est: essentia substãtiæ cõpositæ est id quo res ponitur in gñe & spẽ: sed materia sola nõ est id quo res ponit̃ in gñe & spẽ: ergo materia sola nõ est essentia substãtiæ cõpositæ. Maior est euidẽs inducẽdo in singulis: Sor. n. per suã naturã in spẽ humana collocat̃, sic̃ in gñe aĩalis: & sic de alijs. Minor probatur: qa id quo aliquid in specie reponitur: oportet ꝙ actuale sit: eo ꝙ est principium distinguẽdi ipsum ab alijs speciebus: & collocandi ipsum in tali gradu vniuersi: materia autem sola actualitatem nõ includit.

Cõmẽtator. 7. meta. c. 21. & cõ. 34.

Neq; etiã forma tm̃ substãtiæ cõpositæ essentia dici põt: quãuis quidã hoc asserere conẽtur: ex his em̃ quæ dicta sunt patet ꝙ essentia est id quod per diffinitionẽ rei significatur, diffinitio aũt substantiarũ naturaliũ non tm̃ formã sed & materiã continet, aliter enim diffinitiones naturales & mathematicæ non differrent. Nec etiã potest dici ꝙ materia in diffinitione substantiæ naturalis ponatur, sicut additũ essentiæ eius, vel ens extra illam naturã, vel essentiam eius, quia hic modus proprius est accidentibus, quæ essentiam perfectè nõ habẽt: vnde oportet ꝙ in diffinẽ suã subam vel subiectũ recipiant: quod est extra genus eorum, patet ergo quòd essentia comprehendit materiam & formam.

Hic ponitur secunda conclusio negatiua talis essentia substantiæ cõpositæ non est sola forma quã vnica ratiõe probat sic. Illud est essentia substãtiæ cõpositæ. quod per eius diffinitionẽ significatur: sed sola forma per eius diffinitionẽ non significatur: ergo sola forma non est essentia substantiæ compositæ. Maior est de se nota: minor probatur: quia diffinitiones naturales per hoc differũt à mathematicis: quia istę significant solã formã: id est formam absq; materia sensibili: naturales verò significãt formã & materiã sensibilem. Sed ad hãc rationẽ potest dici: ꝙ cum significari per diffinitionẽ contingat dupliciter. Vno mõ: vt pars rei diffinitæ. Alio mõ: vt subiectũ rei diffinitę: seu vt deferens rem diffinitã: per diffinitionem naturalẽ significatur sola forma vt res diffinita: & ideo quidditas est sola forma: materia autẽ significatur vt quidditatẽ deferens. Contra hanc resp̃ôsionem subiungitur in litera talis rõ. Illud quod est propriũ accidentibus ex perfectione suę essentiæ non cõuenit specificis substãtijs: sed recipere in diffinitione aliquid extra essentiã suam est propriũ accidentibus ex imperfectione suæ essentiæ: ergo hoc nõ cõuenit substantijs specificis: maior patet ex terminis: quod em̃ est propriũ alicui ex sua imperfectione non cõuenit alteri habẽti ꝑfectionẽ oppositã illi imperfectioni. Minor habet̃ ex septimo meta. tex. cõ. 14. 15. & 16.

t. cõ. 14. t. cõ. 15. t. cõ. 16.

CIRCA maiorẽ nota, quod licet formę partis, puta animæ cõueniãt etiã diffiniri per aliquid extra essentiam eius: ac per hoc istud videat̃ esse non propriũ accidẽtibus, sed cõmune eius & formis partiũ: in rei tñ veritate propriũ est accidentiũ: eo ꝙ diffinitio nõ est nisi rerũ existẽtiũ in recta linea prædicamẽtali habentiũ spẽm cõpletã: cũ diffinitio cõponatur ex gñe & dr̃ia: sola autẽ accidẽtia inter entia & spẽ cõpleta sunt per additamentum diffinibilia: & ideo propriũ accidentibus dixit esse tali modo diffiniri: vnde & anima diffinitur per aliud extra essentiam suã: pro quã to participat de accidentis natura esse in alio.

Nõ etiã põt dici qd̃ essentia significet relationẽ quæ est inter materiã & formã, vel aliquid super additũ illis, quia hoc de necessitate esset accidẽs extraneũ à re, nec per eã res cognosceretur: quæ oĩa essentiæ cõueniũt: per formã em̃ quæ est actus materiæ, materia efficitur ens actu & hoc aliq̃d vnde illud super aduenit nõ dat esse actu simpliciter materiæ, sed esse actu tale, sicut accidẽtia faciũt, vt albedo facit actu albũ, vnde quãdo talis forma acquiritur, nõ dicitur gñari simpliciter, sed secũdũ quid.

Hic ponitur tertia cõclusio negatiua: essentia substãtiæ cõpositæ nõ est aliqua relatio inter materiã & formã: aut aliq̃d additũ cõposito ex materia & forma: q̃ probat ex duabus rõnibus. Primò sic: oĩs relatio media inter materiã & formã: sit̃ oẽ additũ cõposito ex materia & forma est accidẽs extraneũ substãtię: nulla essentia substãtię cõpositæ est accidẽs extraneũ: ergo minor est de se nota: maior verò probatur: oẽ adueniẽs enti simp̃r faciẽs formaliter ens tale est accidẽs extraneę naturæ à substãtia: oĩs relatio media inter materiã & formã: & oẽ additũ cõposito aduenit̃ enti simpliciter, & faciũt ens tale, ergo oĩa hmõi sunt accidẽtia extraneę naturę à subã composita. Hius ꝓsylł minor declarat̃, primo ex eo ꝙ forma substãtialis adueniẽs materiæ facit esse simpliciter & hoc aliq̃d, vt dicitur secundo de aĩa, tex. cõ. 2. Declarat̃ secũdo ex eo ꝙ gñatio terminata ad formã substãtialẽ est generatio simpliciter, terminata verò ad formã accidentalẽ est generatio secundũ quid, vt dicitur. 5. Physic. t. c. 7. cum enim materia Sor. acquirit formã substantialẽ: tunc sine additione dicitur. Sor. fieri: acquisita autẽ forma substãtiali: cũ magnitudinẽ acquirit: non dicitur Sor. fieri simpliciter & sine additione: sed fieri magnus. Secunda ratio est ista: nullũ additum vt relatio illa media: aut vt quõlibet sequẽs cõpositum

situm ex materia & forma est proprium principium à priori perfectæ notitiæ substantiæ compositæ: essentia substantiæ cõpositæ est propriũ principiũ à priori cõpletæ notitiæ eius, ergo &c.

Relinquitur ergo ꝙ nomẽ essentiæ in substãtijs compositis significat illud quod est ex materia & forma cõpositũ, & huic positioni sonat verbũ Boetij, in cõmento prædicamẽtorũ, vbi dicit, ꝙ οὐσία significat cõpositũ. οὐσία emꝫ apud grecos idẽ est qđ essentia apud nos, vt ipsemet ī libro de duabus naturis fatet. Aui. aũt dicit, ꝙ quidditas substãtiarũ cõpositarũ est ipsa cõpositio formæ & materiæ. Cõmẽtator aũt dicit super. 7. metaphysi. natura quã habent spẽs in rebus gñabilibus est aliqđ mediũ. i. cõpositũ ex materia & forma: huic etiã ratio cõcordat, quia esse substãtiæ cõpositæ nõ est tm̃ formæ nec tm̃ materiæ, sed ipsi⁹ cõpositi, essentia aũt est scđm quã res dicitur esse. Vnde oportet vt essentia qua res denominatur ens, nõ tm̃ sit forma nec tm̃ materia, sed vtrũq; : quãuis hmõi esse, siue essentiæ sola forma suo modo sit causa. Sicut emꝫ in alijs videmus, quæ ex pluribus principijs cõstituũtur, ꝙ res non denominãtur ex altero illorũ principiorũ tm̃, sed ab eo ꝙ vtrũq; complectitur, vt patet in saporibus, quia ex actione calidi digerentis humidũ causatur dulcedo, & quanuis hoc modo calor sit causa dulcedinis, nõ tamen denominatur corpus dulce à calore, sed à sapore, qui calidũ & humidũ cõpletitur.

Boetius in libro de duab⁹ naturis & vna persona christi. 5. metaphysi. capit. 4. Cõ. 27.

Hic ponitur quarta cõclusio affirmatiua. Essentia in substantijs cõpositis significat cõpositũ ex materia & forma: quã per locũ à diuisione cõcludit ex auctoritate Boetij: Auicẽnæ: & Cõmentatoris. 7. meta. cõ. 27. & rõne tali ꝓbat. Id quo tã quã principio cõpleto denominãte, substãtia cõposita est ens: est cõpositũ: sed essentia ipsius substãtiæ cõpositæ est id quo tãquã principio cõpleto denominãte substãtiæ cõpositæ est ens, ergo essentia ipsius substantiæ cõpositæ est cõposita, minor de se est clara: dicitur emꝫ & est sor. ens ꝓpter suã essentiã quã habet: maior verò declaratur sic: quãdocũq; aliqua res ex pluribus principijs constituitur, nõ est talis ex altero eorũ vt cõpleto principio: sed ex cõplectẽte vtrũq; : sed substãtia cõposita est ens ex pluribus principijs cõstitutũ. ſ. materia & forma: ergo nõ ex altero tãquã cõpleto principio : sed cõplectẽte vtrũq; est & dicitur ens. sed id qđ cõplectitur vtrũq; est cõpositum: ergo id quo substantia composita tanquã cõpleto principio: denominante esse: oportet esse compositum quod erat probãdũ: maior huius prosyllogismi exemplariter in saporibus declaratur in litera tanquã ex notioribus: & declaratio est manifesta per se: quod autem dicitur ꝙ sola forma & causa essendi infra patebit.

Quæstio. IIII.

CIrca prædicta dubitatur an materia sit pars quidditatis naturalis. In hac dubitatione triã faciam: primo ponam opinionem Commẽtoris: secundo ponam opinionem S. Tho. tertiò respondebitur argumentis oppositis.

Quo ad primũ Cõmẽtator. 7. metaphy. com. 21. & 32. opinatur materiam non esse partẽ quidditatis naturalis: sed cadere in diffinitione rei naturalis: vt deferens illam quidditatẽ: adducit autẽ in. 34. commen. ad hoc rationem talem. Essentia rei est substantia declarãs rem quidditatiuè: materia non est substãtia declarans quidditatẽ rei: ergo materia non pertinet ad essentiã rei minor colligitur ex primo physicorũ: tex. com. 69. vbi dicitur ꝙ materia secundũ se est ignota: & per cõsequens alterius declaratiua nõ est. Ex cõmento vero. 21. potest elici talis ratio ad hoc. Si quidditas hominis esset homo compositus ex materia & forma: tunc quidditas hominis haberet quidditatem. & sic quidditatis esset quidditas: quod est falsum: tenet consequẽtia: quia quęcũq; sunt idẽ quicquid habet vnũ habet reliquũ: si ergo quidditas hominis & homo compositus sunt idẽ: cum homo cõpositus habeat quidditatẽ: sequitur ꝙ quidditas hominis habeat quidditatẽ. Hanc eandem positionem videtur docere Aristote. 7. metaphysicæ: text. commenti. 34. expresse dicens materiam non esse partẽ quidditatis: & secundo Physicorum: text. commen. 28. partes diffinitionis in genere causæ formalis collocãs. Vnde & 10. metaphysicæ: text. cõment. 25. dicit quòd mas & fœmina non variãt speciem: quia sunt differentiæ materiales. Idem etiam persuaderi potest ex consequẽtibus materiam: materia enim est causa corruptionis distinctionis suppositi à natura sensibilitatis & similium quorum opposita conueniũt quidditatibus: sunt enim essentię rerum ingenerabiles: incorruptibiles: insensibiles: & huiusmodi. Hæc de primo.

T. c. 69. Cõ. 21. Te. c. 37. T. c. 28. 5. meta. text. c. 2. T. c. 25.

Quo ad secundum S. Tho. 7. metaphy. supra text. commen. 33. & prima parte quæst. 75. articulo quarto. & hic tenet materiam esse partẽ quidditatis substantiæ naturalis: probat hanc conclusionẽ tribus rationibus: quarum duæ in litera positæ sunt. Tertia vero est ista. Quicquid de essentia omnium indiuiduorum cõtentorum sub specie, vniuersaliter conceptum est de essentia speciei: ista est vera pro tãto: quia aliter essentia specifica non prædicaret essentialiter totam essentiam indiuidui: sed materia est de essentia omniũ indiuiduorum naturalium: ergo materia vniuersaliter accepta est de essentia speciei: & sic nõ cadit in specie: vt deferens ipsam: sed vt pars essentialis. Ad primam rationem in litera factã dicũt aduersarij: ꝙ proprium est accidentibus diffiniri per additamentum alterius generis: & hoc nõ cõuenit substantijs: sed diffiniuntur substantiæ per additum sui generis; materia enim est in eo genere in quo est quidditas delata. Contra: ergo nulla est differentia inter diffinitionẽ formę partis: & diffinitionem formæ totius: nisi fortè secũdum modum significãdi: cum vtraq; per additũ sui generis diffiniatur: & sic eadem erit diffinitio animæ & viui. & tũc sicut nullum genus prędicamenti substantiæ ponitur in diffinitione animæ: ita nullum ponetur in diffinitione viui: & sic de alijs, quod est manifestè falsum. Confirmatur S. Tho. positio adhuc tripliciter. Primò sic. In oĩ obiecto quidditatiuè sumpto: cui cõuenit aliqua passio adæquata: oportet inueniri intrinsecè causam illius passionis: sed corpus cõtrarietati subiectum quidditatiuè sumptum est subiectum cui conuenit corruptibilitas per modũ passionis adæquatæ: ergo in corpore contratietati subiecto quidditatiuè sumpto oportet intrinsecè inuenire causam corruptibilitatis: & talis causa non est nisi materia: ergo &c. maior est de se nota: quia passio fluit ab intrinsecis principijs quidditatis: aliter non cõueniret ei secũdũ ꝙ ipsa. Minor ex eo manifestatur: ꝙ corruptibilitas primo concluditur de corpore cõtrarietati subiecto. Quod aũt causa corruptibilitatis sit materia: clarũ est apud Cõmen. maximè. Secũdo sic: id qđ est pars humanę naturę est pars qdditatis humanę quia natura & qdditas sunt idẽ: sed materia est pars naturę humanę: ergo &c. probat minor: ex eo ꝙ materia ẽ natura secũdo physi. tex. cõ. 21. Et si nõ est pars oportet ꝙ in Sor. sint duæ naturæ non partiales: quia non sunt partes alicuius naturę: quod est impossibile. Tertiò declaratur hanc fuisse mentem Aristo. primo ex octauo metaphy. tex. com. 15. & 16. vbi assignat causam quare diffinitio cõpositorum est vna: quia ex actu & potentia natum est fieri vnũ. Quidditates autem simplices seipsis (inquit) habẽt vnitatem statim: eo ꝙ formę tantum sint: ex quibus habetur: ꝙ si essentia substantiæ cõpositæ esset sola forma nõ oporteret Arist. assignare causam propter quid sit vna: forma enim seipsa est vna: sed quia est cõposita: ideo dixit ꝙ vnitatẽ habet: ex eo ꝙ altera pars est actus: altera potentia. Similiter. 9. meta. textu vltimorũ cõmẽtorum dicit: ꝙ in quidditatibus cõpositorum accidit error: non aũt in quidditatibus simplicium propter multitudinẽ partium: ex quibus sunt cõpositæ illæ quidditates: vnde ex earum cõpositione error accidere potest: qui in simplicibus: cum careant partibus, locum non habet: ex quibus apparet ipsum opinari essentia cõpositi esse cõpositã & non simplicẽ: & ꝙ quidditas substãtiæ materialis differt à quidditate separata: ex eo ꝙ ista est essentialiter simplex: illa verò est essentialiter composita hoc de secundo.

1. Phy. c. 79. fi. 9. meta. cõ. 17. T. c. 7. T. c. 21. T. c. 15. T. c. 16. T. c. 22.

Quo ad tertiũ dicẽdũ est ad rationes in oppositũ: ad quarũ primã negatur minor: licet. n. materia secundũ se, id est solitariè sumpta sit ignota: adiũcta tn̄ & substrata tali formę specificæ siue gñicæ declaratiua est alterius. Ad secundũ negat consequẽtia: ad cuius probationẽ dr̄: ꝙ maior illa pọ̃t intelligi dupliciter. Vno modo sic: quæcũq; sunt idẽ realiter: quicquid realiter coniunctũ est vni: est & realiter cõiunctũ alteri: & sic cõceditur: sed nõ est cõtra nos. Alio mõ sic: quęcũq; sunt idẽ realiter, quicquid prędicatur de vno prædicatur de altero: & hoc mõ est falsa. Aliquid emꝫ cõuenit vni vt distincto secundũ rationẽ ab altero: quod nõ cõuenit alteri: sicut in proposito: habere quidditatẽ cõuenit hominiꝫ vt distinctio à sua quidditate secundũ rationẽ distinguitur. n. ab illa: vt habẽs ab habito: & quia sic oportet distingui illam maiorẽ in proposito: ideo argumentũ nõ procedit. Ad id quod additur ex Aristo. dr̄ ꝙ septimo metaphysicæ nõ remouet materiã à quidditate: sed materiã particularẽ & eas partes, quę per accidẽs se habẽt ad spẽi intellectũ: vt manus & pedes verbi gratia ab hoĩs rõne & has carnes & hæc ossa. Quod aũt partes diffinitiõis in gñę causę formalis collocẽtur nõ est cõtra id quod dicim⁹. Me minisse. n. oportet ꝙ oẽ superius se hẽt, vt forma le respectu inferioris, vt ibidẽ, ab Arist. habẽt. Ma sculꝰ quoq; & fœia & si nõ differãt spẽ in gñe aĩalis sicut albũ & nigrũ. Differũt tn̄ spẽ in gñe sex⁹ cuius dr̄iæ ad genus aĩalis per accidẽs se habẽt: & ex parte materiæ: & ꝓpterea in illo gñe nõ causant diuersitatẽ specificã. Ad vltimã confirmationẽ de passionibus materiæ dr̄: ꝙ illa sequũtur materiã particulariter existentẽ: & nõ sequũtur materiã abstractã à singularibus quę est pars quidditatis specificę: & ideo nõ oportet illa inesse quidditati: nec oportet materiam remoueri à quidditate ꝓp hoc ꝙ illorũ opposita quidditati insunt.

Ad primũ. Ad secũm. 2. Physi. T. c. 28. Ad vltimum.

Sed quia indiuiduationis principiũ est materia ex hoc fortè videretur sequi quòd essentia quæ materiam complectitur in se simul & formam, sit tantum particularis & non vniuersalis: ex quo sequeretur vniuersalia diffinitionem non habere: si essentia est id, quod per diffinitionem significatur.

In hac tertia parte huius capituli obijcit contra quartam conclusionem sic. Id quod comprehendit in se materiam intrinsecè est particulare: essentia substantiæ compositæ comprehẽdit in se materiam intrinsecè: ergo essentia substantię est particularis: ergo non datur essentia substantiæ compositæ vniuersalis: quod est falsum. Et vlterius sequitur ꝙ vniuersalia naturalia non sunt

diffinibilia: quia rerum naturaliũ non nisi essentiæ sunt diffinibiles: eo q̃ diffinitio significat essentiã rei: essentiæ autẽ naturaliũ: vt deductum est: particulares sunt: maior probatur sic. Quod habet in se actu intrinsecè principiũ indiuiduationis est particulare: habẽs intrinsecè materiam habet in se principiũ indiuiduationis: quia materia est principium indiuiduationis: ergo &c.

Et ideo sciendum est, quod materia nõ quomodolibet accepta est principium indiuiduationis: sed solum materia signata. Et dico materiam signatam: quę sub certis dimensionibus consideratur: hæc autem materia in diffinitione hominis: inquantum homo ponitur: sed poneretur in diffinitione Socratis: si Socrates diffinitionem haberet: in diffinitione autẽ hominis ponitur materia non signata: nõ enim in diffinitione hominis ponitur hoc os & hæc caro: sed os & caro absolutè: quæ sunt materia hominis non signata.

Hic respõdet obiectioni destruẽdo maiorẽ cũ sua probatione dicẽs: qđ materia dupliciter accipitur: signata. s. & nõ signata. Signata est principium indiuiduationis: nõ signata ponitur pars essentiæ specificæ: signata poneretur in diffinitione Socratis si diffiniretur: nõ signata ponitur in diffinitione vniuersaliũ. vnde & patet vniuersalia diffiniri: & tamen materiã includere: sed non signatam quæ particularitatis est principium.

Circa hãc partẽ dubitatur, an materia sit principiũ indiuiduationis. In hac quæstione sunt sex agẽda. Primò declarabitur titulus. Secũdò ponetur opinio Scoti. Tertiò impugnabitur. Quartò ponetur opinio. S. Tho. Quintò arguetur cõtra illã. Sextò respõdebitur argumẽtis in oppositũ.

Quo ad primũ nota: quod cũ de principio indiuiduationis agitur cũ indiuiduũ duo dicat. s. indistinctũ à se & distinctũ ab alijs: nihil aliud quæritur nisi per quid primo natura specifica reddatur incõmunicabilis: ita quod repugnet sibi cõmunicari pluribus: vt superius inferioribus communicatur atq; per quid hoc indiuiduũ primo distinguitur realiter ab alijs eiusdẽ speciei. Duo ergo quærũtur cõcurrentia ad indiuiduationẽ. s. quo (primo) natura specifica reddatur incõmunicabilis: & quo (primo) realiter distinguatur ab alijs eiusdẽ speciei. Et aduertas bene singulas partes tituli: quas declarauimus. quoniã aliquos in hac parte errare inuenio. Agitur em̃ hic de incõmunicabilitate quæ opponitur cõmunicationi reali, & nõ de incõmunicabilitate quæ opponitur cõmunicationi formæ. hanc em̃ nullus dubitat primo cõuenire materiæ. Et similiter agitur hic de distinctione reali indiuiduorũ sub eadem specie: quæ non est nisi inter entia realia: & non de distinctione qua Sor. viuus & Plato mortuus distinguuntur. Aduertendo semper quod non loquimur nunc nisi de indiuiduatione substantiarum materialium: hæc de primo.

Quo ad secundũ. Scotus secundo. sen. di. tertia q. sexta, opinatur q̃ natura specifica indiuiduatur per quoddam positiuũ per se cõtrahens illã & faciẽs vnũ cum illa: ita q̃ illud positiuũ: nec est materia nec forma: nec compositum: sed est modus omniũ seu vltima realitas materiæ: formæ & cõpositi: eadẽ illis realiter: & sic apud eũ de principio indiuiduationis ponitur talis cõclusio. Principium indiuiduationis nõ est materia: nec forma nec quãtitas: sed proprietas indiuidualis. s. haecceitas. Huius cõclusionis probationes (quo ad tres primas partes nũc omitto: postmodum quã tũ ad propositũ spectat adducẽdas.) Pro quarta arguitur sic, Vnitas sequitur entitatẽ proportionabiliter loquẽdo, eodẽ em̃ modo res est ens & vna igitur vnitas simpliciter vltima. s. numeralis seu indiuidualis sequitur entitatẽ indiuidualẽ, sed clarũ est q̃ entitas illa indiuidualis nõ est aliqđ eorum quę sunt actu in specie: nec aliquod accidens: cum omnia accidentia sunt post, ergo est proprietas indiuidualis: indiuiduorum. s. constitutiua: vt arguatur sic. Illud ad quod primo sequitur vnitas numeralis est principiũ indiuiduationis, proprietas illa seu haecceitas est id ad q̃d primo sequitur vnitas numeralis, ergo haecceitas est principium indiuiduationis. Maior patet: quia vnitas proportionabiliter sequitur ens. Minor probatur: quia vnitas numeralis non sequit quidditatem, vt patet: nec ad aliquod accidẽs cũ precedat totũ genus accidentiũ. Secundo sic, oĩs differentia differentium reducitur ad aliqua primo diuersa: alioquin nõ esset status in differentibus: sed in diuidua propriè differunt: ergo eorũ differẽtia reducitur ad aliqua primo diuersa: hęc non sunt naturæ ipsorum, nec priuationes: nec accidentia aliqua, ergo sunt haecceitates. Probatio huius vltimi assumpti quo ad tertiam partem quia si differentia indiuiduorum reducitur ad aliquod accidens: maximè reducitur ad quantitatem: sed hoc non: quod sic patet, quæratur enim per quid hæc quantitas & illa quantitas differãt: non seipsis, sic enim specificè distinguerentur: ergo aliquo alio: puta sitibus. Sed hoc non potest esse: quia aut distinguuntur situ qui est speciale prædicamentum: & hoc non: quia ille est posterior quantitate: aut situ: qui est differentia quantitatis, & hoc nõ: quia quæratur per quid illi situs distinguuntur: aut seipsis: & hoc non potest dici quia se ipsis non sunt hi: aut aliquo alio: & sic in infinitum. Et propterea cum situs qui est differẽtia quantitatis integretur ex cõtinuatione & permanentia partium idem est dicere: hæc quãtitas differt ab illa propter alium situm, & q̃ hęc quãtitas differt ab illa quantitate se ipsa.

Tertiò sic, id quod se toto primo constituit aliquod

quod singulare in sua entitate singulari: & vnitate cõsequente talem entitatem esse toto primo repugnat diuidi diuisionẽ opposita illa vnitati: & cõsequẽter est principiũ indiuiduationis; sed sola proprietas indiuidualis seu haecceitas est huiusmodi, ergo &c. maior patet ex terminis, minor eodẽ mõ probatur: vt supra: hæc de secundo.

Prima. Quo ad tertiũ arguitur cõtra opinionẽ Scot. q̃ dupliciter. Primò sic, oĩs actus singularis præexigit potentiã singularẽ quam actuat: sed haecceitas est actus singularis, ergo præexigit potentiã singularem quam actuat: sed illa potentia est natura seu in natura ipsius indiuidui, ergo natura indiuidui est singularis ante aduentũ haecceitatis, & sic haecceitas non est principiũ indiuiduationis. Propositiones assumptæ oẽs sunt Scoti in hac materia: etiã maior: quæ tñ probatur ex doctrina Arist. 2. physi. tex. cõ. 38. vbi docet cõparatiões causarũ, vnde sicut forma particularis præexigit materiã particularem: sic actus potentiã. Si dicatur q̃ hoc est verũ: vbi actus & potẽtia distinguũt realiter: eo quod tunc potentia realiter recipit actũ. Hoc nõ obstat: eo q̃ secũdũ Sco. qñ aliqua duo adunãtur realiter: eũdẽ ordinẽ ex natura rei retinẽt: quã haberẽt si essent distincta realiter cũ ergo actus singularis si distinct̃ esset realiter: ex natura sua præexigeret potẽtiã singularẽ oportet q̃ & nũc hoc idẽ exigat, cũ ordo idẽ seruetur. Secũdo sic: illa quæ sunt principia indiuiduationis sunt se ipsis primo diuersa: haecceitates Sor. & Plato. non sunt hmõi: ergo. maior est Scoti, minor p̃batur: id quod cõuenit magis cũ vno q̃ cũ alio: nõ est primo diuersum ab eo, cum quo magis cõuenit: sed haecceitas Platonis magis cõuenit cũ haecceitate Sor. q̃ cũ haecceitate albedinis: ergo haecceitates Platonis & Sor. nõ sunt primo diuersæ: maior p̃ syllogismi patet ex terminis: primo em̃ diuersum ab alio nõ cõuenit cũillo. Minor probatur dupliciter: primo: quia haecceitas Sor. & Platonis cõueniũt in spẽ: haecceitates Sor. & albedinis differunt gñe. Secũdo quia illa magis cõueniũt quæ magis assimilãtur: magis autẽ assimilãtur quæ sunt magis cõparabilia: haecceitates autẽ Sortis & Platonis sunt cõparabiles magis q̃ haecceitates Sor. & albedinis: sicut vniuersaliter res eiusdẽ prædicamenti sunt magis cõparabiles q̃ res diuersorũ prædicamentorũ. Tertio sic: quod cõuenit & repugnat alteri indiuiduo eiusdẽ spẽi præexigit necessario ipsorũ distinctionem proprietas indiuidualis: puta sorteitas cõuenit Sorti & repugnat Platoni eiusdẽ speciei indiuiduo: ergo proprietas indiuidualis præexigit distinctionẽ Sortis à Platone & sic proprietas indiuidualis nõ est id quo primo Sor. distinguitur à Platone: conclusio est falsa secundũ Scotũ: processus est bonus: ergo altera præmissarum est falsa: vtraq; autẽ est sua: ergo omnino falsus cõuincitur: & maior quidẽ habetur à Scoto in quolibet: quęstione. 2. minor autẽ est sua cõclusio quã nunc impugnamus. Quarto ostẽdo hãc positionẽ contradicere Peripateticis. Arist. & cõmen. 12. enim metaphysi. tex. com. 42. fit hæc consequẽtia, primũ cœlũ, id est primum principiũ est vnũ specie & plura numero: ergo habet materiã: quæ consequentia nulla esset: si proprietas indiuidualis poneret distinguere indiuidua eiusdem spẽi. Glossam autẽ Scot. intelligentis per materiã indiuidualem proprietatẽ (destructiuã esse textus) apparet ex Cõmentatore ibi dicẽte: oẽ quod est vnũ in specie & plura in numero habet materiã: sed iam declaratũ est: q̃ principium cœli non habet materiã. Ex quibus verbis apparet: q̃ de illa materia loquitur, quã declarauit nõ esse in primo principio. Apparet autem in textu cõmenti. 30. expressè declarasse motorẽ cœli nõ habere materiã ad vbi & ad se & nullã fecisse mẽtionẽ de proprietate indiuiduali. Apparet quoq; fictio illius glossæ ex. 3. meta. text. cõ. 11. vbi dr̃ q̃ oĩs multitudo, aut ex rerũ differentium secundũ formã, aut secũdũ quantitatẽ, quod idẽ habes in Cõmentatore in primo physi. cõmen. 6. Nec admittenda est glossa Antonij Trõbetę: q̃ intelligitur cõcomitãter. Eodẽ em̃ mõ & vniformiter debet teneri (ly scđm) in primo mẽbro & in scđo: in primo autẽ notat causalitatẽ: ergo & in reliquo. Deprehẽdi quoq; põt esse purã fictionẽ nouam hãc de haecceitatibus inuentionẽ: ex primo cœli tex. cõmen. 92. & 93. vbi vnitatẽ & pluralitatẽ indiuiduorũ in eadẽ spẽ: in rebus materialib⁹ nõ nisi ex materia. assignãte Arist. & Cõm. hęc đ tertio.

Secunda

Tertia.

quolibet. q. 2. q̃rta.

Quo ad quartũ opinio S. Th. posita ab eo hic & in multis alijs locis est: q̃ materia signata est principiũ indiuiduationis. Circa hãc cõclusionẽ aduertendũ est: q̃ Thomistæ inter se differũt & cõueniũt. Cõueniũt in hoc oẽs: q̃ ad indiuiduationẽ duo cõcurrere debẽt: materia & quãtitas. Differunt autẽ: quia aliqui tenent q̃ aggregatum ex materia & quãtitate sit intrinsecũ indiuiduationis principium: materia dante incõmunicabilitatẽ, siue indistinctionẽ in se. Quãtitate dãte distinctionẽ ab alijs: & tale aggregatum dicũt esse materiã signatã. Alij verò (lõge melius) sentiunt dicẽtes: q̃ principiũ intrinsecũ indiuiduationis: & quo ad incõmunicabilitatẽ: & quo ad distinctionẽ ab alijs est materia signata nõ materia quãta seu aggregatũ ex materia & quãtitate. Et cũ hoc iudicio meo sit doctrina S. Th. vera vt ostẽdetur ideo hanc declarare volumus & tueri: declarando primo quid importet materia signata: secundo excludendo primã expositionẽ Thomistarũ: tertio probando cõclusionẽ interitã. Materia signata, nihil aliud est q̃ materia capax huius quãtitatis: ita q̃ nõ illius: hæc nanq; materia est pars intrinseca Sortis de diffinitione eius si diffiniret. Imaginandum est em̃ q̃ agens particulare: puta hoc semen continuè appropriat materiam ad formam inducendam hoc modo: q̃ sicut semen humanum appropriat materiã ad animã humana

nam:ita hoc ſemẽ ad hanc animã:vnde cũ in primo inſtanti gñationis Sor. quod eſt primũ eſſe Sor.& primũ nõ eſſe formæ præcedẽtis & accidẽtiũ:primo ordine naturæ fiat particulare cõpoſitũ:deinde naturali ordine ſequũtur oĩa accidẽtia (in via nr̃a)in illo priori ſecũdũ naturã:quo cõpoſitũ particulare terminat per ſe primo gñationẽ materia quæ eſt pars intrinſeca eius. ſ. Sortis:ita eſt ap,ppriata ipſi Sorti abgẽte particulari:q̃nõ ẽ capax alterius q̃titatis q̃ eius q̃ Sor. ſibi determinat:omniũ.n. natura cõſtãtiũ determinata eſt rõ magnitudinis & augmẽti:vt dr̃ ſecũdo de aĩa tex. cõ.41.&talis materia vocat̃ materia ſignata.Nihil
T.c.41. ergo addit materia ſignata ſupra materiã: niſi capacitatẽ huius quatitatis:ita q̃ nõ illius. Capacitas aũt materiæ reſpectu huius q̃titatis nihil aliud eſt q̃ potẽtia receptiua huius q̃titatis:ita q̃ nõ illi⁹: potẽtia aũt receptiua nihil realiter diſtinctũ in recto dicit: ſed addit aliqd reale diſtinctũ ſcđm rationẽ tm̃ à materia. Sicut materia ,ppria nihil addit ſupra materiã realiter diſtinctũ ab ipſa : dicit tñ aliquid reale in materia quod nõ explicat materia ſcđm ſe:materia em̃ ſignata nõ eſt diffinibilis niſi per hanc q̃titatẽ ſi diffiniret̃: ſicut propria potẽtia nõ niſi per propriũ actũ diffinitur:vt dicit̃ tertio phyſicorũ:tex.cõ.10. Materia aũt ſcđm ſe hãc quãtitatẽ in ſua diffõne nõ exigit:vñ materia propria indiuidui:& materia ſignata:& materia
T.c.10. ſub certis dimẽſionib⁹ idẽ important:& ,ppterea S.Th. nõ dixit materiã ſignatã materiã cũ certis dimẽſionib⁹:ſed ſub certis dimẽſionib⁹:& alibi dicit:q̃ ſicut materia ĩ ordine ad formas gñales:puta formã totalẽ & partialẽ diſtinguit gñice corpora cęleſtia ab inferioribus:ita materia in ordine ad hãc vel illã q̃titatẽ diſtinguit numeraliter in rebus materialib⁹.Materia igit̃ ſignata nõ dicit aggregatũ ex materia & q̃titate:ſed materiã ĩ recto ſignificat:q̃titatẽ verò in obliquo:ſicut potentia materię ſignificat materiã in recto:in obliquo verò actũ quẽ reſpicit:eo q̃ nõ niſi per actũ eſt diffinibilis. Et ſic manifeſtũ eſt qd importet materia ſignata.Quod aũt Thomiſtę alij nõ cõuenienter
Tractatu de principio indiuiduationis. exponãt:ſic declarat̃.Idẽ eſt prĩcipiũ diſtinctiuũ indiuidui à ſpẽ & ab altero indiuiduo eiuſdẽ ſpẽi: ſed materia nõ quãta:ſed(ſic ſignata) mõ præexpoſito eſt principiũ intrinſecè diſtinctiuũ indiuidui à ſpẽ:ergo nõ materia quanta:ſed materia ſignata eſt principiũ intrinſecũ diſtinctiuũ indiuidui ab altero eiuſdẽ ſpẽi indiuiduo: minor ab eis cõcedit̃:& eſt S.Tho.expreſſe in tractatu qui de principio indiuiduationis vocatur: qui ſecundũ veritatẽ & antiquũ titulũ vocatur de potẽtijs cognoſcitiuis:vt habetur in Bibliotheca ſummi põtificis in qua ſola tractatũ illũ cõpletum vidi: eſt enim truncatus ille qui cõmuniter habetur.Maior vero nõ niſi voce à proteruis negari poſſe videtur:vniuerſaliter nãq; verũ videmus q̃ q̃cũq; aliquod cõe diuidit̃ in plures partes ſubiectiuas: per idẽ differũt inferiora inter ſe & à ſuperiori: ſi cut per idẽ hõ differt ab animali & à leõe.ſ.differentiam propriã : vnde & Porphyriustres actus differentiæ dat:videre ſuperius: conſtituere inferius:& diſtinguere conſtitutũ à ſuperiori: & alijs cõparibus.Probatur ergo hęc cõcluſio mõ præ- c.de dña
expoſito.ſ.materia ſignata eſt intrinſecũ indiuiduationis principiũ:illud eſt intrinſecum principium indiuiduationis: cui primo repugnat communicari pluribus per modũ quo vniuerſale cõmunicatur particulari: ſed materia ſignata eſt id cui primo repugnat cõicari,vt vniuerſale particulari:ergo &c.maior ab oĩbus conceditur. Minor verò ,ppatur : ſed nota q̃ minor duo includit in ſe.ſ.q̃ materię ſignatę repugnat cõicari pluribus & q̃ primo ei repugnat:primũ horum ex ſe patet:materiã enim capacẽ huius quantitatis tantũ impoſsibile eſt plurificari:ſecundũ aut̃ probat̃. Illud cõpetit primo materiæ ſignatæ:quod circũ ſcripto q̃cũq; alio ſibi cõuenit:&ipſa circũſcripta
T.c.14. nulli alteri cõuenit(ex primo Poſteriorũ)ſed nõ cõmunicari pluribus vt vniuerſale particulari circũſcripto quocũq; alio exiſtẽte in ſubſtãtia ſenſibili cõuenit materiæ ſignatæ: & ipſa circunſcripta nulli alteri cõuenit:ergo nõ cõmunicari pluribus primo cõuenit materiæ ſignatæ inter oĩa quę in ſubſtantia ſenſibili inueniũtur. Probatur minor quo ad vtranq; ſui partem:quo ad primã ſic. Id quod materia ſignata præciſe ſumpta ſibi vendicat:ita q̃ ſub eius oppoſito nõ eſt intelligibilis:conuenit ſibi circunſcripto quocunq; alio: patet iſta ex terminis: ſed incõmunicabilitas cõuenit materiæ ſignatæ præciſè vt ſic acceptæ: ita q̃ ſub eius oppoſita materia ſignata nõ eſt intelligibilis:nõ enim põt intelligi materia propria in diuidui cõmunicabilis : ergo incõmunicabilitas conuenit materiæ ſignatæ circũſcripto quocũq; alio . Secunda pars minoris patet exemplariter: quia circũſcripta Sortis materia ſignata materia ſeu ,ppria:quod idem eſt:certũ eſt q̃d non remanet hic:neq; forma eius remanebit hic:neq; ipſa materia:ſi enim materiam propriam non habet per quid exit ordinem cõmunium . Secũdo pro Secunda ratio.
batur eadẽ concluſio ſic: fruſtra fit per plura q̃d poteſt fieri per pauciora:& æquè bene:ſed abſq; quibuſq; alijs ex materia ſignata ſufficienter ſaluatur indiuiduatio ſubſtantiæ compoſitæ:ergo fruſtra adduntur quæcunq; . Minor ex dicendis apparebit:vbi ſolutis aduerſariorum rationibus ſtabilis ac firma remanebit poſitio noſtra. Et cõ firmatur:quia cum in ſubſtantia compoſita non ſint niſi materia & forma & compoſitum ex his & accidentia:quæcunq; indiuiduo accidunt nullam aliam intrinſecam cauſam habent niſi aliquid horum: & ſic ad inueſtigandam indiuiduationis cauſam non oportet extra hoc vagari. Probatur tertio eadem concluſio autoritatibus Ariſtot.& commen. ſupra inductis:quas non opus eſt repetere. Apparet quidẽ apud eos euidẽter omnem diſtinctionẽ aut ex formis:aut à quã titate

titate oriri. Eſt igitur materia ſignata intrinſecũ indiuiduationis principium:quo intrinſecè(licet particulariter) ſor. eſt hic. Dico autẽ particulariter:quia non arbitror materiã ſignatã eſſe ipſam indiuidualẽ proprietatẽ ſeu differẽtiã: ſed potius differẽtiæ indiuidualis eſſentiale principiũ. Opinor em̃ q̃ ,pportio materiæ ſignatæ ad ,pprietatẽ ſeu differẽtiã indiuidualẽ ſit: ſicut ,pportio animæ humanæ ad differẽtiã hominis cõſtitutiuã: ſicut em̃ anima intellectiua nõ eſt ipſa differẽtia: puta rõnale: ſed id vnde ſumit̃:ita materia ſignata nõ eſt ipſa differẽtia indiuidualis : ſed id vnde ſumitur:& q̃ cauſat ipſam intrinſecè.Et ſicut hõ eſt hõ: & per rõnale tanq̃ per principiũ formale totale & per animã intellectiuã tanq̃ per principiũ partiale intrinſecũ formale:à quo rõnale mẽdicat & cauſatur: ita ſor. eſt hic per differentiam indiuidualem : tãquã per totale quoddã denominans: quod nihil aliud eſt quã gradus indiuidualis: ſicut differẽtia ſpecifica eſt gradus ſpecificus: & per materiam ſignatam tãquam per priorem cauſam intrinſecam,a quaipſa indiuidualis differentia mẽdicat.Vt ſic inter nos &Sco.in hoc ſtet diuerſitas q̃ ipſi differẽtias indiuiduales abſq; eſſentiali depẽdẽtia à materia ſignata multiplicãt: nos autẽ ſicut animal contrahere neſciremus ad hominẽ & bouẽ ſine formis partiũ:à quibus differẽtiæ cõtrahẽtes animal cauſantur:ſic ſpeciem puta hominẽ cõtrahere ad indiuiduum: non nouimus ſine materia ſignata quæ eſt cauſa indiuidualiũ differentiarũ:& cõſequenter primo principiũ indiuiduationis intrinſecũ.Moueor adhoc dicendũ quoniã teneo ſor.ſubſtãtialiter ſumptũ in recta. ſ.linea prædicamentali ſub ſpecie eſſe vnũ numero:nõ vnitate de prædicamẽto quãtitatis ſed ſubſtãtiali:quã neceſſe eſt antecedi: cũ ſit entis paſſio ab indiuiduali gradu:quẽ ipſa indiuidualis differẽtia importat. Et hoc an ſit de mẽte. S.Doc.nõ cẽſeat quiſquã,priuſquã legerit ipſum & incompẽdio theologię, capitulo. 157. vbi vult
ca. 157. De principio indiuiduationis. 2. d.3. q.7. ſor. eũdem numero eſſe poſt reſurrectionẽ eius quantitate numerata : & in tractatu ſupradicto.

Quo ad quintũ arguit̃ cõtra cõcluſionẽ & dicta in ea à Sco⁹. vbi ſupra. Primo ſic ,impoſsibile eſt aliquid depẽdens à poſteriori naturaliter, eſſe idẽ priori naturaliter: quia tunc eſſe prius & non prius:ſed ſubſtãtia eſt prior naturaliter quã titate:igitur nihil cauſatũ à quantitate:ſiue qualitercunq; præexigens naturam quãtitatis poteſt eſſe idẽ ſubſtantiæ:non igitur ſignatio iſta à quãtitate cauſata eſt eadem ſubſtantię,probatio maioris, vbi eſt vera & realis identitas (licet non ſit formalis)ibi impoſsibile eſt hoc eſſe & illud non eſſe:quia tunc idem realiter eſſet & nõ eſſet:ſed poſsibile eſt prius naturaliter eſſe ſine poſteriori naturaliter:ergo multo magis abſq; eo quod d̃ relictum eſt:vel cauſatũ à poſteriori naturaliter.

Secundo Prętereaid qd̃ eſt neceſſaria cõditio cauſę in cauſando non poteſt habere eſſe à cauſato:quia tunc cauſa inquantum ſufficiens ad cauſandum eſſet cauſata à cauſato: & illud cauſatũ eſſet cauſa ſuiipſius:ſed ſingularitas ſiue ſignatio ſubſtãtiæ eſt neceſſaria conditio in ſubſtãtia ad cauſandam quãtitatem:quia cauſatum ſingulare requirit cauſam ſingularẽ, ergo impoſsibile eſt iſtã ſignationem ſeu ſingularitatem eſſe à quantitate.

Tertio. Prętерea quæro qd̃ eſt quãtitatẽ cauſare vel de relinquere talem modũ:ſeu ſignificationẽ in ſubſtantia,ſi nihil ex hoc eſt:niſi quod præfuit quãtitati,tunc nullo modo ſignatio eſt per quãtitatẽ quia tunc ſignatio ſubſtantię naturaliter procedit ipſam quantitatẽ. Si aũt aliquid aliud, quæro quomõ cauſetur à quãtitate : & ĩ quo gñę cauſę.

Quarto. Prętерea quare quãtitas potius relinquit talẽ modum in ſubſtantia q̃ qualitas:non videtur ratio:quia ſicut qualitas in ſeipſa informat ſuperficiẽ nihil relinquendo in ea:ita quãtitas informat ſubſtãtiã in ſeipſa: & nõ per aliã formã derelictã.

Quinto. Prętерea q̃titas iſta quæ ad indiuiduationẽ cõcurrit:aut eſt quantitas terminata:aut interminata,non terminata:quia illa ſequit̃ formam in materia,& per conſequens ſingularitatẽ ſubſtantiæ: quia ſicut ſubſtantia eſt cauſa eius,vt eſt terminata,ita hæc ſubſtãtia eſt cã eius, vt eſt hic terminata.Et cõfirmatur hoc:quia cũ quantitas terminata varietur ſola rarefactione:idẽ indiuiduum erit multis ſingularitatibus idẽ,qd̃ eſt impoſsibile.Si autem interminata, contra:illa manet eadem in genito & corrupto.

Sexto. Prętерea ſi q̃titas cõcurrit ad ĩdiuiduationẽ vt primo diſtinguens:oportet q̃ in ſeipſa ſit primo diſtincta numeraliter ab alia : ſed tũc tua propõ nõ eſt vera:illa.ſ.(oĩs differẽtia formalis eſt ſpecifica.) quãtitas em̃ hęc & illa cũ ſint formę differrẽt ſpecificè.Quod ſi quãtitatem excipias ab illa ,ppoſitione fundamentali ædificij ruinoſi, vnde ,pbabitur q̃ differẽtia formalis ſit ſpecifica:quęcũq; em̃ ratio fuerit adducta de forma habebit locum in quantitate:cum quantitas forma ſit.

Septimo. Prętерea tota latitudo p̃dicamẽti ſubſtãtiæ eſt prior cæteris prædicamẽtis, ergo cũ indiuiduum ſubſtãtiæ claudatur in iſta latitudine: oportet q̃ ſit intrinſecè cõpletũ abſq; depẽdẽtia à quãtitate quæ eſt poſterior. Et cõfirmatur:quia nihil reponitur in aliquo genere : per aliquid quod ſit extra illud genus. Multa alia argumenta fiunt à Scoto & alijs:ſed quia concludunt materiam ſolam vel quantitatem ſolam : vel aggregatum ex materia & quantitate non eſſe principiũ indiuiduationis omiſi , nihil enim contra nos. Omiſi prætерea quæ indirectè contra poſitionem noſtram eſſent,breuitati ſtudens.hæc de quinto.

Quo ad ſextum reſpondendum eſt argumentis factis: nunc deinde alijs pro opinione contraria inductis.

Ad primum. Ad primũ igitur iſtorũ dicitur q̃ falſa eſt maior ad cuius euidentiã eſt notandũ q̃ ,pportio materiæ ſignatę adhanc quãtitatẽ eſt ,pportio potẽtię

ad proprium actum: vnde sicut potentia mate E
riæ est eadē realiter ipsi materiæ: & tñ depēdet à
forma, ita potētia seu capacitas materiæ respe-
ctu huius quātitatis quę vocatur eius signatio de
pēdet à quātitate: & tñ est eadē materiæ. Et quia
potētia est prior & posterior: & naturaliter actu:
prior est in gñe cāæ materialis: posterior in ordi
ne cāæ formalis: ideo signatio materiæ est prior
quātitate in ordine cāæ materialis: posterior aūt
in ordine cāæ formalis, vñ vtroq; mō maior est
falsa: tā si intelligaī de priori & posteriori scdm
genus cāæ materialis: q̄ si intelligaī de priori &
posteriori in ordine cāæ formalis. Aliqd em̄ de-
pēdēs à forma est idē realiter materiæ: & aliqd de
pēdēs à materia ē idē realiter formæ vt patet. Ad
probationē primā qua dicīt: qa tūc esset prius & F
nō prius, dico q̄ nō est incōueniēs in diuersis gñi
bus causarū. Ad aliā ꝓbationē qa dicīt: vbi est ve
ra & realis idētitas &c. negaī secūda ꝓpō assūm-
pta: nō em̄ oē prius pōt eē sine posteriori: vt alias
Infra.c. ostēdetur. Ad secūdū negaī maior cū causatum
5.q.8.se- est cā suæ causæ in alio gñe causæ: sicut in propō
cundum. accidit: materia em̄ signata est causa quantitatis
in gñe causæ materialis: quātitas est cā materiæ
signatæ in gñe causæ formalis vt actus potentię:
& patet fallitas maioris in exēplo supra posito:
potētia em̄ materiæ est necessaria cōditio mate-
riæ ad causandā formā: & tñ depēdet à forma in
gñe cāæ formalis. Ad ꝓbationē dicīt q̄ cā mate-
rialis scdm causalitatē suā depēdet à suo effectu. s.
forma: sed nō in quātū est effectus eius: sed in eo G
qd̄ est cā materiæ: cāæ em̄ sunt sibijnuicē causæ:
vt dicīt. 2. physico. text. cō. 30. nō ergo incōuenit
T. c. 30. cām in causando depēdere à causato: nō vt cau-
Ad tertiū sato: sed vt causa est scdm aliud genꝰ. Ad tertiū
dicīt: q̄ quātitatē causare talē signationē in mate
ria nihil aliud est q̄ materiā esse ab hoc agēte fa-
ctā capacē adeo huius quātitatis: q̄ nō illius: & sic
q̄titas concurrit ad signationē materiæ vt actus:
ꝓpter quē talis capacitas fit. Agens verò vt effi-
ciens illā: & talis signatio seu capacitas præest ip-
si quantitati in gñe causæ materialis: & nō pōt
ex hoc inferri: ergo nō fit per quātitatē: eo q̄ fit
quātitate in genere causæ formalis: quæ sicut &
finis inter causas posteriores inesse numeratur.
Ad quar tum. Ad quartū dicitur: q̄ nō solū quātitas tali modo H
signat materiā sed etiā qualitates propriè. Mate
ria em̄ sortis ita est capax harū qualitatū, quod
nō aliarū: sed quia sola quātitas immediatè reci-
pitur in substātia: & ex sola quātitate oritur radi
caliter distinctio materialis, ideo ad propositū,
materiā signatā, materiā sub certis dimensionibus
& non sub certis qualitatibus dicimus. Ad
Ad quin- quintū dicitur: q̄ quātitas illa quæ ad indiuiduatio-
tum. nē vt originale nō intrinsecū indiuiduationis
principiū concurrit, est quātitas terminata. Nec
obstat quod sequatur formā: quia etiā forma se
quitur potētiā materię: à qua tamen causatur. &
cōcedimus hanc substātiā esse causam materialē
huius quantitatis: sed è cōuerso in genere causæ
formalis hāc quātitatē esse causam huius signa-
tionis materiæ modo præexposito. Ad cōfirma-
tionē Antonij Trōbetæ dicīt: q̄ quātitas termi-
nata ad indiuiduationē cōcurrens nō stat in in-
diuisibili: sed latitudinē habet. sicut em̄ quælibet
species naturalis determinat sibi quātitatē ma-
ximā & minimā infra quandam latitudinē: ita &
quodlibet indiuidiū determinat sibi hanc quan
titatē infra tales limites & nō indiuisibili. vñ po-
test fieri rarefactio sine eius (vt idiuiduatiua est)
variatione: nō em̄ hic accipitur quantitas termi-
nata punctualiter: sed cum certa latitudine.

Ad sextum dicitur cōcedendo cōsequentiam Ad sextū.
primā: sed negando quod ex hoc sequatur falsi-
tas illius propositionis fundamētalis firmissimi
ædificij. Peccauit em̄ arguens peccato maximo
nō distinguens inter differentiā formalem & for
marū: omnis em̄ differētia formalis est specifica:
nō autem omnis differentia formarū: vt dicit. S.
Tho. secūdo cōtra Gentiles. cap. 81. alioquin for Ca. 81.
ma huius ignis & forma illius ignis distinguerē-
tur specifice cū sint formæ & differāt. vnde linea
mathematica diuisa in partes habet duo indiui-
dua. quælibet em̄ pars lineæ est linea: & illa indi
uidua sunt formæ & differūt: sed nō differentia
formali. Appellatur autē differētia formalis illa
quæ est per principia quidditatiua: hic em̄ sem-
per oritur à forma in eo qd̄ forma: qualis nō est
inter hāc lineā & illā: cū sit eadē vtriusq; quiddi-
tas. Verū arguētis error ē valde puerilis: sicut for
mæ & differūt: ergo differūt formaliter: est mona
chus & est albus, ergo est monachus albus. Ad
vltimū negatur cōsequētia: licet em̄ id qd̄ est in Ad septi-
prædicamēto substātiæ sit prius simplr quolibet mum.
alio prædicamēto: tñ aliqua cōditio (sine qua in-
diuiduū vt sic nō est in prædicamēto) pōt esse po
sterior in gñe causæ formalis & alterius prædica-
menti: eo q̄ cā formalis est posterior in esse. Ad
cōfirmationē dicitur q̄ qdlibet prædicamētū cōple-
ctī per res sui gñris: si loquamur de his quæ po-
nātur in prædicamētis, & de rōne reponēdi ea in
illis: nō autē si loquamur de cōditione rei positæ
in prędicamēto: sortes em̄ nō est nisi substātia: &
rō ponēsipsum in prædicamēto est substātia: cō
ditio autē indiuiduationis: sine qua nō est rō re-
ponēdi ipsum in prædicamēto: nō incōuenit qd̄
coexigat aliqd̄ accidēs: puta quātitatē. Ad primū Ad pri-
verò eorū quæ pro opposita conclusione adduc- mū scoti.
ta sunt: dicitur q̄ minor est falsa: ad materiā nā-
que signatam primo sequitur vnitas numeralis.

Ad secundum dicitur q̄ differentia indiuiduo Ad secū-
rum reducitur ad quantitates: quantitates autē dum.
differunt sitibus proprijs: qui sunt differentiæ q̄-
titatis: situs autem non solum integratur ex illis
duobus, scilicet permanentia & continuatione
partiū: sed ex his duobꝰ cū tertio ordine. s. partiū
in toto: vt docet Alber. in prædicamētis: cap. de
quātitate: per hoc em̄ differt à situ speciali p̄dica
mento:

mento qui dicit ordinē partiū in loco: vnde situs A
in ꝓposito distinguūtur suis ordinibus partiū in
toto qui sunt de eorū rōne: ordines autē seipsis:
in diffinitione em̄ ordinis cadit distinctio: & sic
patet q̄ nō est æquè dubiū de his ad quæ facimꝰ
reductionē: & de q̄titatibus: & q̄ nō oportet q̄tita
tes propter hoc distingui formaīr: talis em̄ ordo
Caput partiū in toto vt materiale qd̄ est in ipsa q̄tate:
tertium. qd̄ ī nulla alia forma inueniē. Ad tertiū Antonij
trōbetę dicīt q̄ minor est falsa: materia em̄ signa-
ta: vt ꝓbata est: est id cui prima repugnat diuidi
vt vniuersale in particularia: rōne em̄ eius repu-
gnat echeitati. ¶ Caput Tertium.

Com. 10. Patet ergo q̄ essentia hominis
& Socra. nō differunt nisi secū- B
dum signatum & non signatū,
vnde Cōmen. dicit super. 7. me
ta. q̄ Socra. nō aliud est q̄ animalitas & ra-
tionalitas, quæ sunt quidditas eius, sicut
etiā essentia generis & essentia speciei se-
cundū signatū & nō signatū differūt, quā-
uis alius modus designationis sit vtrobiq;
quia designatio indiuidui respectu speciei
est per materiā determinatā dimēsionibꝰ,
designatio autē spēi respectu gñis est per
drīā cōstitutiuā quę ex forma rei sequitur.

Postquā determinatū est quid sit essentia sub
stātiarū cōpositarū in cōmuni: in hoc tertio cap.
intēdēs agere de differētia essentiarū cōpositarū
inter se: cū essentiæ cōpositæ sint tres. s. generica:
specifica: & indiuidualis: quinq; facit. Primò lo-
quitur de differētia earū absolutè. Secūdò deter-
minaturus de differentia earū: vt subsunt primis
intētionibus: & illarū nominibus: ostēdit qūo es-
sentia generica differat à specifica. Tertiò genus
species: differētia: diffinitio qualiter inter se diffe
rant declarat. Quartò excludit quandam dubita
tionem. Quintò assignat differentiam inter es-
sentiam specificam & indiuidualem.

Ad euidentiam dicendorum prænotandum
est quòd de essentijs possumus tripliciter loqui:
primo de eis absolutè absque habitudine ad pri
mas vel secundas intentiones: secundo de eis vt
subsunt nominibus primæ intentionis: tertio vt
subsunt nominibus secūdæ intētionis: verbi gra-
tia: de natura humana cōtingit loqui secūdū se:
id est secundū ea quæ cōueniūt sibi ratione sui:
cōtingit & loqui de ipsa vt stat sub hoc nomine
humanitas: & hoc nomine homo & similibus:
cōtingit & tertio loqui de ipsa: vt stat hoc nomi-
ne species. S. Tho. ergo in prima huius capituli
parte loquitur de essentijs rerū primo modo: in
toto verò residuo loquitur de eis secundo modo
sumptis: in sequenti autem capitulo de eis tertio
modo acceptis sermonē faciet (& hoc si non vis
decipi in hoc capitulo diligētissimè notato:) po-

nit igitur assignādo differentiā inter essentiā ge-
nericā: specificā: & indiuidualē secundū se sumptas hāc cōclusionē: essentiæ prædictę nō diffe-
rūt nisi secundū signatū & nō signatū: hoc sic de
claratur: animalis hominis sortis essentiæ pro-
priè nō differūt nisi per hoc: quia in ratione ani-
malis cadit subsātia animata sensibilis absq; de
terminatione eius per rationale: in ratione autē
hominis ponitur subsātia animata sensibilis ra-
tionalis: & sic additur in ea designatio per diffe-
rentiā: ratio verò sor. ponit subsātiā animatam
sensibilē rationalē in istis carnibus & istis ossibus
& sic in ea additur designatio materiæ: quæ non
ponebatur in ratione hominis: vnde absolutè lo
quendo: & secundū suas rationes proprias appa
ret has essentias: nō nisi secundū signatū & non
signatū differre id est secundū explicitā inclusio
nē alicuius designationis siue determinationis:
& non explicitā inclusionem illius: licet talis de-
signatio nō vniformiter sit in natura specifica &
in natura indiuidui: determinatio em̄ quā addit
natura specifica supra genericā est formalis es-
sentialiter diuersificās genus: vt pote à forma in
eo q̄ forma sumpta, determinatio autē quā na-
tura indiuidualis supra specificā addit est mate-
rialis: nō formaliter sed materialiter tantū diuer
sitatē in specie faciens vt pote sumpta à materia
lis cōditionibus rei. Ex his habes q̄ homo & hu-
manitas: animal & animalitas secundū se: id est
naturas significatas: nullo modo differunt: eadē
omnino est ratio naturæ significatæ per homi- C
nē & humanitatē: ita q̄ nulla designatione diffe-
rūt: sed vt post dicetur: differūt vt subsunt nomi-
nibus primæ intētionis: quia verò distinctio per
signatū & non signatum non est distinctio rea- Cap. 10.
lis. Ideo dicit Comment. 7. metaphy. consilio. 10.
q̄ sor. substantialiter sumptus nil aliud est quàm
animalitas & rationalitas quæ sunt quidditas
eius: forteitas enim quæ naturā sortis nominat:
eadem realiter est animalitati & rationalitati.

Hæc autem determinatio vel designa-
tio quæ est in specie respectu generis non
est per aliquid in essentia speciei existens
quod nullo modo in essentia generis sit, D
imo quicquid est in specie est etiam in ge-
nere vt non determinatum, si enim ani-
mal non esset totum quod est homo, sed
pars eius, non prædicaretur de eo: cū nul-
la pars integralis prædicetur de suo toto.

In hac secunda parte capituli determinatur
quomodo essentia generica differat à specifica
secundum quòd ambę stant sub nominibus pri
mæ intentionis: puta quomodo differant essen
tia hominis & essentia animalis sub his nomini-
bus homo & animal: & intendit quòd essentia
significata per nomen genericum: puta animal:

& essen

& essentia significata per nomẽ specificũ: puta homo: nõ differũt per hoc ꝙ essentia significata per nomẽ specificũ includat aliquã determinationẽ quæ omnino sit extra rẽ significatã per nomẽ genericũ: sed per hoc ꝙ essentia per speciei nomẽ importata includit actu designationẽ specificã quæ fit per differẽtiã eius cõstitutiuã: sicut homo actu includit rõnale: ponitur nãq; in eius diffinitione. Essentia verò nomine generico signata cõfusa & ideterminatè importat designationẽ illã: sicut animal in potẽtia includit rõnale: vt dicit Porphyrius: vnde animal & vniuersaliter omnis essentia generico nomine importata vt sic: totũ includit qđ includit spẽs: licet non eodẽ modo. Et propterea ad positæ dr̃iæ declarationẽ ponit talẽ cõclusionẽ: genus dicit totũ esse spẽi: quã sic ꝓbat, omne prædicatũ dicit totũ eẽ eius de quo prædicatur: genus prędicatur de ipsa specie: ergo natura generica: puta animal: dicit totũ esse spẽi: maiorẽ ꝓbat per hoc: quia nulla pars prædicatur de suo toto. Vbi aduertẽdũ est ꝙ hic sermo verus est de prædicatione in recto & directa, siue essentiali: siue denominatiua: & de parte: in eo ꝙ pars: & nõ de parte vt significatur per modũ totius: põt em̃ pars vtroq; modo significari: sicut materia significatur vt pars rei (per ly materia) significatur autẽ vt totũ (per ly materiale.) his em̃ modificata cõditionibus ꝓpõ illa. s. nulla pars prædicatur de suo toto nullã patitur instãtiã cũ em̃ dico: hõ est albus: ly albus cõfundit in se totũ qđ est in hoĩe: & similiter cũ dico: hõ est materialis: cõprehẽdit in se implicitè totũ qđ est hõ: & sic cum dicit, hõ est aĩal: ly aĩal: cõtinet implicitè totũ qđ est hõ, mõ (q infra declarabit.) & sic ꝓbãdũ est ꝙ essentia gn̄ico noĩe īportata includit đsignationẽ specificã extra totũ. n. nihil ẽ.

In ca. de differẽtia

Hoc autem quomodo contingat, videri potest si inspiciatur corpus secũdum ꝙ ponitur pars animalis, & secundũ ꝙ ponitur genus: nõ enim potest dici eo modo esse genus quo est pars integralis, hoc igitur nomẽ quod est corpus multipliciter accipi potest: corpus enim secundum ꝙ est in prædicamento substantiæ dicitur ex eo ꝙ habet talem naturã, vt in eo designari possent tres dimensiones: ipsę autem tres dimẽsiones designatę sunt corpus quod est in genere quãtitatis. Contingit autem in rebus quod habet vnam perfectionem ad vlteriorem perfectionem pertingat sicut patet in homine qui naturã sensitiuam habet & vlterius intellectiuam, similiter etiã & super hanc perfectionem quæ est habere talem formã, & vt in ea possint tres dimẽsiones designari, põt alia perfectio adiungi, vt vita vel aliquid huiusmodi, põt ergo hoc nomẽ corpus rem quandã designare, quæ habet talẽ formã ex qua sequitur in ipsa designabilitas triũ dimensionũ cũ præcisione: vt. s. ex illa forma nulla vlterius perfectio sequatur: sed si aliquid aliud superadditur sit præter significationẽ corporis sic dicti: & hoc modo: corp⁹ erit materialis & integralis pars animalis: quia sic anima erit præter id quod significatũ est nomine corporis & superueniens ipsi corpori: ita ꝙ ex ipsis duobus. s. ex anima & corpore: sicut ex partibus cõstituitur animal. Potest etiã hoc nomẽ corpus hoc modo accipi: vt significet rem quandam quæ habet talẽ formã: ex qua possint in ea tres dimensiones designari: quæcunq; forma sit illa: siue ex ea possit prouenire alia vlterior perfectio siue nõ: & hoc modo corpus erit genus animalis: quia in animali nihil est accipere quod in corpore implicitè non cõtineatur: nõ enim anima est alia ab illa forma per quã in re illa poterant designari tres dimẽsiones: ideo quando dicebam, ꝙ corpus est qđ habet talẽ formã ex qua possunt designari tres dimẽsiones in eo intelligebã quæcũq; forma esset illa: siue anima esset, siue lapideitas, siue quæcũq; alia forma, & sic forma ànimalis implicitè in corpore siue in corporis forma continetur, prout corpus est genus eius.

Qm̃ declaratũ est genus cõparari ad spẽm: nõ vt eius partẽ sed vt totũ: apire intẽdit hic qũo res per genericũ nomẽ significata possit vtroq; modo accipi: vt pars. s. & totũ: & primo in corpore tanq̃ notiori: deinde in aĩali: dicẽs ꝙ ex quo non põt eodẽmõ sumpta res esse pars rei & gen⁹ eius dẽ (vt ostẽsum est) scire debes ꝙ hoc nomẽ corpus accipit dupl̃r: est em̃ æquocũ ad corpus qđ res prędicamẽti substãtiæ: & ad corpus qđ est res p̃dicamẽti q̃titatis. Corpus vt significat rẽ p̃dicamẽti substãtiæ: importat naturã ex qua est influere trina dimẽsio: Corpus verò vt signãt rẽ p̃dicamẽti q̃titatis importat ipsam trinã dimẽsionẽ. Iterũ corpus qđ significat rẽ p̃dicamẽti substãtię: de quo nũc est sermo: accipitur dupl̃r. Vno modo: vt significat naturã illã ex qua nata est fluere trina dimẽsio cũ præcisione omnis substãtialis perfectionis vlterioris. Alio modo: vt significat illãmet naturã absque p̃cisione vlterioris pfectionis substãtialis. Cãm huius & similiũ distictionũ assignat ī litera: ex eo ꝙ res habẽs aliquã pfectionẽ substãtialẽ non excludit à se aliquã aliã vlteriorẽ substãtialẽ perfectionem: sicut hõ ex eo ꝙ habet perfectionẽ sensitiuã nõ excludit à se perfectionem intellectiuã: & similiter corpus ex eo ꝙ habet perfectionem corpoream non excludit à se perfectionẽ vitalẽ: & sic de alijs: cũ em̃ prior perfectio substãtialis nõ excludat secũdã & tertiã: & manifestũ sit etiã ꝙ non includit eas in actu: põt prior perfectio cõcipi & significari: & cum præcisione seu exclusione aliarũ: & cũ inclusione confusa earũ. Ex eo nanq; ꝙ formaliter nõ includit alias: põt præcise cõcipi & significari. Ex eo verò ꝙ cõiunctionẽ cũ alijs nõ excludit: potest cũ alia rũ cõfusa & potẽtiali inclusione cõcipi & significari: vnde natura significata per hoc nomẽ corpus: quia nõ formaliter includit perfectionẽ: vitalẽ: nec sensitiuã: nec intellectiuã põt cũ præcisione omniũ horũ cõcipi & significari: & quia non excludit adunationẽ essentialẽ sui cũ illis: ideo põt absq; eorũ præcisione cõcipi & significari: vt cõfuse & determinatè includẽs omnia illa: colligitur autẽ ex tex. triplex differẽtia inter hæc: differũt em̃ primo in hoc qa corpus primo modo dicit corporeitatẽ solã: ex qua nata est fluere trina dimẽsio & nulla vlterior perfectio: corpus verò secũdo modo dicit formam quãcũq; à qua fit corporeitas: ex qua nata est fluere trina dimẽsio cũ quacũq; alia perfectione. Secundò differunt: quia corpus primo modo est pars speciei: eo ꝙ significatũ formale speciei est præter & extra significatũ eius: sicut anima rõnalis est extra corporeitatẽ: sunt em̃ in homine duo: pfectio. s. corporalis quã præcise acceptã patet non includere aliquo modo intellectualitatẽ: & perfectio intellectualis quæ est altera pars: corpus verò secũdo modo est totũ respectu speciei: eo quia perfectio seu forma formaliter importata per speciẽ includitur in significato corporis sic accepti: significat em̃ quãcũq; formã à qua fit perfectio corporea: & sic anima intellectiua includitur in ly quacunq;. Tertiò differũt: quia corpus primo modo nõ est in recta linea prædicamẽtali: sicut nec quę cũq; pars: corpus verò secundo mõ est directè in p̃dicamẽto substãtiæ: sicut & qđlibet aliud gen⁹.

Et etiã talis est animalis habitudo ad homĩnẽ: si em̃ animal nominaret tm̃ rẽ talẽ quę habet quãdã perfectionẽ vt posit sentire & moueri per principiũ in ipso existẽs cũ præcisione alterius perfectionis: tunc quæcũq; alia perfectio vlterius superueniret haberet se ad animal per modũ partis: & nõ sicut implicitè cõtẽta in rõne animalis: & animal nõ esset genus. Sed est genus secũdũ qđ significat rẽ quãdã: ex cuius forma potest prouenire sensus & motus: quę cũq; sit illa forma: siue sit anima sensibilis: tm̃: siue sit aĩa sensibilis & rationalis simul:

Declarat hoc quoq; in hoc genere quod est animal: põt em̃ animal accipi vt significat formã: ex qua præcise oriãtur sensus & motus qbus animal à nõ animali discernitur: vt dicitur primo de anima. tex. cõ. 19. Potest etiã accipi animal vt dicit formã quãcũq; ex qua oriãtur sensus & motus nõ præcise: & sic est genus: primo aũt modo est pars speciei: vnde hõ est cõpositus ex animali & intellectiuo principio tanq̃ ex suis partibus essentialibus accipiẽdo animal primo modo, sic em̃ extra significatũ eius est intellectiua natura: animal verò secũdo modo est totũ respectu hominis implicitè includẽs specificas perfectiones: cũ em̃ sic dico, animal: dico, habẽs naturã sensitiuã indeterminatè relinquẽdo: per quã formã haberet sensitiuã naturã, & sic implicite includũtur omnes formæ specificæ: habetur em̃ natura sensitiua non nisi per formã hominis: leonis vel bouis & c. ex his patet differẽtia inter essentiã genericã & specificã: vt subsunt nominibus generico & specifico primæ intẽtionis: qa. s. differunt sicut includẽs implicitè & includẽs explicitè illamet.

Si igitur genus significat indeterminatè id totum quod est in specie, nõ enim significat tãtum materiam, similiter etiam differẽtia significat id totũ quod est in specie & non tantum formam, & etiam diffinitio significat totum & etiam species, sed diuersimodè. Quia genus significat totũ, vt quædam denominatio determinans id quod est materiale in re sine determinatione propriæ formę, vnde genus sumitur à materia quanuis nõ sit materia, vnde patet ex hoc ꝙ corpus dicit ex hoc ꝙ habet talem perfectionem vt possint in eo designari tres dimensiones, quæ quidem perfectio est, vt materialis se habens ad vlteriorem perfectionem. Differentia verò è conuerso est, sicut quædam determinatio à forma determinata sumpta prẽter hoc ꝙ de intellectu primo sit materia determinata, vt patet cum dicitur animatum scilicet illud quod habet animam nõ determinatur: quid sit vtrum corpus vel aliquid aliud: vnde dicit Aui. ꝙ genus non est in differentia, sicut pars essentia eius, sed solũ sicut ens extra quidditatẽ siue essentia, sicut ẽt subiectũ est de ītellectu passionũ. & ideo genus nõ prædicatur de dr̃ia p̃ se loquẽdo, vt dicit Arist. ī. 3. de aĩa &. 4. Topi. nisi fortè sicut subiectũ p̃dicaẽ de passione

Immediate supra.

Vid Aui. 5. meta. c. 5. per totum.

5. metap. c. 5. circa medium.

sione, sed diffinitio siue species comprehendit vtrunq; scilicet det erminatam materiam quam designat nomen generis: & determinatam formam quam designat nomen differentiæ.

T. c. 10. cap. 3.

In hac tertia parte capituli cõparat genus speciem differẽtiã & diffinitionẽ inter se quo ad cõuenientiã & differẽtia. Cõuenire ait hæc omnia in hoc q̃ quodlibet eorũ significat totũ qđ est in spẽ. Quod ex prædictis immediatè sequitur: si em̃ genus significat totũ: quia verè & propriè prædicatur de spẽ: & cõfundit in se omnia ad quę se extẽdit: pari ratione differẽtia cum verè & propriè prædicetur de specie: & cõfundit in se omnia ad quæ se extẽdit vt prædicabile, totũ significabit. Differentiã autẽ duplicẽ ponit inter ea. Differũt primo quo ad formalia significata eorum: quia formale significatũ generis est perfectio materialis: formale autẽ significatũ differentię est perfectio formalis: formale verò significatũ speciei est aggregatum ex vtraq; perfectione nõ distinguẽdo eas: formale autẽ significatũ diffinitionis est similiter aggregatũ ex vtraq; perfectione: sed diuidẽdo in singulas. v. g. formale significatũ animalis est natura sensitiua quæ se habet vt materialis ad perfectionẽ intellectualẽ quę formaliter importatur per rõnale: & consequẽter perfectio intellectualis se habet vt formalis: similiter formale significatũ hominis & animalis rõnale est aggregatũ ex natura sensitiua & intellectiua: sed aĩal rõnale sepatim explicat vtrũq; hõ verò nõ.

Pro intellectu horũ nota q̃ significatũ formale nominis ad præso est perfectio seu forma determinatè: & primo explicata per illud nomen. Materiale verò est illud qđ sub nominis significatione cadit nõ primo: vnde considerato omni eo qđ tam formaliter q̃ materialiter importatur per genus: spẽm: differẽtiã: & diffinitionẽ: dicit q̃ idẽ significãt & q̃ cõueniũt: cõsideratis aũt formalibus eorũ significatis: dicimus q̃ differũt & q̃ nõ significãt idẽ. Sed ne vageris quærẽdo differẽtiã inter significatũ formale speciei & diffinitionis: qm̃ nulla est: sed in modo tm̃ exprimẽdi idẽ formale significatũ differũt. spẽs em̃ indistinctè actu tm̃ explicat totũ: diffinitio verò diuidit in singula: vt dicit primo physicorũ. tex. cõ. 5. Genericũ ergo nomẽ, puta animal formaliter & determinatè explicat materialẽ hominis perfectionẽ. ſ. sensitiuã: & ideo genus sumitur à materia. 8. meta. tex. cõ. 9. differẽtiæ verò nomẽ puta rõnale formaliter & determinatè explicat formalẽ rei perfectionẽ: ideo dicitur ibidẽ sumi à forma. Et sicut in formali significato generis nõ cadit perfectio per differẽtiã importata: quia indeterminatè in illo includitur: ita in formali cõceptu differẽtiæ nõ cadit genus ea dẽ ratione: quia. ſ. perfectio generica indeterminatè cadit in nomine differẽtię. Sicutem̃ ex eo q̃ animal significat habẽs naturã sensitiuã duo significat naturã sensitiuã formaliter & primo & qđ habet illã indeterminatè: non em̃ explicat an id sit hõ vel bos sic rõnale ex eo q̃ significat habẽs rõnalitatẽ duo significat. ſ. rõnalitatẽ formaliter & primo: & habẽs illã secũdariò & indeterminatè. nõ em̃ determinat quid sit id habẽs an hõ vel aĩal: & ideo dicit Aui. q̃ genus nõ est in dria: sicut pars essentiæ eius. i. sicut pars sui formalis significati: sed est extra formale significatũ eius. sicut subiectũ est extra formale significatũ suæ passionis. Albũ em̃ purã qualitatẽ significat: vt dicitur in predicamẽtis. Et licet genus nõ sit de intellectu differẽtiæ tali modo. ſ. vt formaliter significatũ per illã: est tm̃ de intellectu eius alio modo: vt subiectũ. ſ. est de intellectu passionis. Dupliciter em̃ vt supradictum est: aliquid cadit in rõne alicuius. Vno modo vt pars quiddi tatis. Alio modo vt subiectũ eius: quõ subiectum intrat diffinitionẽ passionis. vt habes. 7. metaph. tex. cõ. 19. & ideo dicit Aristo. 3. meta. tex. cõ. 10. & 4. Topi. cap. 3. q̃ genus per se nõ prædicatur de differẽtia nisi fortè sicut subiectũ prædicatur de passione. Ratio primi dicti est: quia genus in nullo modo dicẽdi per se prædicatur de differentia: nõ quidẽ in quatuor: quia differẽtia nõ explicat cãm generis. Nec in secũdo: quia differentia nõ ponitur in generis diffinitione: nec etiã in primo ꝓpriè: quia prædicata primi modi in recto quæ ꝓpriè prædicãtur: sunt ea quæ intrinsecè in rõne cadũt: & nõ ea quæ per additamẽtũ in ea sunt. hõ em̃ nõ prędicatur ꝓpriè de risibili in primo mõ. qđ patet ex eo q̃ ista: risibile est hõ, est per accidẽs. vt dicit primo poste. cap. 18. Ratio secũdi est: quia si genus est de intellectu dr̃ię: sicut subiectũ est de intellectu passionis. cõsequẽs est q̃ genus prædicetur de dria: sicut subiectum de passione. Quod dicit (fortè) nõ dubitãtis est: sed nõ determinãtis. cõsueuit em̃ apud ipsum res non decisa sub dubia verborũ forma poni. Aduerte q̃ licet sub intellectu dr̃ię cadat genus determinatè: no mẽ tm̃ differẽtiæ genus illud non explicat determinatè. rõnale em̃ nõ explicat aĩal cũ rõnalitate sed habẽs rõnalitatẽ: sicut & in diffinitione risibilis cadit hõ: & tm̃ hoc nomen risibile nõ explicat hominẽ determinatè: signãt. n. habẽs risibilitatẽ.

5. metaph. ca. 6. prædicamento substãtiæ.

C. 2. q. 3. T. c. 19. T. c. 10. Cap. 3.

Cap. 18. T. c. 35.

T. c. 5. T. c. 6. T. c. 9. T. c. 15.

Et ex hoc patet ratio quare genus & species & differentia se habeant proportionaliter ad materiam formam & cõpositum in natura quanuis non sint idem cum illis: quia neq; genus est materia: sed sumitur à materia vt significans totum: nec differentia est forma, sed sumitur à forma vt significans totum, vnde dicimus hominem esse animal rationale & non ex animali & rationali, sicut dicimus eum esse ex corpore & anima. Ex corpore em̃ & anima dicit esse

Vid Aui. 5. meta. cap. 5.

esse homo, sicut ex duabus rebus quædam tertia res cõstituta quæ neutra illarum est: homo enim nec est anima, neque corpus, sed si homo aliquo modo ex animali & rationali dicatur esse, non erit sicut res tertia ex duabus rebus, sed sicut intellectus tertius ex duobus intellectibus. Intellectus enim animalis est sine determinatione formę specialis naturam exprimens rei: ex eo quod est materiale respectu vltimæ perfectionis. Intellectus autem huius differentiæ rationalis consistit in determinatione formæ specialis, ex quibus duobus intellectibus constituitur intellectus speciei vel diffinitionis, & ideo sicut res constituta ex aliquibus non recipit prædicationem earum rerum ex quibus constituitur: ita nec intellectus recipit prædicationem eorum intellectuum ex quibus constituitur, non enim dicimus quòd diffinitio sit genus vel differentia.

Corollarie cõcludit secũdã differẽtiã inter genus & speciẽ & differẽtiã: quia. ſ. genus ꝓportionaliter se habet ad materiã quę est pars cõpositi: & non significat ipsam. differentia proportionaliter se habet ad formam & non significat ipsam species ꝓportionaliter se habet ad cõpositũ ex materia & forma: & vt sic nõ significat cõpositũ ex materia & forma: sed aliquid cõplectẽs genus & differẽtiã. In assignatione huius differẽtiæ secundũ quodlibet mẽbrũ ponũtur duæ particulę. puta in primo mẽbro prima particula est q̃ genus proportionaliter se habet ad materiã. secunda verò est q̃ genus non significat materiam: similiter in secundo & tertio membris. Prima particula omnium sequitur ex supradictis. Si enim perfectio generica quæ formaliter importatur per genus est materialis respectu pfectionis differẽtialis quæ formaliter importatur per differẽtiã: oportet q̃ sicut se habet materia respectu formæ in cõposito naturali, puta sorte: ita genus respectu differẽtiæ in cõposito rationali. ſ. specie. vt sicut materia est potẽtialis & perficitur ac specificatur per formã: sic generica perfectio est potentialis perfectibilis & specificabilis per differẽtiã. Secũda verò particula (licet sequatur etiã ex supradictis) quia ex eo q̃ genus differẽtia & species significat totũ: sequitur immediatè q̃ genus nõ significet materiã: quia materia nõ est totũ. & q̃ differẽtia nõ significet formã quia forma nõ est totũ, & q̃ spẽs vt sic nõ dicat cõpositũ ex materia & forma: eo q̃ partes eius vt sic nõ sunt materia & forma: sed genus & differẽtia. Attamen. S. Tho. ꝓbat eãtali ratione: materia & forma sunt partes sui totius: sicut duæ res tertiæ rei, genus & differentia nõ sunt partes sui totius. ſ. speciei: vt duę res tertię rei: ergo genus & differẽtia nõ sunt materia & forma speciei. Maior patet ex se: hõ em̃ est alia res à materia sua & alia à sua forma. (Nec est curę modo vtrũ sit res distincta realiter vel scđm rõnem ab illis duabus cõiunctis.) sufficit em̃ nobis qđ sit tertia res realiter distincta à qualibet parte. Minor verò declaraꝫ hoc modo. si genus & dria cõponerẽt speciẽ vt duę res tertiã: tunc hõ esset cõpositus ex animali & rõnali. hoc est falsum: ergo à destructione cõsequentis genus & differẽtia nõ cõponũt speciẽ vt duę res tertiã: quod erat probãdũ. cõsequẽtia patet ex se falsitas verò cõsequẽtis probatur: ex eo q̃ nulla pars prædicatur de suo toto: vt supra dictum est. habetur quarto topicorum cap. 11. animal autem prædicatur de homine: similiter rationale. dicimus enim q̃ homo est animal & q̃ est rationalis.

Cap. 11.

Aduertendũ est q̃. S. Tho. in textu explanando maiorẽ exẽplariter dicit: q̃ homo dicitur esse ex anima & corpore: sicut ex duabus rebus tertia res. Circa quæ verba dubitatur qũo hoc sit verũ (eius doctrinã sustinẽdo) ponẽtis vnicã formã substãtialẽ in cõposito. quæcũq; em̃ sunt idẽ realiter nõ cõstituũt aliquod: vt duę res tertiã. perfectio aũt corporea & anima sunt idẽ realiter si vnica forma ponitur. qũo ergo cõstituẽt hominẽ vt duę res tertiã. Hãc dubitationẽ propter eius magnã difficultatẽ diuersi diuersimodè soluũt. Quidã dicũt q̃ corpus & anima nõ sunt secũdũ rem partes hominis: sed secũdũ rõnẽ tm̃. licet em̃ anima sit verè pars: corpus aũt secũdũ rẽ est totũ: dicit em̃ cõpositũ ex materia & forma quæ est aĩa: ideo nõ est cõpositus ex anima & corpore tanq̃ ex duabus partibus secũdũ rẽ sed secũdũ rõnem sed bene est cõpositus ex eis tanq̃ ex duabus rebus: eo modo quo totũ & pars sunt duę res: vt tertia res secũdũ rationẽ distinctã ab altera. ſ. corpore: & secũdũ rem ab altera, scilicet anima. Alij dicũt & in idẽ redit: q̃ homo est cõpositus ex anima & corpore: sicut ex causa formali: & eo cuius est causa formalis. Diuersæ enim res sunt (secundũ Auic.) causa formalis & id cuius est causa formalis: sicut lucidũ est cõpositũ ex luce & lucido: vnde & isti dicunt quòd est cõpositus homo ex duabus rebus, scilicet toto & parte, sed non ex duabus partibus secundũ rem. Alij dicunt quòd locutio ista est intelligenda per synecdochen. homo est cõpositus ex anima & corpore ratione suæ partis. ſ. materiæ. Mihi autẽ pro nunc videtur dicendum quòd homo est compositus ex anima & corpore non solùm tanquam ex duabus rebus tertia res: sed tanquam ex duabus partibus secundum rem totum accipiendo corpus non vt est genus, sed vt significat partem: & accipiendo animam præcise: vt diffinitur secundo de anima. Significat autem corpus sic acceptum cõpositum ex materia & perfectione corporea præcise.

T. c. 6.

præcise. Anima verò perfectionē vitalē præcise. Probatur intētū sic: corpus differt realiter ab anima: & nō vt totū à parte: ergo vt pars à parte. probatur media: quia totū cōfuse saltē includit partē: corpus aūt sic acceptū excludit aīam: vñ in diffinitione animæ ponitur corpus vt subiectū deferens animā: vt ibi dicit. S. Tho. Prima propositio ex se est euidēs & ab omnibus cōcessa: cōsequentia autē ex sufficiēti diuisione robur trahit: oportet em̄ vel vt totū à parte: vel vt pars à parte: corpus realiter differre ab aīa: si realiter differunt: hō igitur est cōpositus ex corpore & anima tanq̄ ex partibus realiter distinctis: qđ erat intentū. Et aduerte q̄ corpus pars cū importet corporeitatē præcise extra ipsum est idētitas perfectionis corporeę ad animā: seu pfectionē vitalē: accidit em̄ (accidēte extraneo) corpori præcise q̄ eius perfectio sit idē cū anima: per se em̄ præscindit animā: & ideo per se loquēdo subtiliter dictū est hominem cōponi realiter ex aīa & corpore. Vnde scđm hoc ad obiectionē deductā: dic q̄ licet perfectio corporea seu forma corporeitatis sit eadē realiter animæ: corpus tamē aliud est realiter ab anima: & ipsa perfectio corporea per se loquēdo nō est eadē realiter ipsi animæ: imò ipsam excludit præcise accepta: & ideo corpus & anima cum præcisione per se loquendo realiter partis ipsius hoīs conceditur esse. Huic rñsioni fauent verba text. vbi assignatur pro causa dicti præcisio animæ à significato corporis. Quod diximus de corpore & anima respectu animalis dicere poteris de animali & anima intellectiua respectu hominis: de corpore & forma lapidis respectu lapidis: & sic de alijs semper accipiēdo terminos præcise pro partibus: licet nō cōsuetū sit dici inanimata cōponi ex corpore & forma specifica sicut animata ex anima & corpore propter latētē differētiā inter corporeitatē & formā inanimatorum: & etiā quia forma animatorū eleuat cōpositum ad hoc q̄ moueat seipsum oportuit in ipso distinguere partē mouentē & partē motā: animā. s. & corpus: qđ nō inuenitur in formis inanimatorū.

Supra. t. c. 6.

Aduerte Secundo q̄. S. Tho. ad clarificādā minorē dicit q̄ homo nō est ex animali & rationali sicut ex duabus rebus tertia res: sed sicut intellectus tertius ex duobus intellectibus. Vbi sciēdū q̄ genus spēs & differētia possunt accipi tripliciter. Primo modo pro re significata per nomē genericū specificū & differentiale primæ intentionis. Secūdo modo pro cōceptu formali taliū nominū. Tertio modo pro re significata per eorū nomina secūdæ intentionis: verbi gratia, animal homo & rationale possunt accipi primo pro re significata per hæc nomina: secūdo pro conceptibus eorū formalibus: tertio pro relationibus generis speciei & differētiæ: primo modo nec spēs nec diffinitio est cōposita ex genere & differentia eo q̄ res significata per speciē & diffinitionē est eadē realiter cum re significata per genus & differentiā: idem enim nō cōponūtur ex seipso. Tertio modo similiter nec species nec diffinitio est cōposita ex genere & differētia eo q̄ relatio speciei relatiuè apponitur relationi generis (vt dicitur à Porphyrio.) Nullū autē correlatiuū cōponitur ex suo correlatiuo: & vniuersaliter non apparet quomodo relatio possit cōponi ex alijs relationibus: vnde sicut relatio quā significat hic nomē propositio nō est composita ex relatione prædicati ad subiectū: sed est relatio attributa ab intellectu ipsi cōplexo ex prædicato & subiecto: ita relatio diffinitionis est relatio attributa tali formato conceptu in prima operatione intellectus explicanti distinctè genus & differentiam. Secūdo verò modo tā spēs q̄ diffinitio est cōposita ex genere & differentia: cōceptus em̄ formalis speciei integratur ex cōceptu formali generis & cōceptu formali differētiæ tanq̄ ex duabus partibus: verbi gratia, cōceptus formalis hominis est aggregatū quid ex cōceptu formali animalis & cōceptu formali rationalis. Quod ex supradictis sic deducitur, ex eo em̄ q̄ ostēdimus genus & differētiam & speciē differre in significato formali liquet q̄ cōceptus formalis animalis est cōceptus perfectionis sensitiuę: & cōceptus formalis rationalis est cōceptus perfectionis intellectiuę: & cōceptus formalis hominis: est conceptus vtranq; perfectionē cōplectens ex illis tanq̄ cōceptus tertius illorū adunatione formatus: & sic homo est ex animali & rationali tanq̄ intellectus tertius ex duobus intellectibus: id est tanq̄ cōceptus tertius ex duobus cōceptibus & nō tanq̄ res ex duabus rebus: & quia nulla pars vt pars prædicatur in recto de suo toto: ideo intellectus siue conceptus formalis animalis nō prædicatur in recto de itellectu id est cōceptu formali hominis. Ista em̄ est falsa: cōceptus formalis hominis est cōceptus formalis animalis: quia cōceptus formalis hominis aggregat totum ex intellectiua & sensitiua perfectionis cōiunctum: cōceptus verò formalis animalis non nisi partem. s. perfectionē sensitiuā dicit (licet vt supra dictā est scđm cōceptū seu significatū materiale & formale simul totū dicat) homo ergo scđm suū formalē intellectū seu conceptū acceptus nō est animal neq; rationale: sed ex animali & rationali. Et sicut dictū est de homine qui est species: ita dicito de aīali qđ est diffinitio: animal em̄ rationale scđm suū formalem cōceptum: non est animal neq; rationale: sed ex animali & rationali: differt nanq; formalis cōceptus animalis rationalis à conceptu formali animalis: & à conceptu rōnalis sicut totū à partibus.

C. & spē.

Hoc autem quod dictū est, cōceptū formalē s. speciei & diffinitionis componi ex cōceptibus formalibus generis & differētię potest dupliciter intelligi. Vno modo de conceptu mentali. Alio modo de cōceptu obiectali formaliter sumpto. Si primo modo adhuc dupliciter intelligi pōt. Vno modo de conceptu mentali scđm esse subiectiuū: seu secundum id quod est. Alio modo de illo secundum esse repræsentatiuum: cōceptus mentalis speciei secundum id quod est non est cō positus ex conceptibus mentalibus gñis & differentiæ secundum id quod sunt: eo quòd oēs sunt qualitates simplices: nec possunt distingui in plures partes componentes. Non enim est imaginandum cum intellectus format conceptum diffinitiōis hominis scilicet animal rationale: q̄ formet plures conceptus: sed vnum tantum: qui est quædam simplex qualitas: distinctè singulas repræsentantem: sicut & in re extra: res diffinita est habens rem generis & differentiæ absq; compositione reali: vnde hoc primo modo dictum nostrum non est verum: cōceptus verò mentalis speciei secundum esse repræsentatiuū formaliter acceptus est compositus ex conceptibus mentalibus generis & differentię secundum esse repræsentatiuum formaliter acceptis sicut idolum repręsentans totum ex idolis partium: homo enim in mente repræsentat aggregatum ex perfectiōe sensitiua & intellectiua: animal verò in mente formaliter non repræsentat nisi perfectionem sensitiuam. rationale autem non nisi intellectiuam: vnde hoc modo verificatur dictum nostrum. Conceptus autē obiectalis speciei formaliter sumptus cum nil aliud sit quàm significatum formale cōceptus mētalis eiusdem est compositus secūdum rationem ex conceptibus obiectalibus generis & differentiæ formaliter acceptis: sicut significatum formale speciei est compositum secundum rationē ex significatis formalibus generis & differentiæ (vt suprà ostensum est.) vnde homo acceptus vt est obiectus conceptui mentali suo, scilicet specifico non est animal neque rationale: sed ex animali & rationali: accipiendo etiam animal & rationale secundum quòd obiecta sunt suis mentalibus conceptibus: vt ostendit falsitas huius propositionis, obiectum formale specificum est obiectū formale genericum siue differentiale: dicit enim homo vt sic aggregatum ex perfectione sensitiua & intellectiua: animal verò vt sic non nisi vnam partem aggregati: scilicet sensitiuam naturam: & rationale: vt sic non nisi alteram partem scilicet intellectiuam perfectionem: manifestum est autem quòd aggregatum non est aliquod aggregatorū: vnde & hoc modo dictum nostrum veritatē continet: & est maximè ad propositum. Et sic animal quo ad rem importatam nec est pars nec totum respectu hominis & animalis rationalis: quo ad significatum verò materiale & formale simul est totum: quo ad significatum formale autem est pars tam obiectaliter quàm repræsentatiuè sumptum. Vnde cum dico, homo est animal rationale: si res ipsa solum attendatur: nec partis nec totius ratio saluabitur: si verò res ipsa sic significata, scilicet implicitè includens inferiora inspiciat: totius rationem habet: si autem res ipsa sic significata attendatur secundum id quod explicitè includit vt sic: partis rationē sortitur propter quòd animal ponitur in diffinitione hominis: vt res: res enim dere prædicatur vt totum: quia prædicatur in recto: & vt pars quia additur differentia quæ aliud explicat &c. Quod supra diximus de specie dicito de diffinitione: seruato semper eo quod dicitur primo physico. tex. cōm. 5. s. quòd diffinitio diuidit in singula: non autem species. ¶ Nec fallaris nr̄a dicta in hac materia legens & supra (quoniam supra) per conceptum formalem conceptū mentalem distinctum contra obiectalem accepimus: in hac materia verò per intellectum seu conceptum formalem tam mentalem conceptum q̄ obiectalem formaliter sumptū intelligit volum⁹.

Tex. c. 5. c. 1. q. 2.

Quanuis autem genus significet totam essentiam speciei, non tamē oportet vt diuersarum specierum, quarum est idem genus, sit vna essentia: quia vnitas generis ex ipsa indeterminatione vel indifferētia procedit: non autem ita quòd id quod significatur per genus, sit vna natura numero in diuersis speciebus cui superueniat res alia quæ sit differentia determinans ipsum: sicut forma determinat materiam, quæ est vna numero: sed quia genus significat quādam formā: tamen non determinatè hanc vel illam quam determinatè differētia excludit quæ non est alia quàm illa quæ indeterminatè significabatur per genus: & ideo dicit Commentator in. 11. Metaphy. q̄ materia prima dicitur vna per remotionem omnium formarum: sed genus dicitur vnum per communitatem formæ significatę: vnde patet quòd per additionē differentiæ remota illa indeterminatiōe, quę erat causa vnitatis generis remanent species diuersæ per essentiam.

Cap. 14.

In quarta parte capituli huius intendit excludere talem obiectionem. Quæcunq; habent vnū genus habent vnam essentiam: diuersæ species habent vnum genus: ergo diuersæ species habent vnam essentiā: quod est falsum: quia species differunt essentialiter: maior probatur. ex eo quod genus secundum prædicta dicit totam essentiā specierum. (Et licet ista obiectio faciliter solui posset dicendo quòd species habent eandem essentiam genericè: non tamen specificè) quia tamen argumentum altiorem difficultatem petit: ex altiori principio respondere oportuit. Inducta est enim hæc obiectio ad concludendum diuersas species habere eandem essentiam simpliciter & non genericè: vt patet ex medio assumpto sic arguēdo: ea quorum tota essentia est vna habent eandem essentiam simpliciter: diuersarum specierū eiusdē

generis tota essentia est vna: ergo diuersæ species E eiusdem generis habent eandem essentiam simpliciter. minor patet ex eo ꝙ genus dicit totã essentiam specierum: & est vnum in eis. Ad huius obiectionis exclusionem declarat quo gen⁹ est vnũ & innuit talem distinctionem: aliquid significat vnũ dupliciter. Vno modo per positionem vnius determinatæ rei significatę. Alio modo per indifferentiam seu indeterminationem plurium rerũ importatarum. primo modo genus nõ significat vnum sed secũdo modo. illud enim primo modo significat vnum cuius significatũ secundũ se acceptum est vna aliqua natura & determinata: sicut homo significat humanitatẽ quæ est certa & determinata natura. s. humana. Illud aũt quod significat vnũ secũdo modo habet significatum nõ ali F quam determinatã naturã: sed plures naturas indeterminatè sicut animal significans perfectionẽ seu naturã sensitiuã nõ signat aliquã certam & determinatã naturã siue formã. nulla em̃ est in vniuerso forma quę sit aĩa sensitiua sed quælibet est vel bouina vel leonina vel humana &c. vnde dicit. 7. Physicorum. tex. cõmẽ. 31. ꝙ iuxta genus latent multa. &. 10. Metaphy. tex. cõmẽ. 24. ꝙ natura generis diuersa est in speciebus. & primo de aĩa. tex. cõm. ꝙ ratio animalis secundum vnũquodq; aĩal est altera. est igitur genus vnũ secundo modo. vnde ad formã rõnis dicitur secundũ præmissam distinctionẽ ꝙ quorum est tota essentia vna primo modo, eorũ est essentia eadẽ simpliciter. non aũt quorum tota essentia est vna secũdo modo: sicut G est in proposito. specierum enim totam essentiã non adunat genus nisi vnitate indeterminatiõis.

Te.c.31. Te.c.24.

Aduertendum aũt est in litera appositã fuisse differentiã inter vnitatẽ generis & vnitatẽ materiæ primæ ad maiorẽ prædictorũ euidentiã: quã etiã dr̃iam ponit Cõmen. 12. Metaph. cõm. 14. vbi nota ꝙ de materia cõtingit loqui dupliciter. Vno modo vt est quoddã totum vniuersale respiciens hanc materiã vel illam vt partes subiectiuas: & sic de ipsa modo nõ est sermo. idẽ enim est iudicium de eius vnitate & de vnitate cuiusque vniuersalis. Alio modo cõtingit loqui de ea solitariè sumpta secundũ se: non prout est vniuersalis aut particularis: neq; prout est in hac specie vel illa: & sic de ea loquitur Cõmẽ. ibi, & S. Tho. hic. Differũt ergo vnitas materiæ sic accepta: & vnitas generis in H hoc: ꝙ vnitas materiæ est vnitas numeralis fundata supra determinatam rem. vnitas verò generica est vnitas non numeralis sed indeterminationis fundata supra diuersas naturas indeterminatè. Cum aũt audis vnitatem materiæ primæ esse vnitatem numeralem intellige negatiuè non positiuè. Dicitur enim aliquod vnũ numero dupliciter: positiuè scilicet & negatiuè. illud est vnum numero positiuè quod est vnũ per positionem ꝓprietatis seu differẽtiæ numeralis: sicut sor. & hoc modo materia prima secundũ se non est vna numero: quia nullam proprietatem indiuidualẽ includit. Illud est vnũ numero negatiuè quod vniuersale cum non sit, est non plura numero. hoc autẽ est illud quod nullum distinctiuũ includit in se: vnde pluralitatem & numerum habere queat: & hoc modo materia prima secundum se est vna numero: & talis vnitas numeralis fundatur supra determinatam entitatem: rem illam. s. quæ est materia: quæ nullum distinctiuum includit cũ ab omni denudata sit actu cuius est distinguere: & ideo Vbi supra. c. 14 dicit Com. ꝙ materia est vna per remotionẽ omnium formarum: quia vnitatem suam negatiuè habet: ex hoc ꝙ non habet distinctiuas formas. Genus aũt non esse vnum numero, neq; positiuè neq; negatiuè propriè loquendo ex eo patet: qa vnitas numeralis tã positiuè quàm negatiuè fundatur supra certam & determinatam rem: quod in genere non inuenitur. dicit enim genus plures naturas & res ex quibus numerari potest. Sed & genus sit vnum vnitate indeterminationis: ex eo patet quòd naturæ plures per genus importatæ non adunantur in eius significatione: nisi ꝓpter hoc quòd indeterminatè significat eas. aĩal enim ideo adunat in se equum, bouem, leonem &c. qa non determinatè explicat quis eorum sit habens perfectionem sensitiuam. & ideo dicit Cõmẽt. ibi: quòd genus est vnum per communitatem formę signatę, idest ex eo quòd communiter & non determinatè formas significat. vñ & patet quomodo proposito S. Tho. deseruit inducta auctoritas. si enim materia & genus in hoc differunt ꝙ materiæ vnitas est per negationẽ formarum supra entitate determinata fundata: & genus non est vnũ nisi propter hoc quòd significat cõmuniter plura. consequens est quòd genus non sit vnum nisi ex indeterminatione: quod erat propositum.

Et quia (vt dictum est) natura speciei est indeterminata respectu indiuidui: sicut natura generis respectu speciei: inde est ꝙ sicut id quod est genus prout prędicatur de specie implicitè in sua significatione, quãuis indistinctè: totum id quod determinatè est in specie: ita id quod est species secũdum quod prædicatur de indiuiduo: oportet quod significet totum quod essentialiter est ĩ indiuiduo licet indistinctè: & hoc modo essentia speciei significatur nomine hominis: vnde homo de forte prædicatur. Si autem significatur natura speciei cũ præcisione materiæ signatæ: quæ est principium indiuiduationis: sic se habebit per modum partis: & hoc modo significat nomen humanitatis: humanitas enim significat id vnde homo est homo. Materia autẽ signata non est illud: vñ homo est homo.

&ita

& ita nullo modo continetur inter illa ex A quibus homo habet ꝙ sit homo. Cum igitur humanitas in suo intellectu ĩcludat tãtum ea ex quibus homo habet quod sit homo. patet quod à significatione eius excluditur vel præscinditur materia determinata vel signata. Et quia pars non prædicatur de toto, inde est ꝙ humanitas nec de homine: nec de forte prædicatur. vnde dicit Aui. ꝙ quidditas compositi non est ipsum compositum cuius est quidditas: quãuis etiam ipsa quidditas sit composita: sicut humanitas licet sit composita: non tamen est homo, imò oportet quod sit recepta in aliquo quod est materia signata. Sed quia (vt dictum est) designatio speciei respectu generis est per formas: designatio autem indiuidui respectu speciei est per materiam: ideo oportet vt nomen significans id vnde natura generis sumitur cum præcisione formæ determinatæ perficientis speciem significet partem materialem totius: sicut corpus est pars materialis hominis: nomen autem significans id: vnde sumitur natura speciei cum præcisione ma C teriæ designatæ significat partem formalem: & ideo humanitas significatur vt forma quædam. Et dicitur quòd est forma totius: non quidem quasi superaddita partibus essentialibus materiæ & formæ: sicut forma domus superadditur partibus integralibus eius, sed magis est forma quæ est totum, scilicet formam complectẽs & materiam: cum præcisione tamen eorum per quæ materia est nata designari. Sic ergo patet quòd essentia hominis significatur hoc nomine homo. & hoc nomine humanitas: sed diuersimodè vt dictum est: quia D nomen homo significat eam vt totum inquantum, scilicet non prætendit designationem materiæ: sed implicitè cõtinet eã: & indistinctè sicut dictum est quòd genus continet differentiam: & ideo prædicatur hoc nomen homo de indiuiduis: sed hoc nomen humanitas significat eam vt partem: nec continet in sua significatione nisi id quod est hominis inquantum homo: & præcidit omnem designationem materiæ. vnde de indiuiduis hominis non prædicare: & propter hoc quandoque hoc nomen essentia inuenitur prædicatum de re: dicitur enim sortis essentia quędã & quandoq; negatur: sicut dicimus quòd essentia sortis non est sortes.

In hac quinta & vltima parte huius capituli cõparat essentiam specificam ad indiuiduum secundum totalitatem, partialitatem, prędicabilitatem & formalitatem. Ad quorum euidentiam aduertendum est ꝙ sicut supra de essentia generica dictum est ꝙ potest significari per modum totius & per modum partis: ita nunc dicitur ꝙ essentia specifica potest accipi vt significata nomine primæ intentionis per modum totius & per modũ B partis. Per modum quidem totius sicut essentia humana significatur per (ly homo) per modum verò partis sicut illamet significatur per (ly humanitas). Differt autem ipsa à se altero modo significata in hoc ꝙ significata per modum totius implicitè includit indiuidua: significata verò ꝑ modum partis excluditilla à sui significatiõe. Quod sic declaratur exemplariter. homo cum significet habẽs naturam humanam implicitè includit sub (ly habẽs) omnia indiuidua humana: habens enim naturam humanam est quodcunq; indiuiduum humanum: humanitas autem cum significet quo homo est homo: omne aliud ab humani tate excludit à ly quo: nullum enim aliud ab humanitate est quo homo est homo: & ideo cũ principia indiuiduantia sint aliud ab humanitate (vt Capit. 2. supra dictum est) sequitur ꝙ humanitas excludit principia indiuiduantia à sui significatione: & cõsequenter indiuidua quæ siue indiuiduatione intelligibilia non sunt: sicut nec species absq; differentia intelligi potest: & cum pars non prædicetur de suo toto: omne autem prædicatum in recto habet rationẽ totius: ideo essentia primo modo: idest per modum totius significata de indiuiduis in recto prædicatur: significata vero per modum partis nequaquam: & propter hoc illa est vera: sor. est homo: illa autem falsa, propriè loquendo: sor. est humanitas (vt Auicen. testatur) & sic iã Capit. 8. patet proportio essentiæ specificæ ad indiuiduũ secundum tria: scilicet totalitatem partialitatem & prædicabilitatem. Quo ad formalitatem verò declaratur apposita differẽtia inter essentiam generica per modũ partis significatam respectu speciei: & essentiam specificam per modum partis significatam respectu indiuidui. Differunt enim in hoc quòd illa est pars materialis speciei: ista verò est pars formalis indiudui. Et ratio est: quia illa scilicet essentia generica comparatur ad alteram partem speciei vt materia ad formam & perfectibile ad suam perfectionem: cum designatio seu determinatio generis ad speciem fiat per differentiam: quæ sumitur à specifica forma quæ perficit & complet perfectionem genericam: ista

verò.s.specifica essentia comparatur ad alterã par E tem indiuidui: vt forma ad materiã: & perfectio ad perfectibile: cum designatio seu determinatio speciei ad indiuidua fiat per materiam signatam: quam imperfectiorem esse specifica forma, qua essentia specifica sumitur: constat: & ideo animalitas est pars materialis hominis: humanitas verò est pars formalis sor. & dicitur quòd est forma totius non quasi superaddita &c.

Ad euidentiã horũ verborũ est notandũ ꝙ forma totius & forma partis: vt in secũdo cap. visum fuit: differunt realiter: non sicut vna forma differt ab alia forma: puta albedo à dulcedine: sed sicut totum & pars: & ideo dicitur hic ꝙ forma totius
Capit. 2. non est quasi superaddita partibus. i. non est forma addita materiæ & formæ: sicut forma domus F est forma addita lignis lapidibus cemento & cæteris partibus: sed magis est forma quæ est totũ. i. ipsum compositum resultans ex partibus. Quod cum per modum partis formalis significatur: forma totius appellatur: eo quia totius est completę certificatiuũ & distinctiuum & determinatiuum: hæ em̃ sunt conditiones formæ. Et residuũ sermonis epilogus ꝙ sepatẽs est. ¶Caput Quartum.

5. Meta. cap. 6. in princip. VISO quid significetur nomine essentię in substantijs compositis: videndum est quomodo se habeat ad rationẽ generis speciei & differentiæ: quia autẽ cui conuenit ratio generis speciei vel differentię: prædicatur de hoc singulari signato: impossibile est ꝙ ratio gẽris vel speciei vel differentiæ conueniat essentiæ secundum ꝙ per modum partis significatur vt nomine humanitatis vel animalitatis. & ideo dicit Auicen. ꝙ rationalitas non est differentia, sed differentiæ principium, & eadem ratione humanitas non est species, nec animalitas genus.

IN hoc quarto cap. intendens determinare quo modo essentia substãtiarum compositarum se habeat ad intentiones logicas. s. genus spẽm H differentiam: quatuor facit: primo sex conclusionibus determinat intentum: secundo excludit quẽdam Auer. errorẽ: tertio excludit quandã aliam obiectionem: quarto rñdet cuidã tacitę obiectiõi. Pro intellectu primæ partis notandæ sunt duæ distinctiones. Prima est ista. Natura seu essentia substãtiæ cõpositæ potest tripliciter accipi: primo vt significata per modũ partis: secundo vt per se existens separata à singularibus: tertio vt significata per modum totius. Secunda distinctio quæ est subdiuisio tertij membri est ista: natura substãtiæ compositæ significata per modum totius potest accipi tripliciter: primo secundum se: secũdo secũdum esse quod habet in singularibus: tertio secũdum esse quod habet in intellectu. His prælibatis: scias ꝙ secundũ singula mẽbra harum diuisionũ ponit singulas cõclusiones: secundũ prima quidẽ duo mẽbra vtriusq; diuisionis ponit quatuor negatiuas: secundũ verò vltima vtriusq; ponit duas affirmatiuas: ita ꝙ secundũ quamlibet diuisionẽ primo ponit duas negatiuas: deinde tertiam affirmatiuã: & sic fiunt sex cõclusiones. Prima ergo cõclusio negatiua est: essentia substantiæ cõpositę significata per modũ partis sicut animalitas humanitas rõnalitas non est genus neq; species neque differentia: quã probat sic: tam genus q̃ species q̃ dria prædicatur in recto de hoc particulari supposito: puta sorte: essentia substantiæ cõpositæ significata per modũ partis non prædicatur in recto de hoc particulari supposito: ergo essentia taliter significata non est genus: nec species: nec differentia: omnes propositiones patent (ex præcedenti capit.) & ideo dicit (Auicen.) ꝙ rationalitas Capit. 3. 5. Meta. cap. 7. in princip. quæ significat per modum partis non est differẽtia: sed principium differentiæ: & similiter animalitas non est genus: sed generis principium: & humanitas non est species sed speciei principium sicut albedo est principium albi: & pars est principium eius cuius est pars.

Similiter etiam non potest dici ꝙ ratio generis speciei differentiæ cõueniet essentiæ secundum ꝙ est quædam res existens G extra singularia: vt Platonici ponebant: quia sic genus & species non prædicarentur de hoc indiuiduo: non enim potest dici ꝙ sortes sit hoc: quod ab eo separatũ est. Nec separatum illud proficit in cognitione huius singularis signati.

Hic ponitur secunda conclusio negatiua essentia substantiæ compositæ per se non in singularibus existens non est species seu genus. Et probat eam duplici ratione. Primò sic: genus seu species prædicatur de hoc particulari essentia per se subsistens non in singularibus non prædicatur de hoc particulari: ergo essentia per se subsistens non in singularibus non est genus seu species: maior patet: minor probatur sic: subiectũ est id quod in recto de eo prædicatur: sortes non est homo separatus: ergo sortes non est subiectum respectu hominis separati: ergo homo separatus nõ prædicatur de sorte: quod erat assumptum in minore. Secundo sic: genus seu species est id quo indiuidua cognoscuntur: essentia per se subsistens non in singularibus non est id quo indiuidua cognoscũtur: ergo essentia per se subsistens non est genus neq; species: maior patet: ex eo quòd vnũquodq; per suum genus speciem differentiam cognoscit. Minor verò ex eo quòd vnumquodq; cognoscitur quidditatiuè per id quod est in eo, & non per id quod non est in eo.

Et ideo

Et ideo relinquitur quòd ratio generis A vel speciei vel differentiæ cõueniat essentiæ secũdum quòd significat per modum totius vt noĩe hominis vel animalis prout implicite & indistinctè continet totũ hoc quod in indiuiduo est.

Hic ponitur tertia conclusio affirmatiua: essentia substantiæ compositę significata per modum totius est species genus vel differentia &c. probatur sic. genus species seu differentia substantialiter continet & implicitè totum quod est in indiuiduis: essentia substantiæ compositæ non nisi significata per modum totius cõtinet implicitè totum esse indiuiduorum: ergo essentia substantiæ B compositæ significata per modum totius est genus vel species vel differentia. Propositiones omnes (ex præcedenti cap.) patent: vbi diximus genus speciem differentiam conuenire in hoc ꝙ significant totum quod est in inferioribus: & sua abstracta excludere ea quæ sunt in inferioribus:
Capit. 3. est igitur animal genus homo spẽs rationale dria.

Natura autem vel essentia sic accepta potest dupliciter considerari. Vno modo secundum naturam & rationem propriã: & hæc est absoluta consideratio ipsius: & hoc modo nihil est verum de ea dicere, nisi quòd conueniat sibi secundum quòd huiusmodi. Vnde quicquid aliorum sibi attri C buitur falsa est attributio. verbi gratia homini in eo quòd est homo conuenit ratio nale & animal & alia quæ in eius diffinitione cadũt. Album verò vel nigrũ vel quod cunq; huiusmodi quod non est de ratione humanitatis non cõuenit homini in eo ꝙ est homo. Ideo si quæratur vtrum ista natura possit dici vna vel plures: neutrũ concedendum est: quia vtrunq; est extra intellectum humanitatis: & vtrunq; potest sibi accidere. Si enim pluralitas esset de ratione eius nunquam posset esse vna: cum tamen vna sit secundum quòd est in sorte. D Similiter si vnitas esset de intellectu & ratione eius: tunc esset vna & eadem natura sortis & Platonis, nec posset in plurib⁹ plurificari. Alio modo consideratur secundũ quòd habet in se in hoc vel in illo: & sic de ipsa prædicatur aliquid per accidens ratione eius in quo est: sicut dicitur quod homo est albus: quia sortes est albus: quanuis homini non conueniat in eo quòd est homo. Hæc autem natura habet duplex esse. vnum in singularibus: aliud in anima: & secundum vtrunq; consequuntur accidẽtia dictam naturam: & sic in singularibus habet multiplex esse secũdum diuersitatem singularium, & tamen ipsi naturæ secundum propriam considerationem. s. absolutam, nullum istorũ esse debet: falsum em̃ est dicere quod natura hominis inquantũ huiusmodi habeat esse in hoc singulari: si enim esse in hoc singulari conueniret homini inquantum est homo, non esset vnquam extra hoc singulare. Similiter, si cõueniret homini inquantum est homo nõ esse in singulari, nunquam esset in eo. Sed verum est dicere quòd homo inquantum est homo non habet quòd sit in hoc singulari vel in illo: patet ergo quod natura hominis absolutè cõsiderata abstrahit à quolibet esse, ita quod non fiat præcisio alicuius eorum, & hęc natura sic cõsiderata est, quæ prædicatur de omnibus indiuiduis.

Hic antequam ponatur quarta conclusio inchoatur secunda diuisio suprapositа cuius termi nos oportet prædeclarari ad intellectum conclusionum. Natura per modum totius significata (secundum naturam seu rationem propriam: vel secundum se) idem sonat quòd natura considerata secundũ eas conditiones siue ea prædicata quę conueniunt sibi ex sua diffinitione seu in primo modo dicendi per se. Natura verò secundum esse in singularibus idem sonat, quòd natura considerata secundum eas conditiones siue secundum ea prædicata quæ conueniunt sibi ex hoc quòd in singulari vel in singularibus esse habet. Natura autem secundum esse in intellectu idem sonat ꝙ natura considerata secundum eas conditiones siue illa prædicata quæ conueniunt sibi ex hoc ꝙ habet esse in intellectu. Differunt autem quadrupliciter vt ex textu colligitur, conditiones conuenientes naturæ secundum has diuersas acceptiones: eo ꝙ conditiones debitæ naturæ secundum se sunt prędicata essentialia. homo enim secundum se non est nisi animal rationale: conditiones verò debitæ naturæ reliquis duobus modis sunt prædicata denominatiua: homo enim non est res illa quæ conuenit ei ex esse in singularibus: sed ab ea denominatur: non enim homo est albedo quæ conuenit ei ex hoc quod est in sorte: sed ab ea denominatur albus. Similiter homo non est res illa quæ conuenit ei ex esse in intellectu: puta relatio vniuersalitatis aut speciei: sed denominatur ab ea vniuersalis: & species. Et licet hic duo vltima membra hoc conueniant ꝙ attenduntur penes prædicata denominatiua: differunt tamen quia præ-

dicata denoiatiua quæ cõueniunt naturæ secũdũ E
esse in singularibus aliquid ponũt reale supra ipsam sicut album addit supra hoiem naturam albedinis: quæ est ens reale. prędicata verò denoiatiua quę conueniũt rei secundũ esse in intellectu nihil ponũt reale supra naturã ipsam: sed denoiationẽ negatiuã aut relatiuã secundũ aliquã relationẽ rõnis. Cum eñ dico, homo est species. ly species, nihil reale addit supra hoiem: sed solã relationẽ rõnis qua respicit suum genus. species enim gñis est species. Secundo differunt istius diuisionis positę membra in hoc q̃ natura absolutè sumpta nec est vna numero: nec plures numero: si enim esset vna numero non posset reperiri in pluribus numero: quod patet esse falsum: eo q̃ natura humana est in forte & Platone. cõsequentia probatur F
sic. natura secundũ se est vna numero. ergo nõ potest esse distincta numero. ergo non potest reperiri in pluribus numero: quod erat intẽtum. Prima consequentia harum ex eo est clara: quia impossibile est alicui conuenire oppositũ eius quod conuenit ei secundum se: sicut impossibile est homini cõuenire irrationale, distinctio autem numeralis est opposita vnitati numerali: & ideo si natura secundũ se habet vnitatem numeralẽ nunq̃ habere põt distinctionem numeralẽ. Similiter probatur q̃ natura secũdum se non sit plures numero: sequeretur eñ naturam humanã non esse in for. quia non posset habere vnitatẽ numeralẽ: ex quo vendicat sibi secundũ se distinctionẽ numeralem. Natura aũt secundũ esse in singularib' vni G
tatem & distinctionẽ numeralẽ sortitur: ꝓpterea nãq; homo est vnus numero: quia sortes est vnus numero: & propterea homo est distinctus numero in pluribus; quia sortes & Plato sunt distincti numero. Tertio differunt in hoc quia natura secundũ se sumpta nullũ esse sibi vẽdicat. s. nec esse in singulari aut singularib': nec esse in intellectu: nec etiam vendicat sibi nõ esse in singulari & singularibus: aut non esse in intellectu: quod patet ex eisdẽ fundamẽtis. si eñ esse in singulari esset de rõne sua nunq̃ extra illud inueniret: cum nihil inueniatur extra id quod est de eius rõne: similiter si esse in singularibus esset de eius rõne, non posset in vno inueniri: quia in vno natura existẽs nõ est in pluribus. similiter si esse in intellectu esset de H
rõne eius: nunq̃ posset extra intellectũ reperiri. eodem modo si non esse in singularibus aut singulari esset de eius rõne, nunq̃ posset habere esse in aliquo singulari: & si non esse in intellectu eẽt de eius rõne: nunq̃ posset habere esse in intellectu: ex illo fundamento: nulli põt cõuenire oppositũ quod est de rõne sui: vnde natura absolutè sumpta ab omni esse & non esse abstrahit sine præcisione. i. nec includit: nec excludit aliquod hmõi esse vel non esse. Natura autẽ tam secũdo q̃ tertio modo accepta: alterũ illorum esse includit & alterum excludit: vt de se patet. homo enim secundũ q̃ est in singularibus non est in intellectu & contra: secundũ quod est in intellectu non est in singularibus. Quartò differunt: quia natura per modum totius signãta secundũ se sumpta est ea quæ prædicatur de indiuiduis cum dicit sortes est homo. Natura aũt sumpta tam prout est in singularibus: q̃ prout in intellectu non prædicat de indiuiduis: quod declarat sic. Id prædicatur de indiuiduis: qñ attribuit illis in propositione: sed natura absolutè accepta & non secundũ esse in singularibus: neq; secundũ esse in intellectu attribuit indiuiduis in propositione. ergo natura absolutè sumpta & non secundũ esse in singulari vel in intellectu prædicat de indiuiduis: maior est nota ex terminis: minor declarat exẽplariter cũ dico sortes est homo: sensus propositionis est: sortes est aial rõnale: ita q̃ in ista propositiõe nihil attribuitur sorti nisi esse aial rõnale: quæ sunt conditiones naturæ humanæ absolutè acceptę: vt patet. non eñ cum dico sortes est homo: attribuo sorti aliquod debitum naturę humanæ ex esse in singularibus. aut ex esse in intellectu: neq; attribuo sorti habere naturam humanam cum aliquo addito: sed tm̃ attribuo sorti habere naturam humanam seu esse animal rõnale: quæ sunt vt dictũ est cõditiões naturæ humanæ secundũ se acceptę. Natura igitur primo modo sumpta est quæ prædicatur de indiuiduis & non natura secundo & tertio modo.

Quæstio. V.

IN hoc loco anteq̃ vlterius procedat: dubia quædam examinãda sunt. Circa prędicta dubiũ est. Primò circa primã dñam assignatam in eò quod dictum est q̃ naturæ secũdũ se sumptæ nõ insunt nisi prædicata quidditatiua. hoc enim patit difficultatẽ tum propter trãscẽdẽtia: tum ꝓpter quædã p̃dicata negatiua. si eñ trãscendẽtia quæ sunt ens res vnũ aliquid verũ & bonũ conuenire asserãtur naturæ absolutè sumptæ erũt prædicata quidditatiua: etsi sic ponent in diffinitione: nulla eñ diffinitio est cõpleta, nisi omnia prædicata quidditatiua includat. transcendentia aũt in diffinitione poni oẽs negãt. Confirmatur cõsequẽtia ex dictis S. Tho. in litera vbi habetur q̃ quæ insunt naturæ absolutè sunt de diffinitione illius. Si autem transcendentia dicantur non conuenire naturæ absolutè: tunc homo secundũ se sumptus nõ est aliquid: nec res nec vnũ quid: quod oĩno negat.

De prædicatis verò negatiuis occurrit difficultas talis: quia negationes naturarũ disparatarũ si cõueniũt naturæ absolutè erunt prędicàta quidditatiua: & sic negatio erit de diffinitione substãtiæ. Si autem conueniunt naturæ secundum esse in singularibus vel in intellectu: tunc accipiendo hominem absolutè: ista erit falsa: homo non est leo: quod videtur irrationabile.

Ad horum dissolutionem considerandũ est primo qũo transcendentia se habeant ad naturas rerum supra quas cadunt. vt autem supra in quæstione de significatione entis tactum fuit: nullum transcen- Capit. 1. qõnc. 2.

transcendentium importat alium gradũ: seu aliã A
naturam à gradibus seu naturis eorũ quibus apponuntur. Cũ enim dico, ens homo: vnus homo: res homo: verus homo: bonus homo: aliquid homo: nullum alium gradum ab humanitate significo: sed ipsam humanitatem diuersis modis: ly enim ens significat humanitatem prout habet esse. ly vnus, illam prout non est diuisa formaliter. ly res: illam prout ratitudinem habet: vt pote nõ ex intellectu fabricata: ly bonũ: ipsam prout perfectiua est appetitus. ly verum: ipsam: vt perfectiua est intellectus: ly aliquid: ipsam vt aliud quid est ab alijs. Simili modo est dicendũ accepto quocunq; gradu gẽerico: vt fallaciter exemplo manifestari potest.

Considerandum est secundo q̃ cum primũ in B
ter transcendentia sit ens (eo q̃ eius ratio cæterorum rationes pręuenit) & omnia cõuertantur cũ ente tanquàm eius passiones cum declaratũ fuerit quomodo ens conueniat naturis rerum planũ
Scot. 1. dist. 3. q. 3. in sol. q. 3. vt supra. dictũ est. c. 2. q. 3. primarõ. erit de cæteris. Scotus ergo primo sent. dist. 3. q. 3. opinatur ens esse vniuocum & prędicari (inquit) de omnibus inferioribus exceptis vltimis differẽtijs. Et primum quidem horum tanquàm per se notum supponens secundi duplicem rationem reddit. Primò quia si differentię includãt ens vniuocè dictũ de eis: & non sunt omnino idem: oportet q̃ sint diuersa aliquid idem entia: & consequẽter sequitur q̃ differẽtiæ vltimæ sunt propriæ differentes: & sic habent alias differentias & nõ sunt vltimæ. Secundò quia sicut ens compositũ in re C
est compositum ex actu & potentia: ita cõceptus compositus per se vnus est compositus ex conceptu actuali & potentiali determinabili & determinante. Sicut ergo resolutio cõpositi in re stat ad simpliciter simplicia. s. actum vltimum & potentiam vltimam: ita q̃ actus nihil potentiæ: & potẽtia nihil actus includat: ita resolutio cõceptus debet stare ad cõceptus simpliciter simplices actualem & potentialem determinabilem tantum ita q̃ nihil determinantis includat: & determinantẽ tãtum: q̃ nihil determinabilis includat: tales sunt conceptus entis & vltimæ differentiæ: ergo vltima differentia non includit formaliter ens.

Contra Primum arguitur: quia sequeretur q̃ D
T. c. 36. ens poneretur in diffinitione: contra Arist. 8. Metaphy. tex. com. 16. Præterea sequitur q̃ esset nugatio in diffinitione: vt supra in quæstione de vniuocatione entis deduximus. Contra secundum
C. 2. q. 3. rõnc. 2. dictũ arguo sic. Omne id de quo formaliter sumpto prædicatur in secundo modo passiones entis includit in se formaliter ens: sed de vltima differẽtia formaliter sumpta prædicãtur in secundo modo passiones entis: ergo vltima differentia includit in se formaliter ens. Minor patet quia vltima differentia est per se vna & intelligibilis. Maior probatur sic: omne formaliter includens mediũ proprium à priori per quod demonstrantur passiones entis includit ĩ se formaliter ens: patet ista quia entis conceptus est illud medium. Sed omne id de quo formaliter sumpto prædicantur in secundo modo passiones entis includit in se formaliter medium, per quod tales passiones de eo sunt demonstrabiles: ergo omne tale includit formaliter ens. Patet ista minor: quia implicat oppositũ. Si enim. A. formaliter nõ includit proprium medium concludendi. B. quomodo de. A. formaliter sumpto erit à priori demonstrabile. B. Secundo T. c. 22.
arguo: & in idem redit. Omnis passio conueniẽs pluribus formaliter sumptis conuenit eis ratione alicuius communis in eis formaliter inclusi: cui illa passio primo conuenit: sed vnitas vel intelligibilitas est passio conueniens omnibus vltimis differentijs formaliter sumptis: ergo conuenit eis B
ratione alicuius communis formaliter inclusi in eis, cui primo conuenit: tale autem est ens: ergo omnes differentiæ vltimæ includunt ens. Minor est per se nota. Maior est Aristotel. primo posteriorum. Nec potest dici ad maiorem quòd sufficit subiectum denominatiuè includi in eis quibus formaliter sumptis conuenit passio illius subiecti. Quia cum tota ratio quare passio alicuius insit alteri: sit participatio illius subiecti primi: si alicui formaliter sumpto inest passio: eidem formaliter sumpto inest & subiectum: & si formaliter sumptum subiecti expers est, quomodo formaliter sumptum illius passionem habere potest. Vt arguatur sic: id quod formaliter sumptum à se subiectum excludit: etiam à se passionem excludit: sed vltimæ differentiæ formaliter sumptæ nõ C
excludunt à se passiones entis in secundo modo: ergo nec excludunt ens in primo modo. Nec patiantur aures tuę audire responsionem Francisci de mayronis dicentis regulam adductam posterioristicam Aristotel. non tenere in transcendentibus. Voluntaria enim & destructiua totius metaphysicę glossa est. Ad rationes autem Scoti dicitur quòd cum tam prima quàm secunda supponant ens habere conceptum obiectiuum vnũ simpliciter nihil concludit. Dicitur secundo ad secundam quòd argumentum à simili claudicat: licet enim sit similitudo quo ad aliquid inter compositum naturale & intellectuale: dissimilitudo tamen est magna in proposito: quia partes compositi naturalis mutuo se excludunt: quia quædam res speciales sunt: partes autem compositi intellectualis nõ possunt mutuo se excludere: quia altera (puta ens) est adeo vniuersalis vt nihil possit eam subterfugere.

Primo sent. q. 6. quæ quæritur vtrum à simpliciter simplicibus possit abstrahi aliquis cõceptus cõis inf.

Auicenna autem Alpharabius & Algazel vtte- Cap. 9.
statur Albertus in postprædicamentis: cap. 9. opinantur quòd ens non conueniat naturæ absolutè sumptæ. Vnde dicunt hanc consequentiam non valere: homo est substantia: ergo homo est ens: eo q̃ ens significat aliquid additum essentiæ rei: quod non est de eius ratione: quod expresse etiam de Auicen. refert Commentator. 4. metaphysicę. cõmento. 3. & 10. metaphysicę. cõmẽto. 8. Cap. 3. Cap. 8.

Circa T. c.3.circa T.cō. 8.

Sanctus Thomas, autem cuius est opus quod exponendum suscipimus super quarto Metaphysicorum. Lect. secunda. supra text. commento. 3. & super. 10. lect. secunda: supra text. comment. octauo. expresse in hoc reprehendit Auicēnam: vnde sententia eius non est censenda eadem opinioni Auicennæ: licet difficilè sit videre in quo differat ab ea: cum ipse teneat nullum aliud à Deo esse ens per suam essentiam: sed per aliquid additum suæ essentiæ: & expresse dicat in quolibet secundo. quæstione secunda. articulo primo: ens non esse prædicatum essentiale: & in primo contra Gentil. capit. 26. dicat ens non cadere in conceptu substantiæ: quod est genus generalissimum.

Quoli. 2. q. 2. ar. 1. cōtra Gē ti. ca. 26.

Propter quod à quibusdam dicitur quòd ens dupliciter sumitur: scilicet nominaliter & participialiter. Et quòd ens nominaliter quidditatiuè & intrinsecè de omnibus prædicatur: sic enim vnumquodque est ens per essentiam suam. Ens verò participialiter cum idem sonet quòd existens non est prædicatum quidditatiuum: sic enim nihil aliud à Deo est ens per essentiam suam: vnde secundum istos ens nominaliter conuenit naturæ absolutæ: non autem ens participialiter. Addunt quoque quòd ens nominaliter est diuisum in decem prædicamenta: & est transcendens conuersum cum alijs: propriè loquendo, non ens secundo modo, & ideo reprehensibilis erat Auicen. qui hanc distinctionem prætermisit.

Prima. d. q. 5. ar. 1. ad primū dī veri. q. 21. ca. 7. vide cō. huiꝰ doc. & Poster. c. 6. īpri. & cir. medium.

Mihi autem aliter dicendum occurrit. Dico enim quòd ens participialiter est id quod est transcendens: diuisum in decem prædicamēta. Quod ex eo patere potest quòd Sanctus Thomas prima parte quæstione quinta & sexta. & in quæst. de veritate, quæstione. 21. ostendit bonum: quod etiam diuiditur in decem prædicamenta (vt dicitur primo Ethicorum.) conuerti cum ente participialiter non noīaliter vt clarè patet ex duobus.

Primò ex eo quod dicit quòd cum bonum & ens conuertantur sicut res est ens: ita bona, sed non est ens per essentiam suam: ergo nec bona, in quo processu vt fallacia æquiuocationis ꝓuitetur: non nisi de ente participialiter est sermo. Secundò ex eo quod dicit, Id quo res formaliter est bona non esse ens: quod dictum de ente nominaliter falsum est: quia esse actualis existentiæ: quo res est ens & bona: est ens nominaliter. Ens igitur quod conuertitur cum homo quod est transcendēs: diuisum in decem prædicamenta est ens participialiter.

Duo includūtur in p̄dicamēto entis. c. 1. in princip. Te. c. 13. discordia vtrū S. d. & Auicē.

Sed in entis nomine duo aspici possunt: scilicet id à quo nomen entis sumitur, scilicet ipsum esse quo res est. Et id ad quod nomen entis impositum est, scilicet id quod est. Supra enim (in principio operis) dictum est: ens significare id quod est in quolibet prædicamento, & in hoc differre ab essentia quæ significat id quo res in prædicamento reponitur. Vnde primo Physicorum tex. Commenti. 13. Aristotel. loco ly ens, ponit ly quod est. Auicenna ergo attendens ad id quo res est: vnde nomen entis sumptum est, dixit simpliciter. ens esse prædicatum extra essentiam rei. sanctus Thomas verò intuens id quod est: ad quod nomen entis impositum est, Auicennæ non adhæsit. Nanque ipsum quod est non prædicat aliquid extra essentiam rei. Insuper aduertēs quòd ipsum quo res est, scilicet actualis essentia: non est extraneæ naturæ ab ipso quod est: sed per principia propria ipsius quod est constituitur inter prędicata accidentalia: ens annumerare noluit: hoc enim non potest asseri de quocunque alio extra essentiam rei. Nihil enim extra essentiam rei per propria principia ipsius rei constituitur nisi rei existentia. Quodcunque enim aliud per principia propria alterius generis constituitur, scilicet genus proprium & differentiam propriam: & vniuersaliter propria illius prædicamenti principia. Ipsum autem existere: non nisi per genus & differentiam & principia ipsius quod est constituitur. Et hæc est ratio qua Sanctus Thomas arguit Auicennā, quarto Metaphysicæ, vbi supra. vnde ens prædicatum de aliquo puta homine: cum non trahat hominem extra proprium genus & propriam differentiam, nec ratione ipsius quod est, nec ratione ipsius quod est substantiale prædicatum esse relinquitur cum Aristotel. & Commentatore, vbi supra, licet non sit omnino eodem modo substantiale quo prędicata illa quę in diffinitione cadunt. His prælibatis, ad dubium dico, quòd transcendentia non sunt prædicata propria naturæ secundum suam absolutam considerationem neque secundum esse in singularibus, neque secundum esse in intellectu: sed sunt prædicata communia naturæ quomodolibet acceptæ: conuenientia non solum concomitatiuè: sed & causaliter. Et de natura quidem tam secundo quàm tertio modo accepta patet. ex hoc eī quòd homo in singularibus inuenitur entis: vniꝰ rei, & reliquorum rationem habet. Similiter ex hoc quòd habet esse in intellectu ens est aliquo modo indiuisum &c. debet enim sic sibi aliquod esse (licet rationis.) De natura autem primo modo sumpta: ex dictis patere potest: & ex eo quòd in quocunque inuenitur posterius transcendens: inuenitur & prius. Manifestum est autem de posterioribus transcendentibus: quę sunt vnum: res aliquid &c. quòd conueniunt naturæ absolutæ. Vnde de homine absolutè loquendo, ista est vera, homo est ens. Vnde & Sanctus Thomas dicit super. 10. Metaphysicorum. vbi supra, quòd ens prædicat naturas decem generum: secundum ꝙ sunt actu vel potentia: & non tantum secundum ꝙ sunt actu. Ad rationem in dubio tactam qua dicebatur. si sic. ergo transcendentia essent ponenda in diffinitione. Dicitur primo quòd non oportet omnia prædicata essentialia poni in diffinitione: sed ea tantum quæ explicant alium gradum essen-

Circa T. cōm. 3.

T. &. c. 3.

Addubiū primum principale.

Circa. T. cōm. 8.

Supra. c. 1. q. 2. fi. Te. c. 16.

essentialem diffiniti: qualia non sunt transcēdentia: de quibus dictum est quòd eundem gradum prædicant: quem genus vel differentia importat. Vnde octauo Metaphysicorum tex. Comment. 16. dicit Aristo. quòd ideo nec ens ponitur in diffinitionibus, nec vnum: quia ens statim est vnumquodque. diffinitio enim completa tunc est: cum omnes rei gradus explicantur à prima potentia vsque ad vltimum actum intrinsecum: quod sine transcendentibus: quæ nullum gradum addunt: fit. Dicitur secundo de ente quòd quia ens importat aliquo modo ipsum esse: quod pertinet ad quæstionem an est: & non ad quæstionem quid est: ideo à prædicatis quidditatiuis aliqualiter declinat.

Immediatè supra. Te. c. 10.

Ad dictum Sancti Thomæ dicitur quòd transcendentia duo habent: & quòd in nulla diffinitione ponantur ratiōe dicta: & quòd in quolibet conceptu includantur. vt dicitur de ente. 3. Metaphysicorum. text. Comment. 10. quod secundum ideo dictum arbitror: quia transcendentia quemlibet gradum comitantur: & ideo conceptui nulli desunt. Et sic dico quòd ea quæ naturæ absolutæ conueniunt in cuius ratione cadunt conueniunt rei in eo quòd talis. homo enim in eo quòd homo est ens: res aliquid &c. Ex his diligens lector habes vnde diuersa dicta sancti Thomæ sanè intelligere debeas. Quo ad prædicata negatiua verò dicitur breuiter quòd negationes illæ possunt

Ad secundū dubiū de negatiuis prædicatis.

dupliciter accipi. formaliter scilicet & fundamentaliter. Si formaliter falsum est quod conueniant naturæ absolutæ. per opus enim intellectus attribuuntur ei. cum negationes entia rationis sint. Si fundamentaliter, cum negatio super affirmatione fundetur. conceditur esse prædicata quidditatiua: sed sic sumptæ: nihil aliud sunt quam genus & differentia propria. Fundamentum enim negationum naturarum disparatarum de homine nihil aliud est quam natura hominis. ex hoc nanq; quòd homo est animal rationale: non est leo neque bos, &c.

Quæstio. V I.

Optima & subtilissima.

Te. c. 13. Te. c. 10.

In expositione litęræ.

DVbium secundo est circa dictum Sanct. Thomæ in litera in assignatione secundæ differētię. quo dicitur quod natura absolutè sumpta nec vnitatem nec pluralitatem habet. Videtur enim hoc esse impossibile cum id quod vnum non est: diffinibile non sit. vt dicitur septimo Metaphysicorum text. Comment. 13. imo nec intelligibile. vt habetur quarto Metaphysicorum text. Cōm. 10. Et si vnitatem naturæ absolutæ habere concedatur, qualis sit illa vnitas non est facilè assignare: cum nō numeralis sit (vt declaratum est) nec specifica, nec generica: cum hæ ex intellectu fiant, nec analogica vt de se patet. homo enim non est vnum analogicè. Nec etiam facilè quisquam dicet, an vnitas illa sit realis, an non. Ad euidētiam huius dubitationis quinque facienda sunt. Primo videndum est quid sit vnitas quælibet. Secundò vnde habeat vnitas realitatem. Tertiò quomodo vnitas quælibet sit extra animam. Quartò respōdendum est dubitationi motæ. Quintò quædam obiectiones excludendæ sunt.

Quo ad primum sciendum est quòd cū vnum nihil addat supra ens: nisi priuationem diuisiōis: ita quod vnum nihil aliud est, quam ens indiuisum: vt dicitur quarto Metaphysicorum tex. Cōment. 3. Vnitas quælibet nihil aliud est, quam rei indiuisio. Et quia quælibet priuatio per suum habitum cognoscitur: ideo vnitas quæ indiuisionē sonat: ex natura diuisionis quam priuat, cognosci debet: & secūdum diuisionis multiplicitatem: multiplicitatem vnitatis accipere oportet.

Te. cō. 3.

Considerandum est igitur quòd diuisio est duplex: quædam est materialis per principia indiuiduationis causata, quædam est formalis quæ per essentialia principia fit. Et hæc habet latitudinē: quia quædam est per essentialia principia propria. Quędam verò per principia essentialia communia. & hoc iterum habet latitudinem secundum quòd principia essentialia communia sunt magis & minus communia. verbi gratia. Inter sortem & Platonem est diuisio numeralis & non formalis: quia non causatur distinctio eorum ex essentialibus: sed indiuidualibus principijs. Inter sortem verò & hunc leonem, dato quòd leo & homo essent sub eodem genere proximo: est diuisio formalis per essentialia principia propria: vltimas, scilicet differentias tantum. Inter sortem verò & hanc plantam est maior diuisio formalis per principia, scilicet essentialia communia forti & multis alijs speciebus: scilicet sensibile & insensibile. Inter sortem verò & hunc lapidem est diuisio formalis, adhuc maior per communiora principia, scilicet per animatum & inanimatum. Et sic semper ascendendo intenditur diuisio formalis: adeo quòd inter sortem & hanc albedinem est maxima diuisio formalis: vt pote per propria & cōmunissima principia essentialia. scilicet substantiuum & dispositiuum modos entis prædicamentorum constitutiuos.

Similiter per omnia de vnitate dicendum est. Vnitas enim est duplex. Quædam numeralis & quædam formalis. Vnitas numeralis attenditur penes priuationem diuisionis numeralis. Vnitas autem formalis attenditur penes priuationem diuisionis formalis. & hæc habet latitudinem. Quædam enim priuat diuisione formali omnino cautabili per principia propria & communia. & hæc est vnitas formalis simpliciter. Quædam verò priuat diuisione formali non simpliciter: sed taliter causabili, scilicet per principia communia. & hæc est vnitas formalis secundum quid: & habet latitudinem secundum quòd diuisio priuata causabilis est à magis & minus cōmunibus principijs essentialibus. v. g, fortes est vnus numero: quia nō est p materiales differētias in se distinctus. Homo

est simpliciter vnus formaliter: quia non compatitur secum diuisionem formalem quamcunque. Animal verò est vnum formaliter inquantum non compatitur secum diuisionem per sensibile & insensibile: non tamen habet vnitatem simpliciter: quia compatitur secum diuisionem per rationale & irrõnale. Corpus verò est minus vnũ formaliter: est em̃ vnũ: quia nõ est in se diuisum per corporeũ & incorporeũ. Est aũt minus vnũ, quia compatitur secum diuisionem formalem maiorem: scilicet per animatum & inanimatum. Ens autem minimè vnum est. Vnum quidem est pro quanto non est in se diuisum proportionaliter. Minimè verò pro quanto tantam diuersitatẽ formalem cum sua vnitate compatitur. Ex his patet primum: quid scilicet sit vnitas quælibet: quia scilicet vnitas est indiuisio: & talis vnitas est talis indiuisio, ideſt diuisionis priuatio: ita quòd nihil aliud est dicere. Sortes est vnus numero, ideſt sort. est ens carens diuisione numerali. Homo est vnus formaliter, ideſt homo est ens carens diuisiõe formali. Hæc de primo.

Quo ad secundum est sciendum quòd ens reale dupliciter accipitur. Vno modo vt distinguitur contra ens ab intellectu fabricatum. Alio modo vt distinguitur contra non existens actu. Primo modo omnis res prædicamentalis est ens reale siue sit siue non. Secundo modo id tantum qđ realiter existit extra causas suas est ens reale. Et quia hoc propriè est ens reale apud sanctũ Thomam dicentem in quæstionibus de potẽtia Dei. Potentia. q. 3. ar. 5. 2. in pdicamento substãtię. quæst. 3. art. 5. ad secundum: quòd res antequã existat est nihil: & est sententia hæc conformis Aristoteli in Prædicamentis dicenti quòd destructis primis substantijs: impossibile est aliquid remanere: ideo vnitas sicut & cætera realitatem habet propriè loquendo: pro quanto ipsa existit actu extra animam & causas suas. Hæc de secundo.

Quo ad tertium propono tres propositiones. Prima est, quælibet vnitas supradicta tam scilicet numeralis quam formalis existit extra animam. Secunda est, nulla vnitas communis extra animã pluribus suppositaliter distinctis existit in rerum natura. Tertia est, omnis vnitas formalis existens extra animam multiplicatur realiter ad multiplicationem ipsarum rerum. Prima propositio est Probatur pria propositio. adeo manifesta quod nullus sanæ mentis potest eam negare. In sorte enim præter omnem intellectus operationem apparet vtraque vnitas. Caret enim in seipso diuisione numerali & formali causabili per principia propria & communia: & sic indiuisionem numeralẽ & formalem habet. Vnde in sorte non est sola vnitas numeralis sed formalis multiplex secundum multitudinem prædicatorum quidditatiuorum: & sicut non sola indiuidualitas sortis est extra animam sed quodlibet eius prædicatum quidditatiuum: ita non sola vnitas numeralis: sed quælibet eius vnitas formalis extra animam dicenda est esse.

Ad intelligentiam verò secundæ est notãdum quòd res potest intelligi communis extra animã dupliciter. Vno modo positiuè. Alio modo negatiuè. Illa res est communis positiuè, q̃ indiuisa manens in pluribus suppositaliter distinctis inuenitur. Illa verò est cõmunis negatiuè quę nulli supposito est propria. Primo modo rem cõmunem nullam recolo asserentem dari extra animam nisi essentiam diuinam secundum fidem Christianam. Secundo modo videtur à quibusdam poni res extra animam communis de quibus sermo erit infra: & quia hoc alienum à veritate mihi videtur: ideo de tali communitate intelligendo secundam propositionem probo dupliciter. Primo sic, In hac q. nulla res exigens quidditatem solitariè inueniri extra animam existit in rerum natura: sed vnitas communis extra animam: negatiuè pluribus suppositaliter distinctis est res exigens quidditatem solitariè inueniri extra animam. ergo nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis existit in rerum natura. Maior sic probatur. Nullum exigens ad suum existere aliquod impossibile inuenitur: sed quidditatem extra animam solitariè inueniri est impossibile: oportet enim ipsam esse in aliquo supposito. ergo id quod exigit ipsam solitariè inueniri nunquam existit in rerum natura. Minor autem probatur sic. Id quod exigit quidditatem non propriam alicui supposito extra animam exigit ipsam solitariè existentem. Sed vnitas communis extra animã pluribus suppositaliter distinctis exigit quidditatem non propriam alicui supposito. ergo vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis exigit quidditatem solitariè inueniri in rerum natura. Huius prælegati præmissę notæ sunt ex terminis. maior quidem: quia quidditas non propriè alicui supposito necessariò est solitariè: si enim non est solitariè est in aliquo supposito: & si est in aliquo supposito: est propria illi. Minor verò patet: quia commune & proprium sunt opposita: commune enim includit negationem proprij & è conuerso. Statim enim vt res appropriata est alicui communis negatiuè esse desinit: eo quòd negatione appropriationis caret: & statim vt communis negatiua est appropriata alicui non est: eo quòd negationem appropriationis habet. Oppositum ergo prædicati infert oppositum subiecti in vtraque præmissa. Præterea secundo probo sic. Omnis res existens in rerum natura est res particularis. Nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis est res particularis. ergo nulla talis vnitas est in rerum natura. Maior est nota ex communi Peripateticorum sententia. Minor probatur sic. Omnis res particularis est alicui vni suppositio propria: aliter non esset particularis. Nulla vnitas communis extra animam pluribus suppositaliter distinctis est alicui vni supposito propria. Hoc patet ex terminis. ergo nulla talis vnitas est

Probatur secda propositio.

Probatur tertia propositio. tas est particularis. Tertia propositio probatur sic. Quotiescunque aliqua duo sunt conuertibiliter idem realiter: multiplicato realiter vno multiplicatur & reliquum: sed res vna & vnum sunt conuertibiliter idem realiter. ergo multiplicata realiter multiplicabitur realiter & eius vnitas. Sed pluralitas numeralis est realis. ergo plurificata re numeraliter plurificabitur & eius vnitas. vnde in sorte & Platone sicut sunt duæ corporeitates animalitates & humanitates: ita sunt duæ vnitates formales sequentes corporeitates: & duæ sequentes animalitates: & duæ sequentes humanitates. Oportet enim secundũ numerum prædicatorum essentialium esse numerum vnitatũ formaliũ in quolibet indiuiduo. Sicut enim quodlibet prædicatum quidditatiuum dat aliquid esse: ita dare oportet aliquam vnitatem, vnum enim & ens idẽ sunt, vt dicitur. 4. Metaphy. tex. cõm. 3. Ex his patet tertiũ: quomodo scilicet vnitates habeant esse extra animam: quia sunt nõ communes: sed particulatę & multiplicatę numeraliter iuxta numerum indiuiduorum quorum sunt. Hæc de tertio. T'e. cõ. 3.

Respõdetur ad. q. principalem. Quo ad quartum dico ꝙ natura absolutè sumpta habet vnitatem quandam: vt efficaciter concludit ratio adducta: quę est. S. Thom. in tractatu de natura generis. Et quãdo quæritur aut illa vnitas est numeralis aut specifica. Dico quod est vnitas formalis quæ alia est à numerali: sicut diuisio formalis alia est à materiali. Nec illa vnitas formalis est specifica aut generica formaliter: sed est fundamentum vnitatis specificę & vnitatis genericę. Hæ enim vnitates formaliter ab intellectu fiunt: illa verò oẽm actum intellectus præuenit. Quod autem in litera dicitur quod natura absolutè sumpta nec est vna nec est plures: intelligendum est de vnitate & pluralitate numerali. Ad id verò qđ dubitationi addit: an ista vnitas sit realis, aut nõ, dico quod secundum se est realis primo illorum modorum: quos (supra) posuimus: accipiẽdo ens reale sicut & natura ipsa absoluta sumpta: & sicut natura secundum esse in singularibus est ens reale secundo modo: ita vnitas illa quæ semper naturam comitatur in particularibus posita est realis verè & propriè. Idem enim est iudicium de natura & eius vnitate. Hæc de quarto. In hac q.

Quo ad quintũ duo dubia propria occurrunt. Primum est circa secundam propositionẽ in qua dictum est quòd nulla est vnitas cõmunis extra animam. Secundum est circa id quod nunc dictũ est: qua scilicet alietate sit alia vnitas formalis à numerali in sorte. Contra primum enim instatur sic. Quæcunq; suppositaliter distincta sunt vnum formaliter extra animam: habent aliquam vnitatem communem eis extra animam. sor. & plato. sunt vnũ formaliter extra aĩam. ergo sort. & Plat. habẽt aliquam vnitatẽ sibi cõem extra aĩam. Maior ex eo videt manifesta, ꝙ si aliqua suppositaliter distincta sunt vnũ in eo in quo sunt vnum nõ distinguuntur: & sic illud vnum est commune vtriq; extra animam ex quo sic sunt vnum. Præterea humanitas quæ est in sorte quantum est ex se, non est determinata ad sort. vel Plato. ergo vnitas formalis humanitatis quæ est in sor. quãtum est ex se: est communis negatiuè sorti & Platoni. consequentia est nota: quia etiam vnitas formalis non est determinata quantum est ex se ad sor. & Platonem. Antecedens autem de se est manifestum: datur ergo extra animam aliqua vnitas cõmunis negatiuè pluribꝰ suppositaliter distinctis.

Circa secundum dubium videtur, quòd inter vnitatem formalem & vnitatem numeralem in sorte existentem sit alietas realis quia quarũcunque priuationum habitus distinguũtur realiter: ipsi quoque distinguuntur realiter: sicut quia visus & auditus distinguuntur realiter: cæcitas etiã & surditas realiter differunt: sed vnitatis formalis & numeralis habitus distinguuntur realiter. ergo &c. patet ista: quia diuisio formalis & diuisio numeralis adeo distinguuntur quòd in rebus separatis à materia formalis sine numerali inueniatur: & in istis inferioribus indiuidua eiusdem speciei numeralem diuisionem absque formali habeãt. Ad opposita verò respicienti apparebit quòd sit alietas rationis tm̃: quia sicut se habet natura formalis ad naturam indiuidualem: ita vnitas formalis ad vnitatem numeralem: sed natura formaliter sumpta est eadem naturæ numeraliter sumptę: & non nisi ratioue ab ea distinguuntur: ergo vnitas formalis est eadem realiter vnitati numerali: & non nisi ratione ab illa est alia.

Pro dissolutiõe primi dubij nota quòd aliqua duo suppositaliter distincta esse vnum formaliter contingit dupliciter. Vno modo per hoc ꝙ illa duo adunentur in aliquo extra animam communi vtrique indiuiso in vtroque illorum. Alio modo per hoc quòd illa duo habent mutuam negationem inter se diuisiõis formalis. Exemplum primi non inuenio in rerum natura: nisi (vt dictum est) secundum fidem Christianam in trinitate. Exemplum secundi: inuenitur in omnibus indiuiduis eiusdem speciei. Sor. enim nullo intellecta considerante habet hanc negationem, scilicet quòd non est diuisus à Platone formaliter: & Plato similiter non est diuisus à sorte formaliter: & quia ad eos esse vnum formaliter: nihil aliud requiritur quàm esse indistinctos formaliter: ideo simpliciter verum est sortem & Platonem esse vnum formaliter extra animam. Committitur ergo fallacia consequentis in argumento à superiori ad suum inferius affirmatiuè: esse enim vnũ formaliter est superius ad habentia aliquod commune indiuisum in eis extra auimã & ad habentia duas naturas cum mutua negatione diuisionis formalis. Non enim est imaginandum sortem & Platonem esse vnum formaliter: quia conueniant in aliquo in quo non distinguuntur extra animam: sed ideo quia vterque negatione diuisionis formalis ab altero gaudet. Vnum enim

formaliter

formaliter nihil aliud est quàm non diuisum formaliter. Et quod dicimus de vnitate formali simpliciter inter sortem & Platonem intellige de vnitate formali secundum quid inter sor. & hunc leonem: & hunc lapidem & hanc intelligentiam &c. Sicut em̃ quia sor. & Plato habẽt duas naturas inter quas nõ cadit diuisio formalis: ideo sunt indistincti formaliter simpliciter extra animã: ita qa inter sortis & huius leonis naturas nõ cadit diuisio formalis talis qualis nata est causari per sensibile & insensibile. ideo sor. & hic leo sunt indistincti formaliter secũdũ quid. Ita etiã quia inter sor. & hũc lapidem nõ est diuisio formalis per corporeũ & incorporeũ, ideo sor. & hic lapis sunt indistincti formaliter secũdũ quid: ita quoq; quia inter sortẽ & Gabrielẽ nõ est diuisio formalis, quia nata est causari per modos entis. s. per se & in alio ideo sortes & Gabriel sunt indistincti formaliter secũdũ quid: & cõsequenter sunt vnũ formaliter absq; omni opere intellectus: iam em̃ pluries dictũ est, vnũ idẽ sonare quod ens indiuisum. Ad se cũdũ dico q̃ aliud est dicere: natura humana existens extra animã secũdũ se est cõmunis pluribus negatiuè seu indifferens negatiuè. Et aliud est dicere natura humana existens extra animã est cõmunis pluribus seu indifferens negatiuè, prima em̃ est vera: secũda verò est falsa. Et veritas primæ patet ex supradictis: vbi diximus q̃ natura quæ est extra animã (puta natura sortis) secũdũ se. i. solitariè sumpta nõ est determinata, neq; ap, ppria ta alicui: & cõsequẽter est indifferens seu cõmunis negatiuè. Falsitas aũt secũdæ patet ex eo q̃ oĩs ,ppõ est simpliciter falsa, in qua prædicatũ repugnet subiecto rõne cõditionis explicitè importatę in illo: sicut ista est simpliciter falsa, ignis nõ approximatus cõbustibili cõburit: quia cõburere repugnat igni nõ approximato passo. Sed illa ,ppositio secũda. s. natura existẽs extra animã cõis pluribus negatiuè: est huiusmodi, ergo ista est falsa.

Ad euidentiã minoris scito q̃ cum dico natura secũdũ se, seu natura absolutè, dico duo. s. naturã & solitudinẽ, & eius conditionẽ. Similiter cũ dico natura existẽs extra animã, dico duo. s. naturã & particularẽ existentiam sibi coniunctã & eius cõditionẽ. Vnde aliquid cõuenit siue repugnat naturæ absolutæ ratione naturæ: & aliquid rõne solitudinis. Similiter aliquid cõuenit siue repugnat naturę existẽti extra, rõne naturæ & aliquid rõne associationis eius ad particulare. Cũ igitur cõitas negatiuę quæ est prædicatũ in propositione nr̃a nõ cõueniat naturæ absolutæ rõne sui. s. naturæ: quia nõ est eius prędicatũ quidditatiuũ: sed cõuenit ei rõne explicite cõditionis per ly (secũdũ se) seu ly (absolutè) quę est solitudo. Ex hoc em̃ natura est cõis negatiuè: quia solitariè accipitur absq; determinatione ad hoc vel illud. Oportet q̃ repugnet naturæ sub opposita cõditione sumpta rõne illius oppositæ cõditionis. Explicat aũt conditionẽ oppositã solitudini natura existens extra: eo q̃ explicat cõiunctionẽ eius ad particularẽ existentiã: quæ solitudinẽ illius tollit. Et ideo cõmunitas negatiuè repugnat naturæ existenti extra: nõ ratione naturæ: sed ratione cõditionis explicitę per ly existenti extra animam & consequẽter propositio illa in qua subiectum erat natura existẽs extra: & prædicatum erat communitas negatiuę est simpliciter falsa: statim em̃ vt natura perdit solitudinem communitatem quoque perdere cogitur. Amittit autem solitudinem q̃ primum in alio est. Vnde apparet responsio ad argumentum quòd licet tam natura quàm vnitas formalis quantum est ex se ideſt solitariè sit communis negatiuè. Ipsa tamen existens (extra) non est communis: sicut ipsa: quantum est ex se non est cũ alio. Ipsa tñ existẽs extra necessario est cũ alio, & sic non licet inferre. Ipsa quantum est ex se nõ est cũ alio, ergo ipsa existens extra non est cum alio: ita non licet inferre. Ipsa quantum est ex se: est cõmunis negatiuè, ergo ipsa existens extra est communis negatiuè. Vtrobique enim idem peccatũ accidit: & est secundum fallaciam accidentis. Et si hoc intuitus fueris: videbis in quo differt positio Scoti in secundo sen. dist. 3. q. 1. à positione nostra: & vnde in talem opinionem incidit. Dicit. n. ipsę naturam specificam: puta humanitatem ratione sui sequi hæc duo: scilicet vnitatem formalẽ & communitatem negatiuam: seu indifferẽtiam ad plura numero. Dicit nanque in fine illius quæstionis: quòd non oportet quærere causam: quia natura sit cõmunis: quia natura ipsa est causa sufficiens suæ cõmunitatis: sed bene oportet quęrere causam: quare sit singularis: quia non ex se est singularis: & ideo sicut extra animam inuenitur natura vna formaliter: ita inuenitur natura communis pluribus. Nos autem in primo nõ dissentimus: sed in secundo. Dicimus enim naturam ratione sui sequi vnitatem formalem: sed communitatem negatiuã fatemur non sequi eam ratione solitudinis suæ: sicut singularitatem sequi eam diximus ratione associationis eius ad existẽtiam, & quia conditio solitudinis non conuenit naturę ratione sui: nec ratione ipsius esse: quod habet extra animam: sed ratione intellectus: qui natus est adunata diuidere: ideo ante omnem actum intellectus nulla communitas in natura inuenitur: & sicut quęrenda est causa: vnde habeat natura esse solitarium: & esse extra: quia de se neutrũ habet: ita quærenda est causa: vnde habeat naturam cõmunitatem & singularitatem: de se enim neutrũ habet. Causa autem vnde falsitas in hac Scotica processit opinione: videtur duplex. Prima est ęquocatio illius termini (ex se seu de se). Põt enim vtrũq; eorũ accipi dupliciter. Vno mõ positiue: & sic dicit aliquam habitudinẽ causæ. Alio modo negatiue: & sic dicit solitudinẽ. i. nõ cũ alio, & primo mõ intellexit naturã esse cõem ex se: ita q̃ ipa est sibi sufficiẽs cã suę cõitatis: vt ex verbis eius ibi patet: cum tamen debuisset intelligere secundo

In Hac quæst.

Sco. 2. d. 3. q. 1.

Causa duplex erroris pessimi Scotistarum.

modo: natura em̃ ex se. i. non cum alio est indifferens & cõis: sicut qñ dicitur: natura ex se est sola, ly (ex se) non dicit aliquam causalitatem: sed tantum negationem cõiunctionis cum alio. Secunda causa est distantia inter propositionem negatiuam & affirmatiuã de prædicato infinito: reduplicatione addita. Licet enim ex affirmatiua de prædicato infinito sequatur negatiua: & è cõuerso, vt dicitur in secundo Perihermenias, quando non sunt reduplicatiuè: cum reduplicatiõe tamẽ licet ex affirmatiua de prędicato infinito, sequatur negatiua de prædicato finito: non tamen ecõtra. Hãc enim homo in eo q̃ homo nõ est albus: non sequitur ista: homo in eo q̃ homo est non albus. Si enim homo in eo q̃ homo esset nõ albus: nunq̃ homini cõiungi posset albedo: quia quod conuenit alicui secundũ q̃ ipsum, conuenit ei semper necessariò & per se. Apparet aũt in hoc defecisse manifestè processum Scoticum: cum em̃ cõmune negatiuè idẽ sonet q̃ non propriũ, argumẽtatus est sic, natura: puta humanitas: inquantum talis nõ est propria alicui, ergo humanitas inquãtum humanitas est non propria: vbi expresse patet defectus prædictus. Et q̃ sic processerit: patet ex suo processu. Cõclusio em̃ sua est affirmatiua de prædicato infinito cũ cõcludat ergo natura ex se cõis. i. non propria. Antecedẽs verò est negatium. s. natura non est de se hic. i. propria alicui. Similiter patet ex alio processu quẽ ibi inducit, s. humanitati sor. ratione sui nõ repugnat esse in alio, ergo humanitas sor. ex se est cõis: vbi aperte patet prædictus defectus. Reduplicationem enim in primo processu sonat ly (ex se: seu de se) in secũdo ly (ratiõe sui &c.) Et hoc est valde notandũ in hac materia: & in materia de vniuersalibus: eo q̃ hinc omnia pendẽt. Attentum ergo oportet esse q̃ hæc propositio, natura ex se est cõmunis: si debet esse vera: oportet q̃ tam (ly ex se) q̃ (ly cõmunis) teneatur negatiuè secundum viam nostrã & veritatem: & tunc idẽ est: ac si dicatur, natura nõ cum alio sumpta: est non propria alicui: quod patet esse verum. Secundũ verò Sco. (ly ex se) tenetur positiuè & malè: & sensus est. Natura ratione sui siue inquantũ talis est nõ propria alicui: quod est manifestè falsum. Attentior adhuc sis: quod aliud est dicere: natura puta humanitas: inquantum huiusmodi nõ est propria alicui: Et aliud est dicere humanitas: inquantum huiusmodi est nõ propria seu communis quod idem sonat in proposito. Prima enim est vera: quia humanitati in eo quod humanitas nõ conuenit quod sit appropriata alicui. Secundum verò patet esse falsum ex eadem radice: quia humanitati in eo quod humanitas non conuenit quod sit non appropriata alicui. Abstrahit enim ab vtroq;. s. ab esse proprio: & ab esse non proprio. Si enim humanitas in eo quod humanitas esset non appropriata: nunquã humanitas esset appropriata alicui quia vt dictũ est ex primo Posteriorum, quod conuenit alicui secũdum q̃ ipsum præsupponit de omni necessarium & per se. Quod autem naturæ ratiõe sui nõ conueniat ista communitas (licet supra in directè probatum fuerit) vbi duabus rationibus deducta est falsitas istius propositionis, vnitas existẽs extra animam est communis pluribus suppositaliter distinctis. Ad falsitatem enim huius sequitur falsitas illius: quia quod non cõuenit rei extra animam non conuenit ei ratione sui. Directè tamen nunc probo sic. Omne quod sequitur aliquã naturam ratione sui: prædicatur simpliciter, ideſt, sine aliqua additiõe de supposito illius naturæ: sed communitas sequitur naturam humanam per se ratione sui, ergo communitas prædicatur simpliciter, ideſt, sine aliqua additione de supposito naturæ humanæ. Processus bonus in tertio primæ, conclusio autem est falsa, ergo altera præmissarum: non maior vt declarabitur, ergo minor: quæ est positio tua. Falsitas conclusionis patet: quia ista est simpliciter falsa, sor. est communis pluribus & si addatur (ly ex se) adhuc est falsum dicere: sor. ex se est communis pluribus. Veritas maioris declaratur sic. Quod sequitur naturam ratione sui, aut est passio, aut modus, aut prædicabile per se, aut per accidens, aut separabile, aut inseparabile. Modo omnia ista: si comitantur naturam ratione sui, ita se habent quòd sicut natura prædicat essentialiter de indiuiduo: puta homo de sor. ita ista prædicantur denominatiuè in suo ordine de ipsomet indiuiduo: vt patet discurrendo. Et confirmatur hoc quia in proposito nostro naturam humanam sequuntur vnitas formalis & cõmunitas ratione sui (secundum te). Vnde neutrius est alia causa quærenda nisi natura ipsa. ergo sicut vnitas formalis prędicatur simpliciter de sor. ista enim est simpliciter vera. sor. est vnus formaliter: ita communitas prædicabitur de sor. simpliciter dicendo. sor. est communis. Hoc est falsum. ergo &c. Quæ natura est maior ratio de vnitate quàm de communitate: & quare eorum quę sequuntur naturam ratione sui, alia prædicentur de indiuiduis, alia nõ. Non em̃ erit facilè fingere rationes Scoti, quas ibi facit: quia non concludũt communitatem dari extra animam, sed vnitatẽ, ideo superfluum iudicaui adducere. Si quæ autẽ ex eis, aut ex positis ab eodem in septimo Meta. ad cõmunitatem probandam adducerentur non erit difficilè sumere responsionẽ ex dictis ad duas illarum hic inductas.

Secunda

Capit. 1. Lect. 3.

Te. c. 11.

In hac q.

Ad secundi dubij euidentiam sciendum quòd vnum cum dicat ens indiuisum, importat aliquid positiũ & aliqd priuatiuũ. Si loquamur de vnitate formali & vnitate numerali substãtiali, quo ad p positũ qđ important sic sunt idẽ realiter: & distinguuntur sola ratione. Sic idem realiter sunt sor. & homo, & ratione distinguuntur, eo quod eadẽ res est quæ est vna formaliter & numeraliter. Si aũt loquantur de his vnitatibus quo ad priuationes diuisionum importatas, sic dico quod distinguuntur

Ad secundum dubium.

guuntur realiter: dummodo non fiat vis in hoc quod distinctio realis sit passio entis realis: eo q̃d alia priuatio est priuatio diuisionis formalis: & alia est priuatio diuisionis numeralis. Sicut alia est diuisio formalis & alia est diuisio numeralis. Nec incõuenit in vno esse plures vnitates substãtiales realr̃ distinctas: q̃ ad priuationes importatas: esset autẽ impossibile in vno esse plures vnitates substantiales realiter distinctas quo ad res positiuas quas important. Vnde vtriusq; rationes adductę conclusio concedenda est diuersimodè loquendo: nec aliter respondere est opus.

Dubium tertium.

Dubium est tertio circa assignationem quartę differentiæ: non em̃ videtur verũ q̃ natura absolutè sit illa quæ prædicatur de indiuiduis: quia natura absolutè sumpta, nõ est vniuersalis: neq; communis. In huiusmodi autẽ propositionibus: Sor. est homo: & Sor. est animal: & similibus prædicatur vniuersale: & superius de particulari & inferiori. Similiter etiam cum quæritur: an ista prędicatio: Sor. est homo: sit æqualis de æquali: vel inferioris: de inferiori nõ videtur posse rñderi tenẽdo q̃d natura absolutè prædicatur cũ illa: nec æqualis: nec superior sit. Ad hoc dicẽdũ est quod sicut in natura extra est cõsiderare ipsam rationẽ agendi: & est considerare conditionem eius sine qua non operatur. Verbi gratia, in colore consideratur natura eius: ex qua est visibilis: & considerat̃ particularitas quæ est cõditio sine qua non est visibilis. Ita in natura prædicabile est considerare duo. s. id quod prædicatur & attribuitur subiecto: & conditionem sine qua non attribuitur illi. Sicut in hac propositione Sor. est homo: id quod attribuitur subiecto est ipsa natura humana: & nihil aliud. Conditio verò sine qua ly homo non prædicatur de Sor. est esse vniuersale superi⁹ cõmune: vel aliud huiusmodi: vt enim infra patebit: & habetur ab Arist. septimo meta. tex. cõ. 46. Nulla res prædicatur nisi vt habet esse in intellectu eo quod prædicatio ab intellectu dependet.

In fi. huius capituli. 8. c. 46.

Vnde ad dubium dico quod natura secundum suam rationem est id quod prædicatur de ipso indiuiduo. Est enim prædicatio rei de re. Superioritas tamen & vtilitas & cætera huiusmodi sunt conditiones eius. Et ideo ad interrogationẽ an in illis prædicationibus sit prædicatio æqualis vel superioris: dico quod est prædicatio superioris. Nec obstat quod superioritas non insit naturæ absolutè quæ prædicatur: quoniã non dicit S. Th. quod naturæ absolutè: pro vt abstrahit ab omni esse: conueniat hæc cõditio. s. prędicatio de indiuiduis: sed dicit quod res cui cõuenit illa conditio: est natura absolutè & nõ aggregatũ ex natura & esse in intellectu seu in singulari. Non em̃ cum dico, Sor. est homo, est sensus: Sor. est homo secundum esse in intellectu: aut in singulari: aut superiori: aut æquali: sed Sor. est habens humanitatem. Vnde valde attẽdenda est distinctio inter id quod prædicatur & conditionem prædicati: qua non attenta fortè decepti sunt dicentes absolutè ex hoc textu haberi q̃ ista, homo est animal nec est prædicatio superioris: nec inferioris: nec æqualis. Sẽsus ergo literę est: natura absolutè quę est prędicatur. i. natura secundũ conditiones sibi debitas ratione sui est id quod attribuitur singulari bus: & non secundũ conditiones sibi debitas ex esse in intellectu vel singulari: cũ quo stat: quòd esse in intellectu vniuersalitas & superioritas sint conditiones sine quibus natura ipsa non prædicatur de singularibus.

Non tamen potest dici q̃ ratio vniuersalis conueniat naturæ sic acceptæ: quia de ratione vniuersalis est vnitas & communitas. Naturæ autem humanæ neutrum eorum conuenit secundum suam absolutam cõsiderationẽ. Si enim communitas esset de intellectu hominis: tũc in quocunq; inueniretur humanitas inueniretur communitas: & hoc falsum est: quia in Sor. non inuenitur communitas aliqua, sed quicquid est in eo indiuiduatum est.

Hic iam ponitur quarta conclusio negatiua: essentia substantię compositę absolutè sumpta nõ est vniuersalis: vt species &c. probatur sic. Vniuersale est vnũ commune multis: essentia substantiæ compositę secundũ se nõ est vna cõis multis: ergo essentia substãtię cõpositæ scd̃m se nõ est vñis &c. T.c. 27. Maior est Arist. secũdo Posteriorũ. Minor vero probatur ex eo q̃ si secundum se essentia substãtiæ compositę esset vna & communis: in quocunque inueniretur illa essentia esse vna & cõmunis multis quod est impossibile: & consequentia patet ex eo quod omne quod conuenit alicui secũdum se conuenit ei in quocunque ponatur: vt ex primo posteriorũ apparet. Impossibilitas autem T.c. 18. consequentis adeo est manifesta: vt Auic. dicat secundo suæ metaphysicæ, quòd nullus sanæ mentis potest oppositum illius opinari. Quis enim est adeo fatuus qui dicat essentiam Sor. sibi commu nem esse & Platoni?

Sed hic occurrit dubium circa propositionem illam: supra quam fundatur totus processus scilicet omne quod conuenit alicui secundum se cõuenit ei in quocunque ponatur: videtur enim multas habere instantias. Motus enim secundum T.c. 15. se est velocitabilis in infinitum: ex sexto physicorum: text. com. 15. Motus autem in cœlo positus nequaquam: sed est velocitas: vt dicitur secundo cœli. text. commen. 28. Similiter continuum secundũ se est diuisibile in infinitum: ex sexto Phy T.c. 28. sicorum: text. commen. 3. Continuum autem in re naturali positum non: cum omnium natura constantium determinata sit ratio magnitudinis: vt dicitur secundo de anima: text. commẽ. 41. Similiter motus secundum se habet contrarium: T.c. 41. ex. 5.

Te. cõ. 8. & 14. Te. c. 20. ex. 5. Physicorum. tex. cõm. 8. & 14. Motus aũt in cœlo posit⁹ caret cõtrario: primo cœli: tex. cõ. 20.

Ad hæc & similia dicitur prænotando q̃ aliud est dicere. a. conuenit aliquid secũdum se: & aliud est dicere. a. non repugnat aliquid secundũ se. Ad veritatem enim primi exigitur q̃. a. vendicet sibi illud in primo vel secundo vel quarto modo perfectitatis. Ad veritatem secundi sufficit q̃ ipsi. a. vt sic, nõ repugnet illud. Ad veritatem quoq; primi sequitur illud conuenire sibi in quocunq; ponat̃. Ad veritatem secundi non. Multa enim sunt quæ non repugnant animali in eo quod animal: quæ tamen non inueniũtur in quolibet animali. Quicquid autem cõuenit aĩali in primo vel secũdo vel quarto modo dicendi per se inuenitur in oĩ animali. Vnde in proposito dico q̃ nulla instantiarũ adductarum est contra propositionẽ assumptã: eo q̃ omnia quæ in illis dicuntur: intelligẽda sunt per non repugnantiã & per conuenientiã. Cùm enim dicitur motum esse velocitabilem in infinitum: intelligimus motui vt sic non repugnare velocitatem in infinitum. Similiter cũ dicitur continuũ esse diuisibile in infinitũ: intelligit̃ continuo: vt sic non repugnare diuisibilitatẽ in infinitũ. Similiter cum dicit̃: motum habere contrarium: intelligimus motui vt sic non repugnare habere cõtrarium. Quod si hoc non placet: dicito q̃d aliud est dicere. a. in eo q̃. a. cõuenit aliq̃d: & aliud est dicere. a. in eo quòd. a. non conuenit aliquid: vt patet. Et quod quicquid conuenit. a. in eo q̃. a. cõuenit omni. a. Quicquid autem non cõuenit. a. in eo q̃. a. non oportet negari ab omni. a. Risibile enim non conuenit animali in eo q̃ animal: & tamen non negatur ab omni animali. Conuenit em̃ animali in homine. Et subiungito q̃ omnes propositiones in instantijs adductæ sunt intelligendæ negatiuè vt sit sensus. Motus est velocitabilis in infinitum, ideſt motus vt sic, non est determinatæ velocitatis. Similiter continuum est diuisibile in infinitum, ideſt continuum vt sic: non est determinatæ diuisionis. Similiter motus habet contrariũ, ideſt motus vt sic: non determinat sibi esse absq; contrario: & sic secundũ vtrunq; modum respondendi: remanet ꝓpositio assumpta vniuersaliter vera. Posset tamen & aliter dici ad has instantias. Sed quia magis ad formam propositionis attẽdo quàm ad materiã: ideo impræsentiarũ pertrãseo.

Similiter etiam non potest dici quòd ratio generis accidat naturæ humanæ secundum illud esse quod habet in indiuiduis: quia nõ inuenitur in indiuiduis natura humana secundum vnitatem: vt sit vnũ quid conueniens cuilibet: quod ratio vniuersalis exigit.

Hic ponitur quinta conclusio negatiua. s. essentia substantiæ compositæ secũdum esse quod habet in singularibus non est vniuersalis: probatur sic. Vniuersale est vnum in multis: essentia substãtiæ compositæ secundum esse quod habet in indiuiduis: non est vna in multis: sed diuersa in multis: ergo essentia substantiæ compositæ secũdum esse quod habet in indiuiduis non est vniuersalis: & consequenter: nec species: nec genus: nec differentia quæ vniuersalitatem supponunt.

Relinquitur ergo quòd ratio speciei accidat naturæ humanæ secũdum illud esse quod habet in intellectu. Ipsa enim natura habet esse in intellectu abstractum ab omnibus indiuiduantibus: & habet rationem vniformem ad omnia indiuidua: quę sunt extra animam: prout essentialiter est imago omnium: & inducens in cognitionem omnium inquantum sunt homines: & ex hoc quòd talem relationẽ habet ad omnia indiuidua, intellectus adinuenit rationem speciei, & attribuit sibi, vnde dicit Cõmen. primo de anima, quòd intellectus est qui facit vniuersalitatem in rebus, hoc etiã Aui. in suæ Metaph. octauo dicit. Cõ. 8. in medio.

Hic per locum à diuisione concluditur sexta cõclusio affirmatiua determinatiua quæsitæ difficultatis, scilicet essentia secundum esse in intellectu est vniuersalis, genus, species, differentia &c. probat̃ sic. Vnum in multis & de multis est vniuersale, natura secũdum esse in intellectu est vna in multis & de multis, ergo est vniuersale. Probatio minoris. Vniformiter se habens ad multa: vt essentialis eorum imago: est vnum in multis & de multis, natura secundum esse in intellectu est huiusmodi: quia habet esse abstractum ab omni diformitate indiuiduorum essentialiter eorũ cognitionem gignens, ergo &c.

Ad euidentiã huius cõclusiõis & rõnis: quia termini multipliciter dicti secũdũ Arist. doctrinã distinguẽdi sunt. Nota primo distinctiões terminorũ in cõclusiõe positorũ. Esse in intellectu contingit dupliciter. Subiectiuè & obiectiuè. Esse in intellectu subiectiuè est inhærere ipsi sicut accidens suo subiecto: vt albedo superficiei. Esse in intellectu obiectiuè, est terminare actũ intellectus. Intellectus est duplex in nobis: agẽs & possibilis, vt dr̃ tertio de aĩa. tex. cõ. 17. Intellectus agẽs est ille qui T.c. 17. abstrahit spẽm intelligibilẽ à phãtasmatib⁹. Intellect⁹ possibilis est ille q̃ intellectionẽ recipit in se. Vniuersale duplex, in repræsentãdo: & in p̃dicando. Vniuersale in repræsentãdo in proposito est quod repræsentat rem nõ repræsentando conditiones eius indiuiduales. Vniuersale in prædicando est illud q̃d prædicat̃ de multis differẽtibus secundũ esse. His visis, scito cõclusionẽ illã. s. natura secundum esse in intellectu est vniuersalis trifariã verificari. Primò sic: natura secundum esse obiectiuum

ctiuum in intellectu agente, est vniuersalis in prædicando. Secundò sic: natura secundum esse subiectiuum in intellectu possibili est vniuersalis in repræsentando. Tertiò sic: natura secundum esse obiectiuum in intellectu possibili est vniuersalis in prædicando.

Sciendum est secundò q̃ res extra, secundum q̃ est actu intelligibilis est obiectiuè in intellectu agente: sic enim terminat eius actionem: quia ad hoc positus est ab Aristo. intellectus agens: vt faciat rem intelligibilẽ in potentia: intelligibilem in
Cõ. 18. actu: vt Commẽt. dicit tertio de anima. cõ. 18. Fit autem in actu intelligibilis res extra ab intellectu agẽte: non per hoc q̃ recipiat: aut perdat aliquid secundũ esse per illius actionẽ: sed ex hoc q̃ eius species intelligibilis producitur ab intellectu agẽte. Per hoc. n. res extra repræsentatur nõ repræsentatis conditionibus indiuidualibus: cum quibus in potentia intelligibilis erat non in actu. Vnde ipsa productio speciei intelligibilis est factio rei extra intelligibilis in actu. Habet. n. ratio illa duos terminos. Vnum intra animã. s. speciem intelligibilem quę realiter producitur de nouo in intellectu possibili. Et aliũ extra. s. rem cuius est illa spẽs quæ nihil reale est hoc acquirit. sed tantũ denominationẽ extrinsecam. s. q̃ est abstracta ab hoc: & nunc: quod est actu intelligibilis &c. Natura autẽ extra secundũ q̃ est actu intellecta est obiectiuè in intellectu possibili: sic eã terminat eius actionẽ quæ est intelligere. Fit aũt & est actu intellecta res extra: nõ per hoc q̃ aliquid accipiat: aut amittat per actionem intellectus possibilis: sed ex hoc q̃ conceptus eius formatur ab intellectu possibili: tunc enim res intelligitur quando eius conceptũ formamus. Vnde ipsa conceptus formatio est factio rei extra actu intellectę. Habet enim & hæc actio duos terminos. Vnum intra animam. s. conceptũ qui realiter fit: qui nihil aliud est q̃ expressa similitudo rei: rem præsentem obiectaliter faciẽs intellectui possibili. Et alterũ extra. s. rem quæ ex producto cõceptu extrinsecè denominatur actu intellecta. Ex his patet quæ sit differentia: & quæ sit conuenientia inter rem obiectiuè in intellectu agente & intellectu possibili. Differentia siquidẽ est, quia ex hoc q̃ obiectiuè in intellectu agẽte fit: & est actu intelligibilis: non autem intellecta. Ex hoc verò quod est obiectiuè in intellectu possibili quæ iam erat actu intelligibilis: fit actu intellecta. Conuenientia autẽ est quia tam ex hoc quod est obiectiuè in intellectu agente: q̃ ex hoc quod est obiectiuè in intellectu possibili habet quod sit repræsentata absq; indiuidualibus conditionibus & consequẽter q̃d sit abstracta ab hoc & nũc &c.

Cap. 1. Sciendũ est tertiò ex Auic. 5. meta. c. 1. q̃ vniuersale in prædicando: est id quod in intellectu non est impossibile prædicari de multis. Et hoc triplici ter potest se habere. Primo q̃ illa multa sint actu in rerũ natura: sicut homo obiectus intellectui est vniuersale respectu Sor. & Pla. Secũdo q̃ illa multa non sint: possint tamen esse: sicut domus eptãgula obiecta intellectui: est vniuersale respectu plurimũ eptangularũ quæ non sunt: possunt tamen esse. Tertiò q̃ illa multa: nec sint: nec possint esse: sicut luna obiecta intellectui est vniuersale respectu plurium lunarum quas impossibile est esse. Et Gabriel obiectus intellectui est vniuersale respectu plurium Gabrielium: quos implicat contradictionem esse. Vniuersale primo modo vocatur à S. Tho. prima parte. q. 13. vniuersale secundũ 1. par. q. rem & secundũ rationem: quia res illa realiter est 13. ar. 9. in pluribus: & non solum vt obiecta intellectui. cap. Vniuersale tertio modo vocatur ibidem vniuersale seu commune secundum rationem tantũ: quia res illa nõ inuenitur realiter in pluribꝰ: sed vt obiecta intellectui tantum. Vniuersale secundo mõ ibi non distinguitur cõtra vniuersale primo mõ. Posset tamen nomine proprio dici vniuersale secundum rationem & secundum rem: in potentia tamen. Nec solum nomina ibi imponuntur à S. Tho. Sed vt dictorum ratio assignatur valde subtilis quæ super quatuor propositiones fundatur. Prima est vniuersalitas & prædicabilitas non cõueniunt rei secundum se: nec secũdum esse quod In hoc. c. habent extra animam, patet illa ex dictis. Secunda est: res materialis quę sola per propriam speciẽ cognoscitur à nobis secundum q̃ est in intellectu nostro obiectiuè repræsentatur absq; conditionibus indiuidualibus, patet illa etiam ex dictis. Tertia est, res immaterialis etiam Deus ipse secundũ q̃ est in intellectu nostro obiectiuè repræsentatur per modum rerum materialium. s. non repræsentatis ꝓprietatibus indiuidualibus. Patet illa: quia res illæ non cognoscuntur à nobis secundũ q̃ in seipsis sunt: sed per modum rerum materialium: nec per proprias species: sed per species rerũ materialium. Quarta est, res omnis vt repræsentata absq; conditionibus indiuidualibus: non magis respicit vnum q̃ plura indiuidua. Patet illa: quia vt abstracta est: æqualiter ad vnum & multa se habet. Nihil enim fingi potest: vnde abstractũ vt abstractum vnum magis respiciat quàm plura: vel econtra. (Vnde & notanter Auic. apposuit in diffinitione vniuersalis illam particulam secundum quod est in intellectu.) Multa enim sunt vc. 5. q. 9. niuersalia quibus tã secundum esse extra: quàm secundum propriam rationem repugnat prædicari de pluribus; vt de intelligentijs dicetur. Nulli autem vniuersali secundum q̃ est in intellectu repræsentatũ absq; propria & particulari existẽtia seu proprietate & hypostatica repugnat prædicari de pluribus. Ex quibus formatur talis ratio. Res quælibet & sola æqualiter se habens ad vnum & plura indiuidua est vniuersalis in actu in prædicãdo: res quælibet sola vt repræsentata intellectui nostro, est æqualiter se habẽs ad vnũ & plura inferiora, ergo res quælibet & sola, vt repræsentata intellectui nostro est vniuersalis in actu in prędicando. Maior patet ex diffinitione vniuersalis assiguata c. 5. circa pricipiũ.

c. 5. circa principium. gnata ab Arist. primo perihermenias. Minor vero quo ad secundã partẽ patet ex prima propositione quo ad primã autẽ partẽ ex reliquis tribus.

Ex his corollarie elicio q̃ adhoc q̃ aliquid sit vniuersale in actu in prædicando non exigitur actualis relatio naturæ obiectę ad particularia: sed

Primus sensus. sufficit quod res ipsa sit in ea dispositione secũdũ quã intellectus ad libitũ possit illam relationem sibi vere attribuere: nihil addẽdo prẽter ipsam actualem relationem. Istis prælibatis: iam patere potest conclusio intenta secundum omnes tres sensus assignatos. Et pro primo quidem sensu argui potest sic. Id quod intellectu non est impossibile prædicari de multis: seu (vt Arist. verbis vtar) aptum natum est prædicari de multis, est vniuersale in prædicando: sed res secũdum esse obiectũ in intellectu agente est huiusmodi. ergo res secũdum esse obiectiuũ in intellectu agente est vniuersalis in prædicando. Maior patet ex Auic. & Arist. Minor vero probatur sic. res abstracta à cõditionibus indiuidualibus vt sic, est apta nata prędicari de pluribus: res secũdum esse obiectiuum in intellectu agente, est abstracta à conditionibus indiuidualibus, ergo &c. Præmissę omnes ex dictis sunt manifestæ.

2. dist. 3. q. 1. Ex his habes quam male dixerit Sco. secundo sen. di. 3. q. 1. in responsione ad primũ: dicendo q̃ natura ante actum intellectus possibilis nihil habet: nisi q̃ cõuenit sibi extra animã. Patet enim iam q̃ secundũ sententiã Arist. est actu intelligibilis abstracta ab hoc & nunc: & cõsequenter vniuersalis in actu ante actum intellectus possibilis. Pro tertio sensu arguere aliter non est opus: eo q̃ eodem modo procedendũ esset. Secundus autem sensus intelligentibus terminos ex rationibus terminorum clarus est. Natura namq; secundum esse subiectiuum in intellectu possibili, nihil aliud est q̃ similitudo immaterialis sui repręsentatiua in illo existens. Similitudo autẽ immaterialis à singularibus abstracta rem vniuersaliter necesse est repræsentet: eo ipso q̃ abstracta est. Si enim rem vniuersaliter nõ repręsentet: sed particularibus conditionibus immixtã: & non à materialibus conditionibus abstractã non esset vniuersalis: ergo in repręsentando est vniuersalis res ipsam secundũ q̃ est subiectiua in intellectu possibili: id est spẽs seu similitudo ipsius naturæ quãto repræsentat naturam ipsam non repręsentatis cõditionibus indiuidualibus. Et nota q̃ quia natura ipsa habet duas similitudines in anima: scilicet speciem intelligibilem & conceptus: siue speciem impressam: & speciem expressam: ideo secundum vtranq; speciem est vniuersalis in repręsentando. (Quare aũt oporteat duas species ponere: & qũo: si deus concesserit nobis vitam, alibi dicetur.) Quanuis autem cõclusio secunda possit omnibus modis dictis verificari: attamen primus & tertius sunt ad propositum literę. Intẽdimus enim hic de vniuersali in prædicando qđ intentionem logicam sanat: & non de vniuersali in repræsentando quod nulla intentione secunda logica dicitur vniuersale: sed ex esse proprio quod secundum rem sortitur. Literam sic glosare potes. Ipsa enim natura habet esse intellectu agẽte vel possibili tã obiectiue q̃ subiectiue abstractũ ab omnibus indiuidualibus cõditionibus. Et habet rationẽ vniformẽ (obiectiue in prædicãdo subiectiuè in repræsentãdo) ad oĩa ĩdiuidua quæ sunt extra prout essentialiter est similitudo oĩm obiectiuè in essendo: subiectiuè in repræsentando inducẽs in cognitionẽ oĩm inquãtũ sunt homines: quia vt sic assimilãtur. Et ex hoc q̃ talẽ rõnalẽ. s. vniformitatis & similitudinis essentialis vel repræsentatiuè habet natura ad oĩa indiuidua intellectus adinuenit rationẽ speciei: id est secundã intẽtionẽ quę est species: & attribuit ipsi naturæ vniformiter se habẽti ad indiuidua ex hoc q̃ repręsentatur absq; oĩ indiuiduãtiũ differentiate.

Quæstio. VII.

Circa dicta est quæstio nõ modica. An vniuersalia in actu sint extra animam. An fiãt per opus intellectus quemadmodũ dictũ est. In hac quæstione primo declarabitur titulus. Secundo ponetur opinio Scoti. Tertio ponetur opinio. S. Tho. Quarto rñdebit ad argumẽta in oppositũ.

Quo ad primũ: quia hæc quæstio diuersimode intellecta, diuersis modis à philosophis determinata est: in præsentiarũ peripateticã sentẽtiã supponẽdo. s. q̃ vniuersalia nõ subsistant extra singularia declarãda est quomodo intelligatur.

In nomine vniuersalis tria intelligimus. Primò vniuersalitatẽ quæ est relatio rationis. Secundò rem quę denominatur vniuersalis ab illa vĩtate: Tertiò aptitudinẽ ad essendũ in multis quæ est quid mediũ inter illa duo & est fundamẽtũ proximũ: quare res suscipiat illã relatiuã denominationẽ: ideo eã rei intellectus attribuit relationẽ vniuersalitatis. Quia res illa apta nata est esse in pluribꝰ. Nõ vertitur in dubiũ: an illa relatio quæ vocat vniuersale formaliter sit extra animã: eã eã oĩs ab intellectu fieri dicũt. Nec quæritur an illa res quæ denominatur vniuersalis quæ vocat vniuersale obiectiuè in potentia sit extra animã. Cõis eã sententia est q̃ qñq; res illa est extra animã: qñq; non. Si eã res illa est res realis: puta hõbos & hmõi: ponitur extra animã. Si aũt res illa sit ens rõnis nõ ponitur extra vt subiectũ: prædicatũ: propositio: syllogismus & similia. Sed dubitatio est an (aptitudo ad essendũ in multis) sit extra animã: ita q̃ absq; omni tẽpore intellectus inueniatur res apta nata esse in multis quæ vocat vniuersale in actu obiectiuè. An solũ extra animã sit res. Aptitudo autẽ ad essendũ in multis in est rei per opus intellectus. Et quia aptitudo illa cõplet rationẽ vniuersalis in actu obiectiuè sumẽdo vniuersale: licet nõ formaliter: ideo quærere an extra animam inueniatur totum hoc scilicet

res apta nata esse in pluribus: est quærere: an sit extra animam vniuersale in actu obiectiuè:

Vniuersale dupliciter sequitur.

Et debes scire ad euidẽtiã terminorũ q̃ sicut albũ accipitur dupliciter. s. formaliter & subiectiuè: ita vniuersale accipitur dupliciter. s. formaliter & subiectiuè. Subiectiuè em̃ accipi nõ potest: eo q̃ vniuersalitas in nullo est subiectiuè cum sit ens rõnis. Vniuersale formaliter est ipsa vniuersalitas quæ relatio rõnis est. Vniuersale obiectiuè subdiuiditur in vniuersale obiectiuè in actu: & in vniuersale obiectiuè in potẽtia. Vniuersale obiectiuè in actu est totũ hoc. s. res vna apta nata esse in pluribus. Vniuersale obiectiuè in potẽtia est res ipsa vna formaliter nõ adiungẽdo sibi aptitudinẽ ad essendũ in pluribus. Ex his patet in quo stat difficultas: & patet in quo quid nominis terminorũ in titulo q̃nis positorũ. Intendimus em̃ nõ de vniuersali formaliter: nec de vniuersali obiectiuè in potẽtia: qa in his cõuenimus: sed de vniuersali obiectiuè in actu. Propterea cum loquimur de vniuersali in actu absq; additione obiectiuè intelligi volumus ne in æquiuoco laboremus. Hæc de primo.

Scot. 7. meta. q. 16. & 2. distin. 3. q. 3.

Quo ad secũdũ Sco. super. 7. meta. q. 16. sequẽdo fundamẽta sua: q̃. s. naturã extra aĩam sequãtur vnitas formalis & cõitas: opinatur rem vnam aptã natam esse in pluribus dari extra animã. At per hoc dicit vniuersale in actu esse in rerũ natura absq; omni tẽpore intellectus. Adducit quoq; ad hoc multas rationes: quas in medium afferre esset limites intentionis nostrę excedere: propterea eas afferam: ex quarum solutione reliquarũ debilitas innotescit. Arguitur primo per locum à diffinitione ad diffinitum sic. Circunscripto quocunq; actu intellectus res est apta nata esse in pluribus. ergo datur vniuersale in actu extra animã: tenet consequentia quia vniuersale obiectiue in actu: vt distinguitur contra singulare & prædicabile diffinitur (primo perihermenias). Vniuersale est quod aptum natũ est esse in pluribus. Antecedens probatur. quia si non: ergo aptitudo ad essendum in pluribus repugnat sibi: nec conferri sibi posset saltem ab intellectu: quia tunc pari ratione posset dare sorti talem aptitudinem. Præterea vniuersale in actu est proprium obiectum intellectus: igitur præcedit actum intellectus. tenet consequentia, ex secundo de anima: vbi dicitur q̃ obiectum est prius actu. Præterea obiectũ scientiæ realis est ens extra animam: vniuersale in actu est obiectum scientiæ realis. igitur vniuersale in actu est ens extra animam. Præterea relatio mensuræ est realis (quinto meta.) sed illa fundatur in aliquo vniuersali: probatur. quia oportet esse aliquod vnum mensuram aliarum spẽcierum: sed non vnum numero secundum Arist. ergo vniuersale. Præterea. operatio seu passio realis primo & adequate inest vniuersali: vt intelligere huiusmodi. ex primo posteriorum. igitur datur vniuersale extra animam. Præterea contrarietas est oppositio realis: & eius extrema sunt vniuersalia non singularia, ergo dantur vniuersalia extra animam. Præterea si vniuersale fit ab intellectu quomodo res prædicatur d̃ re: & quomodo vniuersale est vbique & semper incorruptibile & eternũ: & quomodo materia & forma pertinent ad quidditatem vniuersalis physici: & quomodo vniuersalium tantum est diffinitio: & quomodo genera & species: & vniuersaliter prædicamenta sunt entia extra animam. Præterea, si nihil esset in re nisi singulare, nulla esset vnitas realis: nisi numeralis quæ est propria singulari: consequens est falsum, ergo &c. Hæc de secundo.

Primo.

Cap. 15. Lect. 10.

Secũdo. T. c. 33. Tertio. Quarto. T. c. 20. Quinto. T. c. 39. Sexto. Septimo

Octauo.

Opinio. S. Tho.

Quo ad tertiũ scito nos sequentes. S. Tho. ac per hoc cõmunẽ Peripateticorũ doctrinã oppositã in hac re proferre sententiã. Dicimus nanq; q̃ illorũ trium quæ in vniuersalis nomine intelligũtur: vnũ tantũ quãdoq; est extra animã. s. res ipsa vna formaliter reliquis duobus opus intellectus cõsequẽtibus: quod & probatur simili modo arguẽdo (quo supra argutũ est.) Quicquid sequitur naturã ratione sui: simpliciter prædicatur de indiuiduo illius naturæ, sed aptitudo ad essendũ in pluribus aperte sequitur naturã: puta humanitatẽ ratione sui, ergo aptitudo ad essendum in pluribus prędicatur simpliciter de indiuiduo humanæ naturæ: igitur ista erit vera. sor. est aptus natus esse in pluribus: quod est impossibile. Maior manifesta fuit supra ex eo q̃ omnia quæ cõmitantur naturam ratione sui: nõ separantur ab ea posita in diuiduo: & consequenter prædicãtur de eo: qa (esse in) fundat dici de. Præterea omnis aptitudo fluẽs ab aliqua natura inuenitur in qualibet singulari natura inferiori ad illam: sed aptitudo ista. s. ad essendũ in pluribus, fluit ab aliqua natura: puta ab humanitate, ergo aptitudo ad essendũ in pluribus inuenitur in qualibet natura humana. Processus bonus, & cõclusio falsa: ergo altera præmissarũ nõ maior quæ ex terminis patet, ergo minor quæ est cõclusio aduersariorum. Falsitas cõclusionis probatur sic. illa aptitudo attribuẽda nõ est cuilibet humanitati: quæ in qualibet humanitate impossibilis est reduci ad actũ. patet ista: quia aliter ociosè data esset talis aptitudo. Aptitudo em̃ est propter actũ: sed aptitudo ad essendũ in pluribus est huiusmodi. s. q̃ in qualibet humanitate posita impossibilis est reduci ad actũ: quia impossibile est vt humanitas sortis actu sit in sorte & Platone: aut migret de sorte in Platonẽ, ergo aptitudo ad essendum in pluribus nõ est attribuenda cuilibet singulariter humanitati. Dicamus igitur rem vnã esse extra animã. Aptitudinẽ autem ad essendum in pluribus cõuenire rei secundũ esse quod habet in intellectu: quia cõuenit ei sub solitudinis conditione positæ. Solitariè enim accepta natura apta nata est in multis (saltem secũdũ rationem esse. Solitudo autem cum importet separationẽ naturæ à proprietatibus indiuidualibus, non conuenit

Secundo

uenit rei nisi in intellectu agente vel possibili obiectę.

Hoc eod. cap. q. 5. circa fin.

Et aduertas ad maiorẽ nostræ positionis eui dentiam q̃ hic accidit similis defectus Scoto illi qui positus est (supra.) Cum em̃ aptitudo ad essendum in pluribus sit idem quod nõ repugnantia ad essendũ in pluribus: arguit sic. Naturæ puta humanitati inquantũ humanitas non repugnat esse in pluribus, ergo humanitati inquantũ humanitas cõuenit aptitudo seu nõ repugnãtia ad essendũ in pluribus: & cõsequenter humanitas est vniuersalis absq; opere intellectus. Apparet aũt manifestè peccatũ in hoc processu cũ ex negatiua infertur affirmatiua de prædicato infinito reduplicatione addita. Prima em̃ ꝓpositio quæ est negatiua veritatem habet. Secũda verò quæ affirmatiua est, est impossibilis: q̃ patet ex eo q̃ humanitas inquantũ humanitas abstrahit à repugnãtia ad essendũ in pluribus & nõ à repugnãtia ad essendũ ĩ pluribus sicut abstrahit ab albo & non albo. Si em̃ humanitas vindicaret sibi inquãtũ humanitas nõ repugnantiã ad essendũ in pluribus, nullo pacto humanitati posset cõuenire repugnãtia ad essendũ in pluribus: & sic nec per se nec per accidẽs posset repugnare humanitati esse in pluribus: quod est manifestę falsum. Humanitati em̃ sortis ratione adiunctę hecceitatis repugnat esse in pluribus: cõsequẽtia tenet: quia oppositũ eius quod cõuenit alicui (secundũ q̃ ipsum) nullo modo potest inueniri in illo: vt habes ex primo posteriorum. Quamuis igitur naturæ ratione sui non repugnet esse in pluribus non tamen vendicat sibi ratione sui non repugnantiam ad essendum in pluribus: & cum eam nõ vẽdicet sibi secundũ esse quod habet in singularibus, relinquitur q̃ vendicabit eã sibi secundum esse quod in intellectu sortitur. Et quia ad hoc q̃ aliquid sit vniuersale in actu, exigitur q̃ vendicet sibi nõ repugnantiã ad essendum in pluribus: cũ in diffinitione eius ponatur: quod enim ponitur in diffinitione per se cõpetit diffinito: ideo res ratione sui nõ potest esse vniuersalis in actu: sed quàm primũ est obiecta intellectui agẽti vel possibili, fit vniuersalis in actu: quæ vniuersalis erat in potentia. Quomodo autem fiat huiusmodi reductio potẽtiæ ad actum (iam dictum est) scilicet q̃ ab intellectu agente fit per productionem speciei intelligibilis: ab intellectu verò possibili per formationẽ conceptus. Quod si aliquis finxerit vniuersale in actu cõstitui per negationem repugnantiæ ad essendum in pluribus: & non exigere affirmationem non repugnantiæ: aduertat se errare propter tria. Primò propter hoc q̃ in diffinitione vniuersalis affirmatiuæ cadit ipsa aptitudo seu non repugnantia ad essendum in pluribus. Secundò quia si ad vniuersalem sufficit negatio repugnantiæ ad essendum in pluribus: ad singulare quoq; sufficiet negatio repugnantiæ ad essendum in vno solo. Sicut enim vniuersale se habet ad multa, ita singulare ad vnum tantum: & si sic est: tunc humanitas in quantum humanitas, erit vniuersalis & singularis: de ea enim vt sic, negatur vtraq; repugnantia. Tertiò quia cum vniuersale in actu distinguatur contra singulare: sicut singulari repugnat esse in pluribus: ita vniuersali in vno tantũ: humanitati autem de qua negatur repugnãtia ad essendum in pluribus non repugnat esse in vno tantum, ergo negatio talis repugnantiæ nõ sufficit ad constituendum vniuersale in actu. Et potest hæc ratio formari contra principale sic. Vniuersale in actu repugnat esse in vno tãtum: humanitati inquantum humanitas non repugnat esse in vno tantum: aliter non posset saluari in vnico tantum indiuiduo, ergo humanitas vt sic, non est vniuersalis in actu. Similiter dicas de quacunq; alia natura. Hæc de tertio.

In hoc eodem cap.

T. c. 11.

Adprimũ

Quo ad quartum respondendum̃ est argumẽtis in oppositum. Et primi quidem negatur antecedens. Ad cuius probationem dicitur negando consequentiam. Non enim valet res circũscripto actu intellectus: nõ est genus, ergo sibi repugnat esse genus. Stat enim q̃ abstrahat ab vtroq; : sic aũt est in proposito. Natura em̃ ipsa circũscripto actu intellectus abstrahit ab aptitudine ad essendũ in pluribus & à repugnãtia ad essendũ in pluribus: vt ex dictis patet. Ad secũdũ dupliciter respõdetur & vtroq; mõ bene. Primo negatur cõsequentia, si sermo sit de intellectu agẽte: qa potentia actiua nõ præsupponit obiectũ suũ: sed facit illud. Si autẽ sermo sit de intellectu possibili: concessa cõsequẽtia prima: nõ sequetur, ergo vniuersale in actu est extra animã: quia fit per actũ intellectus agentis. Secũdò dicitur quod cũ vniuersale in actu nominet duo, scilicet rẽ & aptitudinẽ &c. res ipsa est obiectũ: aptitudo autẽ est modus obiecti seu cõditio sine qua res nõ est obiecta. Sufficit autẽ quod res ipsa quæ est obiectũ præcedat actũ intellectus: & nõ oportet q̃ modus eius præcedat. Obiectum enim, ait Arist. est prius actu nõ modus obiecti. Vnde ad formã argumẽti negat cõsequentia: quia etsi posterioritati antecedẽtis non obstet aptitudinẽ esse mediũ obiecti: obstat tamen illationi consequentis ex eo. prioritas em̃ modi non potest inferri ex posterioritate obiecti. Per hocidem respondetur ad tertium: quod scilicet res obiecta scientię reali est extra animã: nõ modus rei obiectæ: vniuersale autem in actu nominat vtrũq; scilicet rem & modũ: & ideo vniuersale in actu nõ sequitur extra animã: ex eo q̃ res de qua est sciẽtia est extra. Ad formã argumẽti dicitur, quod vera existente maiore cõmittitur fallacia figuræ dictionis: mutat enim res obiecta in modum rei seu in rem cum modo.

2. di. art. 1. con. 33

Ad tertiũ

Primo.

Sed contra istas respõsiones instat Scot. ibi. Et primo cõtra primam sic. Quicquid est per intellectum agentem est prima intentio, ergo nullum vniuersale est in genere substantiæ, conse-

Secunda 2.d.3.q. 2.i quita via cõtra ad. Tertio.

quenter nulla est prędicatio in quid superiorum de inferioribus. Pręterea, vniuersale prędicit sensum vt alias probatum est, ergo præcedit intellectum agentem. Præterea: intellectus agens & possibilis sunt vna potẽtia: alias quilibet homo haberet duos intellectus: sed vnius potentiæ est vnum obiectum: quare si præcedit actum vnius, prędicit actum alterius. Pręterea. secundum hoc non esset generatio vniuoca sine actione intellectus agentis. Dicetur fortè quod non habeat aliquam vnitatem realem generans & genitum: sed similitudinem. Contra. quia proximum fundamẽtum similitudinis est vnum. 5. meta. sed nõ

T. c. 20. generãs neq; genitum, ergo aliquid cõe vtriq;.

Contra secundam verò responsionem arguit: qua nullo intellectu considerante non erit vniuersale in actu: & ita scientia habitualis non esset obiecti vniuersalis in actu. Præterea. obiectũ inquantum est prius actu non intelligitur sub hoc modo, ergo vel sub opposito modo: sed nõ sub nullo, ergo. &c. Præterea. aut ille modus est factus ab intellectu: aut non: si non, habetur intentum, si fic, ergo non est necessarius in obiecto: quia prius obiectum est intellectum sine illo modo causato per intellectionem obiecti.

Ad has instantias respondetur præsupponendo sępe iam dictum q vniuersale duo dicit: rem & aptitudinem seu Vniuersalitatem. Vniuersale pro re posita in prædicamento est prædicabile scibile obiectum intellectus: diffinibile & huiusmodi. Vniuersale autem pro aptitudine est modus seu conditio rei prædicamentalis prædicabilis scibilis diffinibilis &c. neq; intellectus agens: aut possibilis facit rem: sed modum tantum. Ad

Ad' primum. primam ergo conceditur q vniuersale pro eo q fit ab intellectu agente non est in prædicamento subsłantiæ: vlterior autem consequentia nullam habet apparentiam. Ad secundam negatur

Ad secundum. Prima secundę. q. 29. ar. 6. antecedens, visus enim etsi sit coloris vniuersaliter: vt habes à S. Tho. prima secundæ. q. 26. art. 6. non tamen est coloris vniuersalis. Ad tertiam si-

Ad tertiũ T. cõ. 17. militer negatur antecedens, necessariũ enim est vt dicitur tertio de aĩa. tex. cõ. 17. in aĩa nostra esse duos intellectus. s. agentẽ & possibilẽ: q nõ possunt esse eadẽ potentia: cũ potẽtia actiua & potẽ-

Ad quartum. T. c. 20. tia passiua non sint eadẽ apud Arist. Ad quartã negat cõsequẽtia, & dicit q responsio illa ibi data est optima sane intellecta. Ad improbationem eius dicitur q similitudo fundat supra res ipsas: puta duas albedines vel humanitates tanq fundamentũ: & q vnitas nõ est fundamẽtũ similitudinis: sed cõditio fundamẽti: fundat em similitudo, pprię dicta supra duas res habẽtes illã cõditionẽ. s. mutuã negationẽ distinctiõis formalis, puta duas albedines: & hoc mõ intelligẽdus est Arist. 5 meta, Et dato q vnitas esset fundamentũ: adhuc nõ sequeret dari aliqd cõmune vnũ vtriq;: dicam em q similitudo nõ fundat supra vnũ qđ est generans: neq; supra vnũ quod est genitũ: sed supra vnũ quod sunt generãs & genitũ. Iam autẽ declaratũ est supra cõmitti fallaciã consequentis si sic procedatur: generans & genitum sunt vnum formaliter, ergo habent aliquid vnum commune vtrique.

In hoc. 9. 5. 1

Ad primum.

Ad primum eorum quæ contra secundam responsionem adducuntur, dicitur q pręcise loquẽdo de intellectu possibili secatur vniuersale quẽadmodum scientia, ita q scientia in actu est vniuersalis in actu: scientia in potẽtia est vniuersalis in potẽtia: & scientia in habitu: est vniuersalis in habitu qđ tunc accidit quando cum volumus ipsum in actu facimus. Egrediendo autẽ ad intellectũ agentem: dicitur q nullo intellectu cõsiderante: dũmodo producta sit species intelligibilis: datur vniuersale in actu: eo q Philosopho dormiente rosa: cuius species intelligibilis in illius intellectu conseruatur: denominatur repręsentata absque hoc & nunc & actu intelligibilis, &c. Ad

Ad secundum dicitur. secundum dicitur quod obiectum vt prius actu nullum sibi vendicat modum. abstrahit enim ab omni esse & modo quidditas. Ad tertium dicitur

Ad tertiũ quòd modus ille fit ab intellectu agente: & cum infertur, ergo non est necessarium: negatur consequentia: quia potentia actiua non præsupponit conditionem sui obiecti: sed facit. Dicitur secundo quòd dato quod non fieret ab intellectu agente: fit ab intellectu possibili: & similiter negatur illa consequẽtia. Ad probationem dicitur quòd falsum assumit scilicet quod prius intellectus intelligit rem: deinde facit eius modum: simul enim vtrumque fit: intellectus enim formãdo conceptam rem absque hoc, & nunc apud se facit: neque potest imaginari quòd prius faciat rem: deinde absque hoc & nunc. sicut sor. simul generat hominem hunc & non prius hominem deinde hunc.

Ad. 4. principale

Ad quartum dicitur quòd relatio mensurę fundetur in aliquo vniuersali: fundatur enim neque in vniuersali: neque in singulari, vt sic: sed in natura vna formaliter quæ in singulari reperitur: & sic non est vnum numero: vt sic mẽsura aliorum. sed vnum formaliter. Ad quintum dicitur quòd nihil aliud concludit nisi quòd vniuersale pro re est extra animã: sic enim accepto

Ad. 5. vniuersali inest primò passio seu realis operatio. homo enim est cui primo conuenit ridere: non homo vniuersalis: alioquin risibile non inuenirẽtur in homine non vniuersali: puta sorte. Ad sextum dicitur similiter quòd extrema contrarietatis sunt res ipsę non res particulares vt sic: neque vniuersales: aliter res non vniuersales. s. hæc albedo & hæc nigredo non essent contrariæ. Ad septimum dicitur quòd stant ista duo simul: vniuersale prædicatur de rebus: & vniuersale fit ab intellectu: eo quòd vniuersale pro re est id quod prædicatur: & quo adhoc nõ fit ab intellectu. vniuersale autem pro aptitudine est conditio rei quæ prædicatur: & talis fit ab intellectu: prædicatio enim non debetur rebus nisi habentibus conditionem

Ad. 6.

Ad. 7.

T.com. tionem aliquam intentionalem. Vnde & Arist. 7. metaphysico. tex. com. 46. ait, quòd subsłantia non dicitur de subiecto: quia loquebatur de ea secundum suam naturam. In prædicamentis verò vbi de subsłantia induta accidentia intentionalia loquebatur dixit subsłantiam dici de subiecto. Ad id verò quod ibi additur dicitur q omnia illa verificantur de vniuersali pro re: sed exponẽda est affirmatiua propositio negatiuẽ. vt sit sensus: vniuersalia sunt vbiq; &c. ideſt naturæ ipsæ denominatæ vniuersales non terminant sibi locum neq; tempus. Similiter dicitur ad id quod subiungitur quòd forma & materia pertinẽt ad quantitatem vniuersalis ideſt rei physicæ quæ denominatur vniuersalis. Similiter vniuersalium tantum est diffinitio, ideſt rerum quæ denominatæ sunt vniuersales. Similiter res denominatæ genera species & differentiæ sunt extra animam conditiones autem earum sunt per opus intellectus. Ad octauum dicitur quòd per ly singulare

Ad. 8. duo intelligere possumus: quandoq; intelligitur ipsa singularitas: quandoque totum, scilicet res singularis. Primo modo accipiendo singulare conceditur consequentia: sed antecedens nõ est verum. secundo modo antecedens peripateticum est: sed consequentia nihil valet (supra enim iam diximus) in singulari multas vnitates existere & non tantum numeralem.

Hoc. c. q. 5. Et quãuis hæc natura intellecta habeat rationem vniuersalis secundum q comparatur ad res quæ sunt extra animam, quia

Cõ. 5. est vna similitudo omnium. tamen secundum q habet esse in hoc intellectu vel in illo est species quædam intellecta particularis. & ideo patet defectus Commentatoris in tertio de anima: qui voluit ex vniuersalitate formæ intellectæ vnitatem intellectus concludere, quia non est vniuersalitas illius formæ secundum hoc esse quod habet intellectum, sed secundum q ad res refertur vt similitudo rerum. Sicut etiam si esset vna statua corporea repręsentãs multos homines, constat quòd illa imago vel species statuæ haberet esse singulare & proprium secundum quòd esset in hac materia, sed haberet rationem cõmunitatis secundum quòd esset commune repręsentatiuum plurium.

Com. 5. In hac secunda parte capituli huius, Auerro. errorem remouere intendit qui in tertio de anima com. 5. ex vniuersalitate formæ intellectæ voluit declarare vnitatem intellectus hoc modo: quod est vniuersale suam vniuersalitatem retinens est indistinctum numero forma intellecta ideſt natura secundum esse in intellectu subiectiuè est vniuersalis suam vniuersalitatem retinens. ergo est indistincta numero: igitur subiectum eius quod est intellectus possibilis non est distinctus numero: & sic vnus intellectus in omnibus hoĩbus concluditur. Maior videtur ex nota. quia vniuersalitati opponitur distinctio numeralis. Minor verò ex eo patet q species intelligibilis repręsentat vniuersale. Hęc ratio (etsi alterius principiũ exigat pro sui dissolutione & pro sui probatione) attamen quantum præsentis intentionis est ex dictis sic destruitur. Vniuersale est aliquod duplex. s. in essendo & in repræsentando. Vniuersale in essendo esset si daretur natura hominis separata vt idea Platonis: & de tali vniuersali vera est maior: sed falsa minor. Vera quidẽ maior, quia tali vniuersali cũ secũdũ esse vniuersalitalem sortiatur secundum esse quoq; repugnabit distinctio numeralis, vnde impossibile est imaginari plures homines vniuersales. Falsa autem est minor, quia species intelligibilis non est vniuersalis in essendo cum sit in singulari subiecto. s. intellectu possibili qui indiuiduũ quoddam est (licet immateriale.) Vniuersale verò in repræsentando (vt dictum fuit) est quod rem vniuersalem repræsentat: & de tali vniuersali falsa est maior: licet minor sit vera, & maioris quidẽ falsitas ex eo cognosci potest, q tale vniuersale vniuersalitatem non habet secundum suum esse quo respicit subiectum, vnde vnitas vel pluralitas numeralis in accidentibus oritur: sed habet vniuersalitatem secundum repræsentationẽ quę respicit obiectum: vnde nõ repræsentat obiecta distincta numero: sed vnum & idem obiectũ omnino repræsentant omnes species cuiusdã rei: puta species humanitatis in te & in me: sicut eadẽ sortis facies à pluribus per plures species: idẽ omnino repræsentantes videtur. Minori autem sic intellectę veritas ex supradictis liquet: species enim intelligibilis repræsentat naturam non repræsentando conditiones particulares eius vt dictum est. hæc est sententia literæ in hac parte.

Hoc est capitulo.

Et quia naturæ humanæ secundum suã absolutam considerationem conuenit q prædicetur de sorte, & ratio speciei non conuenit sibi secundum suam absolutam s. humanæ naturæ considerationem, sed est de accidentibus quæ consequuntur eã secundum quoddam esse, quod habet in intellectu, ideo nomen speciei non prædicatur de sorte, vt dicatur, sor. est species, quod de necessitate accideret si ratio speciei conueniret homini secundum esse quod habet in sorte, vel secundum suam absolutam considerationem. s. inquãtum

eſt homo, quicquid enim conuenit homi E
ni, inquātū eſt homo, prædicatur de ſorte.

In hac parte tertia capituli huius talē obiectio
nē ex ſupradictis excludere intendit: quia quod
prædicatur de prædicato prædicatur & de ſubie-
cto: ſed ſpecies prædicatur de homine quod eſt
prædicatum reſpectu ſortis: ergo ſpecies prædi-
catur de ſorte: & ſic ſortis erit ſpecies: concluſio
eſt falſa: maior vera ex anteprædicamētis habe-
tur. Huius obiectionis peccatū vnde oriatur ex
ſuprapoſita diſtinctione eorum quæ conueniūt
naturæ: manifeſtat ſimul ex hoc inſinuās quàm
conueniē: tradita fuerit doctrina (cum ex ea diffi
cultates accidētes diſſoluūtur.) Cum enim dictū
ſit q̄ triplicia ſunt quæ de natura prædicantur: F
quædā. ſ. abſolutè: & quædam ſecundum eſſe in
intellectu: & quædam ſecundū eſſe in ſingulari:
ea quæ conueniunt naturæ ſecundū eſſe in intel
lectu, non conueniunt ei abſolutè: neq; ſecundū
eſſe in ſingulari: cū oppoſita ſint: & ideo in præ-
dicto proceſſu error accidit: quia denominatio
ſpecifica homini ſecundū eſſe in intellectu conue-
nit: & concluditur de homine ſecundū eſſe in
ſingulari: dū infertur: ergo ſortes eſt ſpecies. Vt
autē ad formā argumenti dici poſſit innuit talem
diſtinctionem. Prædicari de prædicato cōtingit
dupliciter. Vno modo vt prædicato id eſt ſecun
dū quod illud prædicatur de altero: ſicut animal
prædicatur de prædicato ſortis. ſ. homine: ſecun-
dū id ſecundum quod homo prædicatur de ſor-
te: ſecundū idem enim homo recipit prædicatio
nē animalis: & prædicatur de ſorte, ſecundū ſuā
naturā: & hoc modo maior eſt vera: minor autē
falſa. Alio modo cōtingit prædicari de prædicato
nō vt prædicato: id eſt non ſecundū illam ratio-
nem qua illud prædicatū de ſuo ſubiecto prædi-
catur: ſicut in poſito: ſpecies nō prædicatur
de homine inquantū homo eſt prædicatū ſortis
i. nō prædicatur de homine ſecundum illud eſſe
quo homo prædicatur de ſorte: eo q̄ homo præ
dicatur de ſorte ſecundum ſuum eſſe quidditati
uum abſolutè: ſpecies autē prædicatur de homi-
ne non ſecundū eius eſſe quidditatiuum: ſed ſe-
cundum eſſe quod in intellectu habet: & hoc
modo maior eſt falſa: minor autem vera ſemper
ergo altera præmiſſarū eſt falſa. Et hoc eſt quod
in litera dicitur, q̄ ratio ſpeciei non conuenit ho
mini ſecundum ſuam abſolutam conſideratio-
nem ſecūdum quam conuenit ſibi prædicari de
ſorte: quia ſic oportet etiam conuenire ſorti (vt
ſupradictum fuit) ſed conuenit ei ſecundum eſſe
in intellectu ſecūdū qđ eſſe prædicatur de ſorte.

Et tamen prædicari cōuenit generi per
ſe cū in eius diffinitione ponatur. Prædica
tio enim eſt quoddā quod completur per
actionē intellectus componentis & diui-
dentis, habens tamen fundamentū in re i-

ſa. in hoc c. q. 5. fi.

ſam vnitatem eorum quorūvnum de al-
tero dicitur. Vnde ratio prædicabilitatis
pōt claudi in ratione huius intētionis quæ
eſt genus quæ ſimiliter per actionē intelle
ctus cōpletur, nihilominus id cui intelle-
ctus intentionē prædicabilitatis attribuit,
cōponens id cum altero nō eſt ipſa inten-
tio generis, ſed potius id cui intellectus in
tētionē generis attribuit, ſicut quod ſigni
ficatur hoc nomine animal, ſic ergo patet
qualiter eſſentia vel natura ſe habet ratio-
ne ſpeciei, quia ratio ſpeciei nō eſt de illis
quæ cōueniunt ei ſecundū ſuam abſolutā
conſiderationē: neq; de accidentibus quæ
conſequūtur ipſam ſecundū eſſe quod ha
bet extra animā: vt albedo vel nigredo, ſed
eſt de accidētibus quæ cōſequuntur eā ſe-
cūdū eē qđ habet in intellectu: & per hūc
modū cōuenit ſibi rō gñis vel differētiæ.

In hac quarta parte capituli huius reſpōdere
intēdit cuidā tacitę obiectioni quæ talis eſt, quod
per ſe prædicatur de ſpeciebus cōuenit ipſis ſpe
ciebus: ſed (ly genus) per ſe prædicatur de ſpecie
bus: puta homine & boue, ergo ly genus conue-
nit ipſis ſpēbus: & ſic hō erit genus & ſimiliter
G bos. Maior eſt ex terminis nota, implicat em̄ q̄
aliquid per ſe prædicetur de aliquo in quocūq;
modo perfeitatis & nō cōueniat illi. Minor ꝓba
tur ſic illud in cuius definitione ponitur prædica
ri de ſpeciebus per ſe prædicatur de illis, ſed (ly
genus) eſt in cuius diffinitione ponitur prædica
ri de ſpēbus, ergo gen⁹ per ſe prędicaṫ de ſpēbus.
Maior ſyllogiſmi huius patet ex eo q̄ quælibet
pars diffinitionis in recto in primo modo perfei-
tatis cōuenit diffinito. Minor aūt ex Porphyrio Capit. de genere.
patet ſic dicēte: genus eſt prædicabile de plurib⁹
ſpē differētibus. Similiter oīno pōt argui de ſpē re
ſpectu indiuidui, cū ēt in diffinitione ſpēi ponaṫ
prædicari de indiuiduis, & ſic videtur q̄ malè di-
ctū ſit: ſortē nō eſſe ſpeciē. Huius obiectionis in li
H tera motiuū tantū tangitur cū dicitur: & tamen
prædicari per ſe cōuenit generi cū in eius diffini-
tione ponatur. Reſpōſio autē in reſiduo ponitur
in quo ad plenā materiæ huius diſcuſſionē duas
diſtinctiones innuit. Prima eſt, prædicari duplici
ter capitur. ſ. formaliter & fundamentaliter ſeu
materialiter. Secūda eſt, genus dupliciter accipi-
tur. ſ. formaliter & fundamētaliter ſeu materialiṫ
Et debes ſcire vt terminos intelligas q̄ in hac ꝓ-
poſne, hō eſt animal, ſunt tria. ſ. ly homo: ly eſt: &
ly animal: quæ extra animā nihil aliud ſunt q̄ na
tura humana importata per ly homo: & natura
ſenſitiua importata per ly animal: & vnitas ſeu
cōiunctio earū inter ſe importata per ly eſt, hæc
enim

em̄ tria intellectus apprehēdens in ſecūda ſua o- A
peratione format hāc ꝓpoſitionē: hō eſt animal:
qua formata reflectēdo ſe ſuper illa tria vt termi
nāt actū ſui cōponentis adinuenit & attribuit eis
quaſdā relatiōes: & (ly hō) attribuit relationē ſub
iecti: & (ly animal) relationē p̄dicati: (& ly eſt) re-
lationē prædicationis. Vnde prædicatio formali
ter eſt illa relatio adinuenta ab intellectu: funda
mētaliter verò ſeu materialiter eſt cōiunctio rei
prædicatę cū re ſubiecta. Similiter cū intellectus
apprehēdit naturā ſenſitiuā & reflexerit ſe ſuper
illā vt ſtat ſub actu eius: videritq; eā vt ſic indiffe-
rēter ſe habere ad ſpēs in quibus primo inſpexe
rat: naturā illā ſaluari: attribuit naturæ ſenſitiuæ
ſeu animali obiecto relationem gñis: & ſic genus
formaliter eſt illa relatio: genus aūt fundamētali B
ter ſeu materialiter eſt natura ipſa: puta ſenſitiua
& ſic patent termini diſtinctionum.

Ex his tria deducūtur. Primū eſt cū genus fun
damētaliter, puta animal non includat in diffini
tione ſua prædicationē fundamentalē: quia in dif
finitione animalis nō ponitur cōiunctio eius cū
homine vel boue: neq; prædicationē formalem:
quia in diffinitione rei non ponitur res ſecundæ
e de gñe. intentionis: conſequens eſt q̄ genus formaliter
ſumatur quando diffinitur à Porphyrio.

Secundū eſt q̄ cū indiffinitiōe generis forma
liter nō cadat prædicatio fundamētalis de ſpecie
puta homine: quia relatio gñica nō eſt cōiuncta
realiter rei, quę denominatur ſpecies: conſequēs
eſt q̄ prædicari de pluribus poſitum in diffinitio
ne generis ſit accipiendum formaliter. ſ. pro rela
tione prædicationis, vna em̄ relatio pōt cadere
in diffinitione alterius: ita vt cōceptus relationis
quæ eſt prædicatio de pluribus &c. cadat in con-
ceptu relationis quę eſt genus; & hinc habes q̄ cō
formiter S. Tho. dicant aſſerētes genus & ſpēm
diffiniri pro ſecundis intentionibus in concreto.

Tertiū deducendū eſt q̄ aliquid dicitur prædi
de hoc vi de cō. hu ius doct. ſup Por- phy. in. c. de gñe. i princip. cari de ſpē dupliciter. Vno modo vt res denomi
nata prædicabilis de ſpeciebus: & ſic animal præ
dicatur de homine & boue. Alio modo vt id quo
res denominatur prædicabilis de ſpeciebus: &
ſic genus in cuius diffinitione ponitur prædicari
de ſpeciebus prædicatur de ipſius ſpeciebus. Si-
cut aliquid dicitur diſgregatiuū viſus dupliciter. D
Vno modo vt res denominata diſgregatiua vi-
ſus, hoc enim modo nix dicitur diſgregatiua vi-
ſus. Alio mō vt id quo res denominatur diſgrega
tiua viſus, quemadmodū albedo dicitur diſgrega
tiua viſus: cū in diffinitione eius ponatur diſgre-
gare viſum. Et ſicut ſtant iſta duo ſimul. ſ. q̄ res
diffinita per diſgregare viſum eſt albedo & non
nix, res autē denominata diſgregatiua viſus, eſt
nix & non albedo: ita præciſe in poſito ſtant
iſta duo ſimul. ſ. q̄ res diffinita per prædicari de
ſpeciebus eſt relatio generica: res autem deno-
minata prędicabilis de ſpeciebus eſt natura: quę
ſubeſt illi relationi: puta animal: ita q̄ res diffini-

ta per prædicari &c. eſt genus formaliter nō ma-
terialiter: res autē denominata prædicabilis eſt
genus materialiter nō formaliter. Vnde in litera
dicitur, q̄ ratio prædicabilitatis clauditur in hac
intentione: quę eſt genus: id tamē cui intellectus
intentionē prædicabilitatis attribuit nō eſt ipſa
intentio generis ſed res: cui etiā ipſa intentio ge
neris attribuitur. Ex quibus patet reſpōſio ad ob
iectionē: quia loquendo de eo quod per ſe prædi
cātur de ſpeciebus vt res denominata prædicari,
verā eſt maior: ſed falſa minor, loquendo autē de
eo quod per ſe prædicatur vt ratio denominādi
falſa eſt maior: licet minor ſit vera. Vnde cum
ſemper altera præmiſſarū ſit falſa nihil concludi
tur. Hac diſtinctione nūc aſſignata in terminis
ſimplicibus ſic vti poteris, prædicabile de ſpecie
bus dupliciter: formaliter & denominatiuè: qđ
prædicatur de homine & boue denominatiuè
eſt animal: quod autē prædicatur formaliter de
homine & boue eſt genus, de prædicabili deno
minatiuè falſa eſt minor, de prædicabili formali-
ter falſa eſt maior. Hæc dicta cum applicaueris
ad ſpeciem reſpectu indiuiduorum ad differen-
tiam: proprium & accidens & reliqua huiuſmo-
di ſolues multas obiectiones & illuceſcet tibi ve-
ritas multarum propoſitionūm: quæ obſcurę
apparent, reſiduum capituli eſt Epilogus, per ſe
patent &c. Capitulum quintum.

NVnc reſtat videre ſecundū quē C
modum eſſentia ſit in ſubſtan-
tijs ſeparatis. ſ. in anima intelli-
gentijs & cauſa prima. Quāuis-
autem cauſæ primæ ſimplicitatem omnes
philoſophi concedāt: tamen compoſitio-
nem materiæ & formæ in intelligētijs &
animabus quidam nituntur ponere: cuius
poſitionis fuiſſe dicitur Auicebron autor
libri fontis vitæ. Hoc autem dictis philo-
ſophorum reperitur eſſe cōtrarium: quia
eas ſubſtantias à materia ſeparatas nomi-
nant: & abſq; omni materia eſſe probant:
cuius demonſtratio potiſſima eſt ex virtu D
te intelligendi, quæ in eis eſt. Videmus e-
nim formas non eſſe intelligibiles in actu
niſi ſecundum q̄ ſeparantur à materia & à
conditionibus eius: nec efficiuntur intelli
gibiles in actu niſi per virtutem ſubſtan-
tiæ intelligentis ſecundum quòd recipiū-
tur in ea, & ſecundum quòd aguntur per
ea, vnde oportet q̄ in qualibet ſubſtantia
intelligente ſit omnimoda immunitas à
materia, ita quòd nec habeat materiā par-
tem ſui, neq; etiam ſit ſicut forma impreſ-

sa materiæ vt est de formis materialibus.

Hic incipit tractatus secundus huius operis intendens in duobus capitulis tradere notitiam de essentijs substantiarum simplicium quemadmodum tradita est de essentijs substantiarum compositarum. Facit autem sex in præsenti capitulo. Primo declarat ꝙ essentia in simplicibus non significat compositum quid ex materia & forma sed formam tantum, secundo comparat illas essentias essentijs substantiarum compositarum, tertio ostendit tales substantias esse compositas ex esse & essentia, quarto declarat intelligentias habere esse effectiue à deo, quinto ostendit eas esse cõpositas ex actu & potentia, sexto de multitudine eorum agit. Præmissa igitur primo concordi sententia philosophorum de simplicitate omnimoda primæ causæ: & quibusdam dissentientibus circa immaterialitatem intelligentiarum adductis. Contra hos talem conclusionem ponit. Omnis substantia intellectualis est immaterialis id est incõposita ex materia & forma & independens à materia: quam sic probat, omne patiens vel agens vel recipiens vel habens in se intelligibile in actu est immateriale: omnis substantia intellectualis est patiens vel agens vel recipiens vel habens in se intelligibile in actu: ergo omnis substantia intellectualis est immaterialis. Maior quo ad tres sui partes ex eodem medio probatur, scilicet ex hoc quòd intelligibile in actu oportet esse immateriale, tertio de anima. text. comment. 11. & 15. agens autem rem immaterialem oportet esse immateriale: eo ꝙ agens non potest esse ignobilius suo effectu, vt dicitur 3. de anima. text. commen. 18. & text. comment. 40. recipere quoq; immateriale non potest res immaterialis: vt patet tertio de anima. commento quinto, vnumquodq; recipitur per modum recipientis: & per idem innotescit quòd habere non potest res immaterialis immateriale cognoscibile in seipsa. Minor autem ab omnibus conceditur. Frustra enim esset substantia intellectualis nisi aliquid intelligeret: cum vnumquodque sit propter suam operationem, vt dicitur secundo cæli. text. commen. 17.

T. c. 11. T. c. 15. T. cõ. 5. 8. cõ. 17.

Nec potest dicere aliquis quòd intelligibilitatem non impediat materia quælibet: sed materia corporalis tãtum. Si enim hoc esset ratione materiæ corporalis tantum cum materia non dicatur corporalis nisi secundum quòd stat sub forma corporea: tunc oporteret quòd hoc haberet materia à forma corporali, scilicet impedire intelligibilitatem. Et hoc non potest esse quia & ipsa forma corporalis actu intelligibilis est: sicut & aliæ formæ sed quòd à materia abstrahuntur. Vnde in anima intellectiua & intelligentia nullo modo est compositio ex materia & forma: vt hoc modo accipiatur materia in eis sicut in substantijs corporalibus: sed est ibi compositio formæ & esse. Vnde in commento nonæ propositionis libri de causis dicitur quòd intelligentia est habens formam & esse: & accipitur ibi forma pro ipsa quiddite vel essentia simplici.

Quia posset aliquis credere rationem factam recipere responsionem: ideo intendit hic excludere responsionem quæ posset imaginari sufficiens. Ad hoc posset aliquis distinguere de materia corporali & materia simpliciter: & dicere ꝙ maior est vera de materia corporali: non autem de materia simpliciter: & consequenter concedere quòd omnis substantia intellectualis est immunis à materia corporali: nõ autem à materia: quia non materia: sed materia corporalis impedit intelligibilitatem in actu. Contra hanc fugã instatur ratione ducente ad impossibile sic. Materia corporalis impedit intelligibilitatẽ per te, ergo forma corporalis est id vnde materia habet ꝙ impediat intelligibilitatem: hoc est impossibile: ergo à destructione consequentis &c. consequentia est nota ex terminis. Cum enim materia corporalis duo dicat. s. ly materia: & ly corporalis & ex ly materia secundũ aduersariũ non impeditur intelligibilitas in actu restat ꝙ hoc impedimentum sit ex ly corporalis, sed ly corporalis, nihil addit supra materiam nisi formam corpoream, ergo ex forma corporali seu corporea oritur quòd materia impediat intelligibilitatem in actu. Falsitas autem consequentis probatur sic. Omnis forma non concepta cum materia est actu intelligibilis: patet ista ex tertio de anima. text. commen. 11. Forma corporea est forma secundum se non concepta cum materia: accipitur enim distincta contra materiam: ergo forma corporea secundũ se est actu intelligibilis. Tunc vltra: nihil secundum se actu intelligibile ex se impedimentum præstat intelligibilitati: forma corporea est huiusmodi: ergo forma corporalis non est id vnde materia impedimentum intelligibilitatis sumat: quod erat probandum. Est igitur tam anima intellectiua quàm intelligentia quælibet non compositiua ex materia & forma. Si accipiamus compositionem ex materia & forma vniuocè: pro vt scilicet materia & forma nominãt partes essentiales rei: quemadmodum dictum est substantias aliquas esse compositas (in præcedentibus) sed est in eis aliud genus cõpositionis scilicet ex forma & esse: de quo infra erit sermo: & sic habetur prima pars intenti scilicet quòd essentia in substantijs intellectua-

T. c. 11.

In. ca. 2. hic: eo. c.

dubio sequẽ ipost q. 10.

tellectualibus non significat compositum quid ex materia & forma. Remanet ergo modo modo declarandum quomodo significet formam tantum, propterea subiungit.

Et quomodo hoc sit planũ est videre. Quæcumq; enim ita se habent ad inuicẽ ꝙ vnum est causa esse alterius: illud quod habet rationem causæ potest habere esse sine altero: sed non conuertitur. Talis aũt inuenitur habitudo materiæ & formæ ꝙ forma dat esse materiæ: & ideo impossibile est esse aliquam materiam sine forma: tamen non est impossibile esse aliquã formam sine materia: forma enim non habet in eo ꝙ forma dependentiam ad materiã: sed si inueniantur aliquæ formæ quæ non possunt esse nisi in materia: hęc accidit eis secundũ ꝙ sunt distantes à primo principio quod est actus primus & purus. Vnde illæ formæ quæ sunt propinquissimę primo principio sunt formæ per se sine materia subsistẽtes: non em̃ forma secundũ totum genus suũ materia indiget vt dictum est, & huiusmodi formæ sunt intelligentiæ: & ideo non oportet vt essentiæ vel quidditates harum substantiarum sint aliud quàm ipsa forma.

Intendens in his verbis declarare quomodo essentia in substantijs simplicibus significet formam tantum tali ratione hoc probat. Quæcũq; ita se habent quòd vnum est causa esse alterius: & non econuerso: illud quod habet rationẽ causæ potest esse sine altero: sed forma & materia ita se habent ꝙ forma causat esse materiæ & nõ econuerso, ergo forma potest esse sine materia & materia non sine forma. Tũc vltra essentia intelligentiarum non est composita ex materia & forma, & non potest esse materia tantum, ergo est forma tantum.

Et nota quod maior propositio potest dupliciter intelligi. Vno modo sic, quod id quod est causa alterius &c. idem numero possit esse sine altero: & sic non assumitur à nobis quia est falsa & extra propositum. Falsa quidem: quia subiectum causat esse proprię passionis & non econtra, & tamen subiectum nõ potest esse sine propria passione. Extra propositum vero: quia nolumus concludere quod forma quæ est in materia: sit sine materia: sed quod aliqua forma non exigit materiam.

Alio mõ intelligitur maior sic, quòd id quod habet rationem causæ secundum suum ordinẽ potest esse sine altero ideſt secundum aliquod sui ordinis potest reperiri sine altero, & sic est vera: & ad propositum. Vera quidem: quia causa cum independens sit à causato: cõsequens est, vt aliquod pertinens ad suũ ordinem possit habere esse extra causatum. Ad propositum vero: quia intendimus concludere quod forma secundum suum genus non dependet à materia: ita quod aliqua forma potest inueniri separata. Vnde & in minori notanter non assumitur forma materialis seu habens esse in materia: sed forma sine additione aliqua ad insinuandum quod loquimur de forma vt forma est: non vt talis vel talis. Patet autem minor illa ex nono Metaphysic. text. commento. 13. & 15. vbi habetur quod actus est prior potentia simpliciter & independens ab ea. Ex eo enim, quod forma essentialiter est actus: materia autem essentialiter potentia: si actus secundum totam suam latitudinem non dependet à potentia, cõsequens est, quod forma secundum totum suũ ordinem non dependeat à materia. Materiam autem cum essentialiter sit potentia: necesse est depẽdere à forma, sine qua actualitas nõ inuenitur, & sic patet minor, quia à forma absolutè in eo quod forma dependet materia in suo esse: sicut potentia ab actu: & non econuerso. Quod verò alicui actui conueniat: quod non inueniatur nisi receptus in aliqua potentia, hoc est ex eius imperfectione: & nõ habet hoc in eo quod actus & similiter quod aliquæ formæ non sint nisi in materia, hoc habent ex sua imperfectione: quæ attenditur penes distantiam à primo principio deo glorioso: & propinquitatẽ ad primã materiã vnde tales formæ nõ solũ causant esse materię: sed & ipsę causatę sunt quodammodo à materia. Causæ enim sunt sibijnuicem causæ, vt dicitur se cũdo phy. tex. cõ. 30. Essentia igitur substantiarũ intellectualium est immaterialis & forma tantũ.

T. c. 13. &. 15. T. c. 30.

Quæstio. VIII.

Circa hanc partem occurrit quęstio, & hęc est octaua: an materia possit esse sine forma. In hac quęstione tria facienda sunt primo ponetur Scoti opinio, secundo ponetur opinio S. Tho. tertio respondebitur rationibus in oppositum.

Quo ad primum Scotus in secundo sent. dist. 12. quæst. 2. opinatur posse materiam esse sine forma. Arguitque ad hoc probandum multipliciter. Primo sic non minus dependet accidens à substantia quàm materia à forma: sed accidens potest esse sine substantia, vt patet in sacramento altaris, ergo materia potest esse sine forma. Præterea, absolutum distinctum & prius alio absoluto potest esse sine illo absque contradictione: materia respectu formæ est huiusmodi: ergo potest esse sine forma: minor est euidens, maior probatur, quia prius in eo quod prius nõ dependet à posteriori & accipitur hic ex quinto metaphysic. tex. commenti. 16. priora sunt quæ

Sco. 2. d. 12. q. 2.

Secundo

T. c. 16.

Tertio. possunt esse sine alijs, alia nõ sine ipsis. Præterea quicquic absolutum facit Deus in creaturis mediante causa secunda: quæ non est de essentia causati potest facere sine illa: sed materiã Deus facit mediante forma quæ non est de essentia
Quarto. eius: ergo potest facere sine illa. Præterea quicquid Deus immediatè creat immediatè conseruat vel conseruare potest: sed materiam Deus
Quinto. immediatè creat: ergo immediatè conseruare potest: ergo sine omni forma. Præterea cum nihil Deus extra se necessario velit ex hoc quòd vult materiam esse non est necesse quòd velit materiam esse nisi propter necessariam connexionẽ vtriusq; : sed inter materiam & formam non est talis necessaria cõnexio: ergo &c. Quod aũt non sit talis necessaria connexio inter materiam & formam probatur: quia tunc sequeretur q materia determinaret sibi necessario aliquã determinatam formã: probatio cõsequẽtiæ, quod determinat sibi genus formę determinat sibi aliquam speciẽ in genere illo: & quod determinat sibi speciẽ determinat sibi esse in aliquo indiuiduo illius speciei: omne enim quod de necessitate est hõ necessario est hic vel ille homo: consequens aũt est falsum: materia enim nullam sibi determinat formam: ergo relinquitur q materia non determinat sibi genus formæ ad hoc quod sit. Confirmatur: quicquid contingenter se habet ad quod libet generis absoluti: contingenter se habet ad id genus absolutum: sed materia contingẽter se habet ad quamlibet formam: ergo materia contingenter sẽ habet ad genus formæ. Probatur ad huc q si materia sibi determinat de necessitate genus formę quod etiam de necessitate determinat sibi vnum indiuiduum solum illius generis: quia vnum essentiale & vnum singulare est impossibile dependere à pluribus essentialiter eiusdem generis: materia autem est vna essentialis & singularis: ergo impossibile est q dependeat à pluribus formis eiusdem generis: & sic si necessario determinat sibi genus formę necessario quoq; determinabit sibi aliquam vnam formã: quod falsum est. Hæc de primo.

1. q. 66. art. 1. &c. põ. q. 4. ar. 1. quo li. q. 3. Quo ad secundũ S. Tho. *in* prima parte. q. 66. ar. 1. & in quæstionibus de potẽtia dei. q. 4. ar. 1. & in quoli. q. 3. ar. 1. cõfirmat id quod hic dicit. s. materiam nõ posse esse sine forma duabus rationibus. Prima est ducens ad impossibile sic: si materia existeret absque omni forma: materia simul nõ esset & non esset: hoc implicat cõtradictionẽ ergo: probatur consequentia quo ad secundam partẽ: quia quo ad primam ab aduersarijs cõcedi tur. Impossibile est effectum formalẽ separari à forma, sed existere est effectus formalis formæ: sic enim diffinitur: forma est quæ dat esse rei: ergo impossibile est ponere existentia sine forma: sicut enim impossibile est esse album sine albedine: ita esse in actu sine actu: actus autem primus cuius est dare esse idem est quod forma. Ex illa ergo propositiõe: materia existit absq; omni forma: sequuntur duo contradictoria simul vera ex eo enim quod materia existit sequitur quod sit in actu: ex eo autem quod est absq; omni forma: sequitur quod non sit in actu. Huic rationi dat Sco. quandam responsionem: quæ quia non nisi chimerica: & tanquam indigna de qua verba fiant, omittatur: quolibet enim proferente cõtraria solicitum esse stultum est: ait Aristo. à quo 1. Topi. didicimus in libro nono Metaphy. quid sit actus cap. 9. & quotuplex. Secunda ratio S. Tho. ad hoc idẽ T. c. 11. est ista: omne indiuiduum determinatum ad genus completum vel incompletum in rerum natura per se existens est in aliqua certa specie per se vel reductiuè: materia sola neq; per se neq; reductiuè est in aliqua certa specie: ergo materia sola non potest esse indiuiduum quodcunq; in rerũ natura. Minor est ex se clara: nõ enim facile esset fingere, in qua determinata specie esset materia sola. Maior probatur ex eo quod indiuiduum omne tam completum quam incompletum: si per se existit in rerum natura separatum (quod dico propter indiuiduum generis: vt hæc substantia: hoc animal &c.) non continetur sub genere per se vel reductiuè immediatè: sed mediãte specie: inter genera enim & indiuidua mediat species: & inter principia generis & principia indiuidui mediant principia speciei pariformiter. Insuper hæc maior potest probari ad hominem assumendo dicta Scot. 5. arguit: ibi enim ipse expresse assumit, quod quicquid determinat sibi genus aliquod determinat sibi aliquam certam speciem illius generis. Et potest etiam ex dictis Scot. ibi arguere ad hominem & probare oppositum intenti sui sic. Quicquid determinat aliquod genus determinat sibi aliquam certam speciem illius generis: materia sola determinat sibi genus substantiæ: ergo determinat sibi aliquam certam speciem substantiæ saltem reducti uè: ergo materia sola esset in aliqua certa specie substantiæ: hoc est falsum: minor est omnium & 2. dist. 3. processus bonus: ergo &c. Hanc veritatem ap- q. 2. probat Aristo. (vt ipse Scot. confitetur) loco allegato. Sed quia dicit ex falso fundamento Arist. hanc cõclusionem tenuisse: scilicet ex hoc quod Deus non potest agere sine causis secundis: ostẽdo in hoc Scotum errare ex dictis Commen. secundo enim Physi. Commen. 12. Auerro. ex eodem præcise fundamento quod S. Tho. adduxit in prima ratione tenet istam conclusionem: vbi nullam fieri mentionem de connexione causalitatis primæ causæ apparet: sed tantum de actu & potentia: ita quod ex natura actu & natura primæ materiæ quæ est pura potentia concludit Auerro. quod duo contradictoria essent simul vera: vt deductum est &c. Auicenna quoq; Cõ. 12. l. in secundo metaphysicæ suæ: capitulo tertio te- Phy. c. 56 net conclusionem Scoti esse impossibilem: & ta- &. 70. men posuit expresse materiam esse creatam.

Vnde

Vnde hæc tanquam destructiua Metaphysicalium principiorum vitanda est. Hæc de secundo.

Adprimã Quo ad tertium respondeo. Ad primũ negatur antecedens: plus enim dependet potentia pura ab actu quam actus imperfectus ab actu perfecto. Sed contra hoc instat Antonius Trombeta sic: magis depẽdet posterius à priori quam prius à posteriori: sed accidens est posterius substantia: materia autem est prior forma: ergo magis dependet accidens à subiecto quam materia à forma. Forte diceretur (ait) quod materia non est prior: sed posterior forma. Contra: nam licet materia sit posterior forma ordine perfectionis: est tñ prior ordine generationis & consequẽter prior simpliciter: vt arguatur sic: quãdocunq; sunt aliqui duo ordines: quorum vnus simpliciter est prior altero: quicquid est in ordine prior est simpliciter prius quocunque existente in ordine posteriore: sed ordo originis & ordo perfectionis ita se habent quod ordo originis est simpliciter prior ordine perfectionis (& hoc in natura limitata) ergo quicquid est prius origine est prius simpliciter quocunque priore ordine perfectionis: sed ita est quod materia est prior origine forma: licet forma sit prior perfectione: ergo materia est simpliciter prior forma: processus bonus: & maior probatur: quod scilicet ordo originis est simpliciter prior ordine perfectionis: nam priora generatione sunt posteriora perfectione: natura enim semper procedit de imperfecto ad perfectum: ergo quicquid est imperfectius est simpliciter prius quocunque perfectiori: sed materia prima est imperfectior forma: ergo materia prima est simpliciter prior forma. Tunc vltra, est simpliciter prior forma: & omne prius in suo priori potest esse sine posteriori: ergo &c. Ad hoc respõdetur triplici responsione: ad insinuandum argumenti multiplicem defectum. Primo dicitur quod forma: licet sit posterior materia ordine generationis: est tamẽ prior etiã ordine generationis materia existente. Magni enim refert dicere materiã & materiã existẽ tẽ: sicut superficies est prior albedine: albedo tñ est prior superficie habente esse album: vnde in proposito cum sermo sit de materia existente: si enim poneretur materia sola in rerum natura oporteret ipsam existere: patet falsum assumi. Secundo dicitur quod aliud falsum ibi assumitur, scilicet quod ordo generationis: sit simpliciter prior ordine perfectionis stando infra limites naturæ finitæ: cum enim actus sit prior potẽtia simpliciter: tam si ponatur Deus finitus quã
T. c. 15. infinitus: vt patet ex nono Metaphy. tex. Com.
T. c. 30. 15. & 12. textu Comment. 30. & prioritas actus sit prioritas perfectionis: consequẽs est q secundũ Arist. & veritatẽ ordo perfectionis sit simpliciter prior ordine generationis. Ampliusid: quod est prius natura rõne & tẽpore est simpliciter prius: ordo perfectionis est prior natura ratione & tẽpore ordine imperfectionis qualis est ordo generationis qui se tenet ex parte causę materialis: ordo igitur perfectionis est prior simpliciter: media quoq; propositio est Arist. octauo physi. t. cõ. 78. tex. com. 75. vbi expresse loquitur in natura finita ad probandum scilicet motum circularẽ esse primum. Vnde ad probationem: concesso quòd priora generatione sunt imperfectiora & quod natura procedit de imperfecto ad perfectum negatur consequentia, ergo ordo generationis est simpliciter prior: licet enim agẽs naturale prius attingat imperfectum quam perfectum: oportet tamen prius agens in se perfectum esse: vt dicitur in. 12. metaphy. tex com. 40. Hic aduerte tu, t. c. 40. & quòd oportet mendacem esse memorẽ in quæ- 1. vide. stione de primo cognito. Anton. Trõbeta quas impugnat propositiones has nunc assumit &c.

Tertio dicitur, quod dato toto processu: vltima consequentia nihil valet, falsum est enim quod omne prius possit secundum rem absolui à posteriori quolibet (vt ad secundum dicetur.) Sed cõtra primam responsionẽ quæ ponit materiam non habere propriã existentiam: sed eam mendicare à forma instatur sic. Cuicũq; conuenit actu causare pro aliquo signo, cõuenit & existere pro eodẽ signo: sed materiæ primæ in primo signo quo recipit formam conuenit causare, ergo pro tunc sibi cõuenit existere: sed pro illo signo nõ habet existentiã formæ, ergo propriã. Er confirmatur, quia materia aut causat compositum & recipit formã quãdo existit, aut quãdo non existit, nõ quando non existit, ergo quãdo existit, ergo pro tunc cõuenit sibi propria existẽtia: quia existentia formę sequitur totum cõpositum. Et confirmatur secũdo quia causa non mẽdicat à suo effectu, materia autem causat existẽtiam compositi & formæ, ergo non mẽdicat existentiam ab eis &c. Ad hęc dicitur quod sufficit causæ pro quolibet instanti temporis quo actu causat habere existentiam: nec apparet necessariũ quod pro quolibet signo naturæ insit existẽtia sibi quo ineſt causalitas: ordo enim naturæ talis est in eodẽ instanti temporis: quod. s. materia recipit formã: ex quibus resultat cõpositum cui iã esse actualis existentię aduenit: quo ipsum cõpositũ primo: forma secũdo, & materia tertio existunt. Ad formã autem primæ instantię negatur maior. Ad primam confirmationẽ dicitur, quod materia causat quando existit: quia pro omni instanti quo causat existit (quãdo) enim est terminus tẽporalis. Ad secundam confirmationẽ dicit quod licet causa vt causa nõ mendicet à suo effectu tamẽ causa materialis mẽdicat à suo effectu qui est eius causa in altero genere causæ: eo quod causæ sunt sibi inuicẽ causæ, quinto metatex. cõ. 2. Oportet autẽ has respõsiones à Scoti- T. cõ. 2. stis admitti: quia cũ Sco. ponat secundo sen. dist. 2. dist. 3. 3. q. 3. existentiam esse vltimum actum posterio- q. 3. rẽ tota coordinatione prædicamẽtali: licet non

distinctum

distinctũ realiter à re: cuius est oportet essentiã materiæ ex natura rei habere habitudinem ad suã existentiam vt potentiam ad actũ. Et tũc potest argui sic essentia materiæ vt distincta contra suam existentiam causat ex natura rei in genere causæ materialis suã existentiam recipiendo eã, ergo sibi pro illo signo cõuenit existentia: & sic habet existentiam anteq̃ recipiat eam: similiter stando in illo signo: aut essentia materiæ recipit ex natura rei suam existentiam, quando est aut
Ad 1ãm. quãdo non est &c. Ad secundum principale negatur maior. Ad eius probationẽ dicitur, quod non sola dependentia: sed necessaria connexio aliquorum potest esse causa inseparabilitatis eorũ. Ad id quod adducitur ex quinto metaphysi.
T.c.6. dicitur quod vniuersalis affirmatiua nõ conuerti tur simpliciter, ista enim est vera: quæcũq; possunt esse sine alijs & alia non sine ipsis sunt priora: sed non conuertitur: quæcunque sunt priora possunt esse alijs: & alia sine ipsis.

Et nota quod maxima illa Scotica: omne pri' absolutum &c. non põt saluari (etiam sequendo viã Sco.) quod pro nũc ex duobus manifestatur. Primo ex eo quod partes essentiales simul sumptæ sunt priores toto: & tamẽ apud Sco. nõ possunt esse sine toto. Secundo ex eo quod prædicamentum quantitatis est absolutum prius prædicamento qualitatis præsertim quo ad quartam speciem eius: & tamen non potest fieri quãtitas continua sine figura. Si enim quantitas sine figura fieri dicatur aut finita aut infinita: non infinita: quia illa nõ dabilis: & si fortè imaginetur dari ad huc cùm oporteat esse lineatã: aut ergo linea recta aut curua: & sic esset figura: si finita, ergo figurata: figura enim est quæ termino vel terminis clauditur: similiter aut hẽt lineas rectas aut cur-
Ad tertiũ uas aut circulares &c. Ad tertium quicquid sit de maiori: negatur minor: forma enim & si nõ sit de essentia materiæ: est tamen de essentia materiæ
Ad quar- existentis. Ad quartũ dicitur: quod cum mediũ tum. sit duplex effectiuum & formale: quicquid immediatè Deus causat effectiuè potest absq; media causa effectiua conseruare: non autem absq; media causa formali quale mediũ est forma re-
Ad quin- spectu materiæ. Ad quintum negatur quod intum. ter materiã & formam non sit necessarium connexio. Ad cuius probationem negatur cõsequẽtia: cuius probationis fãlsa est maior, per id autẽ quod additur. s. secundũ quod necessario est homo: necessario est hic vel ille homo: nihil aliud habetur: nisi quod quia materia necessario determinat sibi genus formæ: ideo materia nõ potest esse sine hac vel illa forma: quod est intentũ nostrum. Nõ enim valet consequentia. a. necessario est homo: ergo. a. necessario est hic vel ille determinatè: sed vagè, & sic conceditur: materia necessario determinat sibi formam, ergo necessario determinat sibi hanc vel illam formam nõ determinatè sed vagè. Ad confirmationem cum E dicitur quicquid cõtingenter se habet ad quodlibet generis absoluti: cõtingenter se habet ad genus ipsum eodẽ modo respõdetur distinguendo cõtingenter se habere ad quodlibet determinate vel vage. Primo emi modo falsa est maior. Secundo verò falsa est minor: materia enim nõ cõtingenter sed necessario se habet ad quamlibet formam indeterminatè & vagè. Ad aliã probationem dicitur quòd vnum essentialiter vnũ & singulare negatiuè sicut est materia prima, potest essentialiter depẽdere in esse à pluribus eiusdem generis indeterminatè & vage secundum quod illa plura habent vnam rationem communẽ sicut in proposito omnes formæ conueniunt in hoc q̃ dant esse actuale. Reflecte hoc argumẽtum contra Scotum de quãtitate & figura & forte persuadebis sibi infirmitatem eius: quantitas emi continua determinat sibi genus figuræ: nullã tamen sibi figuram vendicat. Hęc de quarto.

In hoc ergo differt essentia substãtiæ cõpositæ & substantiæ simplicis: quod essentia substãtiæ cõpositæ, non tantum formã nec tantum materiam: sed complectitur formam & materiam: essentia vero substãtiæ simplicis est forma tantum. Et ex hoc causantur duæ aliæ differentiæ: & vna est quod essentia substantiæ compositæ potest significari, vt totum vel vt pars: quod accidit propter materiæ designationem, vt dictum est: & ideo non quomodolibet prædicatur essentia rei compositæ de ipsa re composita. Non enim potest dici quod hõ sit quidditas sua. Sed essentia rei simplicis quæ est sua forma: non potest significari nisi vt totum, cum nihil sit ibi præter formam: quasi formam recipiens & ideo quocunque modo sumatur essentia substantiæ simplicis de ea prædicatur. Vnde Quinto met. c. 5. post medium. Auicen. dicit quod quidditas substantiæ simplicis est ipsummet simplex: quia non est aliquod recipiens ipsam.

In hac secunda parte capituli comparat essentias substantiarum simplicium essentijs substantiarum compositarum triplicem differentiam inter eas assignando. Prima differentia est q̃ essentia substãtiæ simplicis significat formam tant essentia autẽ substantiæ compositæ significat cõpositum quid ex materia & forma: vtraq; pars differẽtiæ patet ex supradictis. Secũda differẽtia est quod essentia substantiæ cõpositę põt significari vt totũ & pars: non autẽ essentia substãtiæ simplicis. Vnde oritur quod quia prædicatũ nõ debet habere rationem partis: quod essentia substan-

substantiæ compositæ quandoque prædicatur A de ea: & quandoque non, cum scilicet significatur vt pars. Essentia autem substantiæ simplicis: quia vt pars de notabilis non est: semper prædicatur de eo cuius est.

Ad euidentiam huius differentiæ notandum: quia primo aspectu apparet falsa ex eo quòd sepatet: quod in positis nominibus substantijs separatis possunt significari earum essentiæ in abstracto & in concreto: & consequenter vt totum & pars: possum enim dicere, Gabriel & Gabrielitas: Deus & Deitas &c. Sed licet ita appareat: diligenter tamen inspicienti oppositum illucescit. Considerandum enim quod loquimur de essentijs rerum & conditionibus earum: quæ eas sequuntur: & non de illis quæ ex solo opere intel- B lectus fiunt: essentiæ enim substantiarum compositarum ex eo quod duas partes realiter habent: seu ex eo quod sunt formæ in materia, ex se habent: vnde intellectus fundet in eis significationem per modum partis & per modum totius. Cum enim significat formam illam in habente seu deferente: significatur: vt totum & cõcretum vt homo: cum autem significat illam nõ vt in habente seu deferente: sed per se significat in abstracto & per modum partis: vt humanitas. Essentiæ autem substantiarum immaterialium: quia dicunt formas nõ receptas in materia: ideo ex se non habent quod significentur in concreto & in abstracto: vt totum & pars &c. non enim est ibi deferens nec delatum. Sed quia intellectus noster intelligit res simplices & altissimas per modum rerum compositarum: ideo vt dicũt
Cap. 39. 2.q.13.a Commenta. 12. Metaphysi. commento. 39. & S.Tho. prima parte. quæst. 13. fuit necesse: vt in illis formaret abstractum & concretum: & intelligeret eas per modum totius & partis. Differentia ergo posita hic est cum additione intelligenda: sic quod essentia substantiarum compositarum ex se habet quod significabilis sit per modum totius & partis: essentia autem simplicium ex se non habet quod significetur per modum totius & partis: sed ab intellectu tantum, & ideo diuersitas quæ inter abstractum & concretum in substantijs compositis est ex parte rei: & reducitur ad distinctionem, quæ est inter subiectum deferens & formam delatam. Diuersitas autem quæ est inter abstractum q̃ concretum in substãtijs separatis non est id ex parte intellectus: vt
Cap. 39. fi. 5. met. cap. 5. Com. ibi dicit. Et propter hoc dicit Auicen. quòd quidditas simplicis est ipsum simplex: & quidditas compositi non est ipsum compositum.

Circa hanc particulam est vnum dubium: an verum sit quòd in substantijs separatis idem sit quidditas & id cuius est ideist natura & suppositum. Est autem ratio dubitandi: quia S. Tho. in
Quoli. 2. q. 2. ar. 2 T. c. 20. & 21. quolibet. 2. quæst. 2. artic. 2. dicit quòd cum apud Arist. 7. Metaph. tex. Com. 20. & 21. in his quibus admiscetur aliquod accidens: natura & suppositum distinguuntur: & in intelligentijs alijs à prima aliquod accidens sit in omnibus excepta prima: natura & suppositum distinguuntur siue quidditas & id cuius est. Ex alia parte. 3. de anima. T. cõ. 9. Commen. 9. dicit in separatis à materia idem est quod quid est: & id cuius est. Et in prima parte S. 1.q.9.ar. tic.3. Tho. q. 3. arti. 3. expressè hoc dicit quod & apparet hic autoritate Auicennæ.

Ad intellectum huius difficultatis est notandum quòd cum nomine naturæ intelligatur id quod per diffinitionem significatur: nomine autem suppositi indiuiduum habens illam quidditatem secundum triplicem gradum substantiarum in vniuerso tripliciter inuenitur differentia suppositi à natura. In substantijs siquidem materialibus suppositum differt à natura dupliciter: secundum rem: & vltra hoc secũdum rationem. Differt primo modo intrinsecè: quia aliquod reale suppositum sibi intrinsecum includit quod non includit natura scilicet principia indiuiduationis. Si enim Sortes diffiniretur: in eius diffinitione poneretur hæc materia quæ non ponitur in diffinitione naturę humanæ. Differt secundo extrinsecè: quia aliquid reale extrinsecum sibi includit suppositum scilicet esse actuale existentiæ, quod non includit natura: existentia enim primo est actus suppositi: cuius est fieri: quæ tamen caderet in diffinitione Sortis si diffiniretur. Differt tertio secundum rationem: vt patet. In substantijs autem separatis alijs à prima suppositum differt à natura duobus modis tantum scilicet extrinsecè secundum rem & secundum rationem: nihil enim reale intrinsecum sibi includit suppositũ in eis quod non includat natura: quia non indiuiduatur per aliquod positiuum contrahens naturam specificam: quod sit velut differẽtia indiuidualis supposito intrinseca sicut est in substantijs materialibus. Sed quia in eis (vt pate In eo. ca. bit) existentia differt realiter à natura quæ primo (vt dictum est) est actus suppositi: ideo suppositum in eis differt extrinsecè à natura: addit enim extrinsecè realitatem existentiæ. Differt secunda secundum rationem: vt patet. In deo verò glorioso suppositum vno modo tantum differt scilicet secundum rationem: quia nec natura diuina indiuiduatur per additũ: nec existentia D sua distincta est realiter ab eius essentia: vnde patet quòd vtraque pars dubij est vera aliquo modo: & quòd in substantijs separatis differunt secundum rem quod quid est & id cuius est: quia extrinseca differentia differunt secundum rem: & quod sint idem: quia non differunt per aliquam intrinsecam differentiam realem: hanc autem esse mentem sancti Tho. diligenter intuenti dicta eius in locis allegatis facilè innotescere potest.

Secunda differentia est, quia essentiæ rerum compositarum ex eo quòd recipiuntur

piuntur in materia designata, vel multipli E cantur secundum diuisionem eius: contingit quòd aliqua sint idem specie & diuersa numero. Sed cum essentia simplicium nõ sit recepta in materia nõ potest ibi esse talis multiplicatio. Et ideo non oportet q̃ in ueniantur plura indiuidua vnius speciei in illis substantijs. Sed quotquot sunt indiuidua tot sunt spẽs: vt Auic. dicit expresse.

Hic ponitur tertia differentia in ordine vocata secunda inter eas quæ oriuntur ex prima: & dicitur q̃ differunt etiam in hoc essentia substãtiæ compositæ & essentia substantię simplicis: q̃ essentia substantiæ compositæ est plurificabilis F numero in eadem specie sicut essentia humana distinguitur numero in Socrate & Platone. Essentia autem substãtiæ simplicis. i. separatæ à materia: nõ est plurificabilis in plura indiuidua eiusdem speciei: sed quodlibet indiuiduum cõstituit vnam speciẽ & distinguitur specifice ab alio. Et fundamentum eius est in duabus propositionibus. Quarum prima est. Cum actus sit quod diui
Cap. 49. T. c. 11. Cõ. 6. dit & separat. 7. Meta. tex. com. 49. omnis diuisio aut est formalis aut quãtitatiua: vt Arist. in quit. 3. Meta. tex. Com. 11. & Cõmentator, primo Physicorum. cõ. 6. Secunda est: formæ specificæ sunt indiuisibiles formaliter. Ex his enim deducitur q̃ formæ specificæ quæ recipiuntur in materia diuiduntur ad diuisionem materię per quãtitatẽ G & sic fiunt multa indiuidua eiusdẽ spẽi. Forma autem specifica non recepta in materia omni diuisione caret & formali quidẽ ex eo quod species specialissima est: quãtitatiua autem ex eo quod non est recepta in materia, quam sequitur quãtitas: & ideo non possunt esse multa indiuidua in eadẽ specie: multitudo em̃ diuisionẽ sequitur.

Quæstio. IX.

CIrca hanc partem occurrit quæstio: an quælibet species substantiarum separatarum vnũ tantum habeat indiuiduum. In hac quæstione tria sunt facienda. Primo ponetur opinio Scoti cum fundamentis: secundo ponetur veritas Peripatetica: tertio respondebitur argumentis in H oppositum.

Sco. 3. d. 3. q. Prima. Quo ad primum Scotus secundo sententiarũ dist. 3. q. 7. opinatur plures esse intelligẽtias eiusdẽ speciei talibus mediis. Primo sic: omnis quidditas quantum est de se est communicabilis: intelligentia est aliqua quidditas: ergo quidditas intelligentię est de se communicabilis: ergo potest inueniri in pluribus. Maior ꝓbatur: quia si quidditas omnis non esset communicabilis: vel communicabilitas repugnaret ei ratione perfectionis quidditatiuę aut imperfectionis: non ratione perfectionis: quia communicabilitas (secundum fidem catholicam) conuenit quidditati diuinæ quæ summè perfecta est. Nec ratione imperfectionis: quia communicabilitas conuenit quidditatibus substantiarum compositarum: quæ sunt imperfectæ. Cũ ergo ratione neutrius repugnet sibi: restat maior vera. Secunda

Præterea omnis quidditas intelligibilis sub ratione vniuersalis absque contradictione est plurificabilis numero: quidditas separata est intelligibilis sub ratione vniuersalis absque contradictione: ergo est plurificabilis numero. Maior probatur ex eo quod implicat intelligi sub ratione vniuersalis: & esse de se hoc: est enim vniuersalitas oppositа heccheitati: sicut implicat intelligere essentiam diuinam sub ratione vniuersalis: quia est de se hoc.

Tertia.

Præterea: Deus potest hunc Angelum in hac specie annichilare: isto annichilato Deus potest speciem hanc reparare in aliquo alio indiuiduo non in eodem (secundum istam opinionẽ) quia secundum istos homo non posset resurgere idẽ numero nisi anima intellectiua remanente eadem numero: ergo in eadem specie erunt plura indiuidua saltem successiuè. Quarta.

Præterea: animæ intellectiuæ distinguuntur numero in eadem specie: & tamen sunt immateriales: ergo &c.

Quinta.

Præterea Augustin. in enchiridion. cap. 29. dicit quòd quia tota natura seu species humana ruerat: ideo misertus Deus ad eam saluãdam venit: non autem venit ad saluandam naturam Angelicam: quia tota non ruit. Ecce quòd August. dicit totam naturam Angelicam non lapsam esse per peccatum quod nõ potest esse verum si tot sunt species quot sunt indiuidua: sic enim multæ naturæ Angelicæ lapsæ totaliter essent: humana autem tantum vna: cum humana non sit nisi vna. Præterea. Damascenus in elementario. cap. 12. dicit quòd secundum vnamquanque speciem fecit Deus Angelos. Præterea: arguit ad idem in quolibet. quæst. 2. quòd prædicta opinio est damnata Parisijs in pluribus articulis. Primus est: si quis dixerit Deum non posse multiplicare formas sine materia: error. Secundus: si quis dixerit formã non recipere diuisionem sine materia: error. Tertius: quòd quia intelligentiæ non habent materiam Deus non posit eiusdem speciei facere plures: error. Quod si dicatur inquit Anto. Trombeta quòd ista sententia nõ est damnata vbique dato quòd Parisijs sic sit. Contra: nam sententia damnata in aliqua vniuersitate famosa vbique est damnata aut suspecta de hæresi non solum authoritate Diocesani: sed etiam autoritate domini Papæ (vt patet extra de hæreticis: capitulo ad abolendam.) Hæc de primo.

Sexta. Quolib. 9. 2. articulus Parisi.

Quo ad secundum veritas Peripatetica ab Aristot. Commentatore & S. Th. accepta est q̃ quælibet intelligentia constituat vnam speciem ita quòd non possint ibi inueniri plura indiuidua eiusdem speciei. Et S. Tho. quidem in quæstionibus disputatis de spiritualibus creaturis, arti. 8. & in secundo

S. Th. 1. q. 50. ar. 4. in secundo contra Genti. ca. 93. & in prima parte A q. 50. arti. 4. & alibi probat hoc multis rationibus quarum duabus nunc vtendum est. Prima ex earum immaterialitate sumitur: vnde omni principio distinctiuo numeraliter carẽt: & formaliter sic. Omnis species habẽs plura indiuidua habet in se distinctiuũ numerale: intelligẽtia nõ habet tale principiũ distinctiuum: ergo minoris probationem habes supra immediatè ante quæstionẽ. Et nota q̃ hæc ratio est sumpta ex. 12. Meta. tex.
T. c. 49. Com. 49. vbi fit hæc consequentia. Cælum ideo est primum principiũ est vnum spẽ & plura numero: ergo est materiale: vnde expresse datur intelligi quod immaterialitas est sufficiens causa non plurificationis numeralis. Sed quia Sco. expresse dicit loco prẽallegato, quod opinio sua est cõtra Arist. ideo omittam autoritates. Secunda ratio S. Th. est sumpta ex ordine vniuersi fundata super tres propositiones. Quarum prima est: vniuersum habens tres partes. s. spherã generabiliũ & corruptibilium: corpora cęlestia: & substãtias immateriales habet ꝓ bono intrinseco ordinẽ. B
T. c. 52. hæc habetur. 12. tex. com. 52. Secunda propositio
T. c. 10. est, q̃ ordo est duplex. s. per se & per accidẽs. Or-
T. c. 11. do per se inter essentialiter ordinata: vt species quæ sunt sicut numeri. 8. meta. tex. com. 10. Ordo per accidens est inter indiuidua eiusdem speciei: vt dicitur tertio metaphy. text. commẽ. 11. Tertia propositio est, q̃ ea pars vniuersi in qua est ordo per se purus, est potior ea in qua est ordo per se admixtus ordini per accidens ex. 12. metaph:
T. c. 52. text. cõ. 52. vbi cõparatur prima pars vniuersi filijsfamilias quibus nihil ordinatũ per accidẽs inest. Super his propositionibus fundatur talis rõ. Id quod caret ordine per accidens nõ habet plura indiuidua eiusdẽ speciei: suprema pars vniuersi caret ordine per accidens: ergo non habet plura indiuidua eiusdem speciei: maior ex terminis minor licet ex Arist. habeaꝛ loco allegato (quia isti tamẽ negant Arist. in hac parte sicut & alibi) ratione probatur sic. Nõ minus excludit ordinẽ per accidẽs suprema pars vniuersi q̃ media pars: cũ suprema sit perfectior & bonitas vniuersi in ordine cõsistat: & ordo per accidens sit imperfectũ quid & deficiens ab ordine per se: imo ordinatũ per accidens est inordinatũ: eo q̃ per accidens est conditio diminuens ratione ordinis: sed media pars excludit ordinẽ per accidẽs vt patet: corpora em̃ celestia nõ habent plura indiuidua eiusdem speciei: nõ enim est nisi vnus sol vna luna &c. ergo suprema pars vniuersi à fortiori excludit ordinem per accidens. Hæc de secundo.

Quo ad tertium respondetur argumẽtis Scot. Et ad primum quidem vt terminos theologicos admisceamus: quia argumentum theologicum est: dicitur q̃ communicabilitas est triplex. Quę dam cum diuisione essentiæ: sicut vniuersale cõmunicabile est particularibus. Quædam vero absque diuisione aliqua essentiæ & esse per idẽtitatem: sicut essentia diuina communis est tribus suppositis. Quædam per assumptibilitatem ad hypostaticam vnionem: sicut natura humana communicabilis est omnibus suppositis diuinis. Si in præmissis Scot. assumit communicabile primo modo falsa est maior: patet in essentia diuina. Si secundo modo falsa etiam est maior: nulla enim essentia creata est illo modo communicabilis. Si tertio modo falsa quoq; est maior: vt patet de essentia diuina. Si autem accipiatur cõmunicabile neutro illorum modorum: sed pro communicabili in cõmuni non descendendo determinate ad hoc vel illud cõicabile cõcesso toto argumẽto non cõcluditur q̃ quidditas angelica sit cõmunicabilis: sicut vniuersale particularib⁹. Committitur enim fallacia cõsequẽtis à superiori ad inferius affirmatiue. Vnde probatio adducta nihil cõtra nos facit. Cõmunicabilitas primo mõ repugnat intelligentijs ꝓpter earũ perfectionẽ. Cõmunicabilitas secũdo mõ repugnat intelligentijs propter earũ imperfectionẽ. Cõmunicabilitas tertio modo conuenit eis ex earũ imperfectione: qa esse distinguitur realiter ab earũ essentia. Ad secundum dicitur distinguendo maiorem. Aliquid enim esse intelligibile sub ratione Ad scãm
vniuersalis cõuenit dupliciter. Vno mõ ex parte rei & intellectus (vt verbis. s. Tho. vtar.) Alio mõ ex parte intellectus tm̃. Primo modo maior est 1. q. 13. a. 9. c.
vera & minor falsa. Secũdo mõ maior est falsa licet minor sit vera: cũ enim vniuersalitatis fundamentũ ex parte rei sit inuentio illius quidditatis in pluribus indiuiduis simul vel successiue. Fũdamẽtũ vero ex parte intellectus sit repræsentatio illius quidditatis nõ repręsentatis conditionibus indiuiduationis vt sic: illud est vniuersale vtroq; modo. s. ex parte rei & intellectus: quod vtroque fulcitur fundamẽto: sicut humana essentia est intelligibilis sub rõne vniuersalis ex parte rei: quia ipsa est realiter diuisa & inuẽta ī multis: & ex parte intellectus: quia repręsentaꝛ absq; hic & nunc. Illud autẽ est vniuersale ex parte intellectus tm̃ q̃d altero tm̃ fulcitur fundamẽto scilicet repręsentatione &c. ita quod eius vẽritas ex hoc solo habetur quod obiectiuè in intellectu ponitur: cui D
objcitur res secundum conditiones quidditatiuas non indiuiduales vt sic: & hoc modo quidditas intelligentiæ est vniuersalis. Licet enim indiuiduale & specificum esse ibi idem habeat principium: quia tamen repræsentatur vt talis res nõ vt hoc: quia non repræsentatur secundum quòd in se est: sed secundũ modũ rerum compositarũ: in quibus aliud est natura & aliud est indiuiduũ illius naturæ ideo est vniuersalis vt obiecta est tm̃. Et hoc eodẽ mõ est prædicabilis quidditas in telligentiæ de pluribus scilicet nec actu nec aptitudine: sed vt obiecta est intellectiue: vt ab Auicen. habes quinto Metaphysicorum. quinimo Csp. 1.
ipsa quidditas diuina hoc modo communis & vniuersalis secundum rationem est, vnde &

numerum

Ad scdm dicitur: ad argumentum Ad primum.

numerum pluralem apud grammaticos habet. Ad probationem autem maioris sic negatę patet respõsio: cum enim dicitur q̃ implicat quiditatem esse de se hanc & vniuersalem & prædicabilem de pluribus: hoc est verum accipiendo vniuersale ex parte rei & similiter prædicabile. Vniuersale enim secundum rationem tantũ est vnum in multis: & de multis vt obiectum est tantum. Vniuersale autem ex parte rei est in multis secundum rem: licet vnitatem habeat vt obiectũ est. Hæc si vis plene intelligere memento eorum quæ dicta sunt in. q. de vniuersalibus. Ad tertium dicitur quod in casu illo repararetur necessario idem numero Angelus: ex eodem enim Gabriel est hic & Gabriel. Nec est verũ q̃ apud nos Deus non posit idem numero reparare: licet dicamus quod si in resurrectione non resumeretur eadem anima numero quæ non annichilata esse debet: si resurrectionis ratio saluanda est: non esset idẽ homo numero cum quo stat idem numero posse reparari à deo. Ad quartum dicitur quod non est simile de intelligentijs & animabus intellectiuis quo ad hoc: quia animæ sunt partes speciei corporibus vnibiles: non autem intelligẽtiæ: sed de his infra erit amplior sermo. Ad quintũ respõdet S. Tho. quod natura humana & angelica possunt dupliciter accipi. Vno modo secundum esse naturæ: & sic natura humana est vna: angelica vero plures. Alio modo accipiuntur secũdum esse viæ. s. vt viatrices ad beatitudinem supernaturalem: & sic sicut natura humana est vna: ita tota latitudo angelicarum specierum est vna natura: eo quod sicut omnes homines vno modo tẽdũt ad patriam. s. per liberum arbitrium flexibile remediabiliter: sic omnes angeli vno modo tendũt ad beatitudinẽ. s. per liberũ arbitriũ flexibile irremediabiliter: semel eñ flexũ reuerti amplius nõ potest: apprehendunt enim immobiliter. Et propterea Augu. vt theologus loquens ad quem pertinet consideratio de homine & Angelis in esse viæ & patrię vocauit omnes Angelos vnius naturæ. Ad sextum dicitur quod Dam. fortè opinionem illorum quos in hoc non sequimur imitans dixit illa verba. Vel per speciem intelligit speciẽ subalternam nõ specialissimam: & hoc mihi placet magis: cum non constet ipsum contrariæ opinionis esse: & tunc large speciei nomen accipiendum est: si veritatem habere debet. Ad septimũ dicitur primo: quod argumentũ procedit ex malo intellectu articulorum Parisiensium: illi enim sunt contra Auerroy stas: qui animam intellectiuam non multiplicabilem numero dicunt: quia est forma immaterialis: vnde sensus primi articuli est: si qui s dixerit Deum non posse multiplicare formas sine materia ideſt sine dependentia à materia: error. Similiter secũdi: si quis dixerit formas non recipere diuisionem sine materia ideſt sine dependentia à materia: error similiter tertij quod quia intelligentiæ non habent materiam.

Supra. c. 4. q. 7. Ad tertiũ vide S. Th. quo. li. 5. q. 5.

Ad quartum.

Ad quintum. c. 6. q. 13. in de spiritualibꝰ creaturis. q. vni. a. 8. ad primum.

Ad sextũ.

Ad septimum. de articulis Parisiẽsibus.

Deus non posset eiusdem speciei facere plures: error: non habent materiam ideſt dependentiã à materia vel non posset ideſt ex impotẽtia Dei procederet. Vel dicatur secundo quod articuli Parisienses inquantum tangunt vel tangere videtur doctrinam S. Tho. reuocati sunt per dominũ Stephanum episcopum Parisiensem apud Berti liacum anno Domini. 1325. die iouis ante sacras cineres: vt patet in literis quæ incipiunt. Magistra rerum experientia certis indicijs euidẽter demõstrat. Dicitur tertio quod cum sanctissimus Vrbanus Papa doctrinam sancti Tho. approbauerit in extrauaganti quæ incipit (Laudabilis Deus in sanctis suis & in sua maiestate mirabilis.) mirum est quomodo isti audeant cõtra Romanæ eccle siæ approbationem reducere articulos Parisienses. Sunt autem verba Domini Papæ in calce extrauagantis ad vniuersitatem Tholosanam: ista, Volumus insuper & tenore prẽsentium vobis iniungimus vti dicti beati Thomæ doctrinam tanquam veridicam & catholicam sectemini eamq; studeatis totis viribus ampliare. Datũ apud Mõtem Flasconem &c. Hæc verba attendant aduersarij: & videant quanta temeritate contra mandatum summi Pontificis catholicam sancti Thomæ doctrinam impugnare nituntur.

Reuocati sunt articuli Parisienses, vt tãgũt doctri. S. Tho.

vide de istis articulis Capolũ. 2. d. 2. ad q. 2. ad. 8. cõtra primã cõclusionem.

Huiusmodi ergo substantiæ quãuis sint formæ sine materia: non tamen in eis est omnimoda simplicitas nec sunt actus puri sed habent permixtionem potentiæ: & hoc sic patet. Quicquid enim nõ est de intellectu essentię vel quidditatis hoc est aduenies extra: & faciens compositionem cum essentia, quia nulla essentia sine his quæ sunt partes essentiæ intelligi potest. Omnis autem essentia vel quidditas intelligi potest sine hoc q̃ aliquid intelligatur de esse suo facto. Possum enim intelligere quid est homo vel fenix: & tamen ignorare an esse habeant in rerum natura: ergo patet quòd esse est aliud ab essentia vel quidditate.

In hac tertia parte capituli huius, pbatur substantias separatas esse compositas ex esse & essentia. Sed antequam adprobationem accedatur prænotandum est in substantijs materialibus inueniri quatuor realiter distincta scilicet materiam: formam: essentiam compositam ex eis: & essentiam. In homine enim est considerare materiam in qua recipitur eius forma: & formam ipsam quæ est illius materiæ actus: & essentiam humanam quæ nec est materia nec forma: & esse actualis existentiæ quo homo formaliter existit in rerum natura: vnde fit vt in istis substantijs duæ compositiones pertinentes ad genus substantiæ

Cõuenit & differẽtia inter cõpositionẽ ex materia & forma & compositionẽ ex essentia & esse.

stantiæ reperiantur. Quarum prima est ex materia & forma. Secunda est ex essentia & existẽtia quæ vocatur compositio ex esse & essentia. Conueniunt autem inter se & differunt hę compositiones. Conueniunt quidem in duobus. Primò in hoc q̃ vtraq; constat ex actu & potentia: materiã enim & formam clarum est se habere: vt potentiã & actum: essentia autem & esse ex eo liquet q̃ se habent vt potẽtia & actus: quia quidditas quælibet ex hoc ponitur in rerum natura q̃ existentiã acquirit. Secundò conueniunt in hoc q̃ vtriusq; extrema sunt in eodem genere: tam enim materia & forma hominis quam essentia & esse eius in genere substantię & specie humanę reponuntur.

Differũt. Primo.

Differunt autem quo ad decem. Primo. quia extrema primę compositionis sunt partes substantiæ & non sunt substantia propriè loquendo: vt patet. Materia enim & forma non sunt in genere substantiæ nisi reductiuè: vnde prædicationem substantiæ (quæ est genus generalissimum) non nisi in obliquo suscipiunt. Extremorum verò secundæ compositionis neutrum est pars substantiæ: sed alterum est substantia: essentia. s. quæ est in recta linea prædicamentali: alterum verò extra substantiam. s. existentia. Secundò differunt. quia extremum illud quod se habet vt potentia in prima compositione est ens purè potentialè: materia. s. Extremum verò illud quod se habet vt potentia in secunda compositione non est pura potẽtia: sed ens in aliqua specie quidditatiuè cõpletum (essentia. s.) Tertiò differũt. quia extremum illud quod se habet vt potentia in prima compositione non est id quod est: nec quod fit propriè loquendo. Materia enim non fit: vt dicitur. 7. metaphy. tex. Commen. 27. eiusdem autem est esse: cuius est fieri: cum fieri ad esse terminetur. Extremum verò id quod in secunda compositione se habet: vt potẽtia est id quod est: & fit: cum omnis factio ad compositum terminetur: vt ibidem dicitur. Quartò differunt. quia extremum illud quod in prima compositione se habet: vt actus non est vltima actualitas rei: sed causat alium vlteriorem actum: forma enim hominis quæ eius materiam informat causando totum compositum cõplet proprium receptiuum ipsius existẽtiæ: & sic eam causat quæ est vlterior actus. Extremum verò illud quod in secunda compositione se habet: vt actus est vltima actualitas illius generis: post existentiã enim sortis nihil sibi substantiale amplius aduenit. Quintò differunt. quia extremum illud quod in prima cõpositione se habet vt actus est ita actus: quod tamẽ comparatur ad aliud vt potentia. Extremum verò illud quod in secunda cõpositione se habet vt actus est ita actus quod ad nihil ipsius rei comparatur vt potentia. Quod patere potest aduertendo proportionem quæ est inter formam & existentiam. Est enim proportio formæ ad esse actuale: sicut proportio diaphanei tatis ad lumen: forma siquidem recipit existentiam & causat eam: sicut diaphaneitatis lumen. Sicut nanq; aer in eo quod aer non est capax lumi nis: sed oportet ipsum diaphaneitate informari: vt proprium receptiuum luminis fiat: ideoq; neq; aer nec diaphaneitas: sed aer diaphanus est qui primo luminosus est: licet secũdariò tam aer quã diaphaneitas lumine clareat: ita in proposito materia sola non est capax existentiæ: quia actus in propria suscipi debet potentia: sed oportet in ipsa formam recipi vt proprium exceptiuum existentia fiat: non materia nec forma: sed compositum ex eis. Id enim quod primo existit est compositũ cuius primo etiã est fieri: tamen tam materia quã forma secundariò actuatur illa met existentia: vnde sicut diaphaneitas est causa formalis aeri diaphano: & eius complementum formale ad hoc: vt proprium susceptiuum luminis sit: & cum hoc comparatur ad lumen adueniens: vt potentia recipiens: licet secundariò ad actum: ita forma est causa formalis composito & complemẽtum eius formale ad hoc: vt proprium receptiuum existentiæ sit: ac per hoc comparatur ad ipsam existentiam subsequentem: vt potentia recipiens: secundariò tamen ad actum receptũ: vnde fit vt ipsum esse actualis existentię ad nihil aliud comparetur vt potentia ad actum: sed sit vltima actualitas omnis rei etiam ipsius formæ. Sextò differũt: quia extremum illud quod in prima compositione se habet vt actus: est de intellectu: seu diffinitione rei extrinsecè. forma enim secundũ omnes intrinsecè in diffinitione concipitur. Extremum verò illud quod in secũda cõpositione se habet vt actus est extra quidditatem rei. diffinitio enim non significat esse: vel non esse: vt dicitur primo posteriorum. Septimò differunt quia ex extremis primę compositionis fit vnum tertium per se vnum. Ex extremis verò secundæ compositionis non fit vnum tertium per se vnum: neq; per accidens propriè loquendo. Et colligitur ratio huius differentiæ ex supradictis. vnum enim per se non fit nisi ex duobus: quorũ vtrũq; est pars substantiæ. nulla enim substantia completa facit vnum per se cũ quocunq; alio: & quorum alterum est pura potentia. ex duobus enim actibus non fit tertiũ per se vnum: & quorum alterum est ita actus vt possit comparari ad aliquid aliud vt potentia. partes enim sunt materia totius. 5. meta. tex. com. 3. Cum autem in prima compositione omnes istæ conditiones saluentur, in secunda verò nulla: sequitur q̃ in secunda cõpositione nõ fiat vnum tertium per se: neq; etiam vnum per accidẽs fit: quia vnũ per accidens aggregat res diuersorum generum: cum his tamen stat q̃ essentia per se adunetur cũ esse. Octauo differunt quia prima compositio ex his: & ideo fit ibi vnum tertium. Secunda vero est compositio cum his. Nulla enim res datur quę cõstet ex essentia: & existentia propriè loquendo: sicut datur res constans ex materia & forma: sed essentia componit cum existentia & econuerso:

Secũdo.

Tertio.

Quarto. 7. Meta. T. c. 27.

Quinto.

Nõ optimè hanc subtilissimam doctrinam.

T. c. 27. & 12. Me. text. com. 2.

Sexto.

T. c. 25. Septimo

T. cõ. 30

Octauo.

&ideo dictum est quòd adunantur per se: nō tamen componendo tertium. Nono differunt quia prima compositio ad pauciora se extendit quàm secunda. Extrema enim primæ cōpositionis non inueniuntur nisi in rebus sensibilibus. eam nanq; solam ex materia & forma constare supra cōclusum est. Extrema verò secundæ compositionis reperiuntur & in rebus sensibilibus & in rebus immaterialibus. habent enim intelligentiæ quiddita tem & existētiam. vnde prima compositio infert secundam & non econuerso. omne enim compositum ex materia & forma est cōpositū ex essentia & esse: sed non conuertitur. Decimo differunt quo ad passiones suas: compositionem em̄ primā quantitas: accidētia sensibilia: & transmutatio saltem localis sequuntur. Compositionem autem secundam neq; generatio neq; corruptio neq; trāsmutatio aliqua physica sequitur: sed tm̄ recipere & recipi: perficere & perfici: quia hæc sequuntur actum & potentiam: illa verò materiam & formā. In litera igitur hanc secundam compositionē in omni ente citra primā inueniri probatur tali conclusione proposita. Omne ens aliud à primo est compositum ex esse & essentia. Ratio talis est omne habens aliquid realiter suæ quidditati coniunctum qđ est extra essentiā eius est compositū ex quidditate & illo additamento. i. essentia & esse: omne ens aliud à Deo habet aliqd reale suæ quidditati realiter coniunctum extra essentiam eius. s. esse. ergo omne ens aliud à Deo est cōpositū ex esse & essentia. Maior relinquitur à S. Thoma ꝓ manifesta. Et est modificanda ita quòd illud additum sit extra essentiam rei particulariter sumptā (quod dico propter inferius cum sit extra essentiam superioris: non tamen componit cum illo) & etiam deseruit sic modificata propositio: quia esse est extra essentiam sortis. non enim poneretur in eius diffinitione si diffiniretur. Relinquitur igitur manifesta maior: quia duo adunata quorū neutrum est contrahens alterū: & alterum se habet vt actus: & alterum vt potentia: non nisi per compositionem realiter sunt cōiuncta. Minor autem patet ex sexta differentia. & Aristo. 1. Posteriorum dicente: ꝙ nulla diffinitio significat esse.

Nono.

Capit. 2. cap. 5. in princ.

Decimo.

formatrō nem literæ in tex. positam.

Te. c. 25.

Nisi fortè sit aliqua res cuius quidditas sit suum esse: & hæc res non potest esse nisi vna & prima: quia impossibile est vt fiat plurificatio alicuius nisi per additionē alicuius differentiæ sicut multiplicatur natura generis in speciebus. Vel per hoc ꝙ forma recipit in diuersis materijs: sicut multiplicatur natura speciei in diuersis indiuiduis. Vel per hoc ꝙ vnum est abstractum & aliud in aliquo receptū: sicut si esset quidam color separatus esset alius à colore nō separato ex ipsa sua separatione. Si aūt potE natur aliqua res quæ sit esse tm̄: ita vt ipm esse sit subsistens: hoc esse non recipiet ad ditionem differentiæ: quia iam non esset tm̄ sed esse: & præter hoc forma aliqua. Et multominus recipiet additionē materiæ: quia iam esset esse non subsistēs: sed materiale. Vnde relinquitur ꝙ talis res quæ sit suum esse, nō pōt esse nisi vna, vnde oportet ꝙ in qualibet alia re præter eā sit aliud esse suū: & aliud quidditas vel natura: seu forma sua. Vnde in intelligentijs oportet ꝙ sit esse præter formam: & ideo dictum F est ꝙ intelligentia est forma & esse.

Hic ponitur secunda ratio ad idem quæ inducitur per modū exclusionis tacitæ responsionis: qa aliquis posset dicere ad rationē factā ꝙ aliqua res est: cuius quidditas est suum esse: & illius diffinitio non abstrahit ab existere. Contra hoc inquā inducitur secunda ratio probās ꝙ in vno solo ente. s. primo essentia est idē quod existentia: & consequenter in quolibet alio esse & essentia distinguūtur realiter. Ratiocinatur ergo sic. Omne plurificabile seu plurificatum altero trium modorū multiplicatur: vel per additionem differentiæ formalis: vel per receptionem vtriusq; in materia: vel per receptionē vnius in materia & alterius separationem: sed quidditas quæ est suum existere nullG istorum modorū est multiplicabilis: ergo quidditas quæ est suum esse: nec plurificabilis: nec plurificata est: ergo est vna tātum: & sic oē aliud ab ea non est sua existentia: processus clarus. Maior verò declaratur: qm̄ cum pluralitas sequaī diuisionem: diuisio alicuius fit per differentias formales: sicut natura generica animalis multiplicaī in homine & leone. Vel per differentias indiuiduales: sicut natura specifica multiplicatur in forte & Platone ꝓpter hoc ꝙ humanitas sortis est in alia materia signata ab illa in qua est humanitas Platonis. Vel tertio modo pōt imaginari diuisio inter aliqua duo eiusdem naturę propter hoc ꝙ alterū est omnino separatum à materialibus conditionibus, alterum verò cōcretū est illis: sicut homo seH paratus apud Platonem: distinguitur ab hoīe particulariter propter hoc ꝙ homo separatus est immaterialis, natura verò sortis est recepta ī hac materia. Nec apparebit discurrenti per omnia prædicamenta aliquis alius modus realis multiplicationis in vniuerso. Nec aliquis mihi obijciat ꝙ quantitas & substantia & distinguūntur realiter: & tm̄ non per drias formales, nec &c. Qm̄ siue modis siue differentijs fiat diuisio non refert: dūmodo cō trahens ad aliquam limitatā naturam trahat contractum. Minor autē declaratur quo ad oēs eius particulas. Primò ꝙ nō sit multiplicabilis per modum generis, patet ex eo ꝙ genus recipit additionem differentiæ: per quam trahitur natura generis ad

ris ad determinatā naturā specificā: & sic perdit genus puritatē priā: animal enim cōtractū ad humanā speciē nō est purū animal: sed animal humanū, quidditas verò quæ est sua existentia est ipsum eē purū & nō coarctatū, statim em̄ ꝙ cōtraheretur perderet puritatē: & essent ibi duo (esse. s. & quidditas) ad quā cōtractū esset. Secunda pars minoris clarius patet. quod enim recipitur in alio nō est esse purū & per se subsistens: sed subsistentatur in alio: quidditas autē quæ est suū esse est pura: & cōsequenter per se subsistens: & nō alteri admixta in quo sustentetur. Per idē quoq; patet tertia pars minoris: si em̄ vna quidditas quæ est suū esse est separata: altera quæ est recepta ex hoc ꝙ est recepta nō poterit esse eadē suæ existentiæ. vt em̄ dictum est, esse receptum non potest esse idē B quidditati: & sic cōcluditur quòd quidditas quæ est suum esse, est vna tantum quæ est prima causa omnium: ac per hoc cætera habent esse distinctum à suis essentijs.

Omne autem quod conuenit alicui vel est causatum ex principijs naturę suæ sicut risibile in homine: vel aduenit ab aliquo principio extrinseco sicut lumen in aere ex influentia solis Non autem potest esse ꝙ ipsum esse sit causatū ab ipsa forma vel quidditate, rei dico sicut à causa efficiente quia sic aliqua res esset causa suijpsius: & C aliqua res seipsam in esse ꝓduceret: quod est impossibile: ergo oportet quòd omnis talis res: cuius esse est aliud à natura sua: quòd habeat esse ab alio.

In hac parte quarta huius capituli declaratur intelligēdas habere esse à Deo effectiuè: in quo omnino idē est esse cū essentia primū horū in sua vniuersali conclusione hoc. s. omne aliud à prima causa est productū ab ipsa: probatur sic, omne habens esse distinctū à sua quidditate est productū effectiuè à prima causa: omne ens aliud à causa prima habet esse distinctū à sua quidditate, ergo omne ens aliud à prima est effectiuè productū à prima causa. Minor supponitur ex dictis & dicēdis. Maior probatur sic. omne illud cui cōuenit D aliquid distinctū à sua quidditate: ita se habet ꝙ vel ipsum est causa effectiua illius: aut habet illud ab alio effectiuè, nō em̄ potest imaginari tertiū: ri fibilitas siquidē & albedo & quicquid aliud cōuenit homini: aut causatur ab ipso homine effectiuè: aut ab aliquo alio quod nō est hominis quidditas: sed impossibile est vt aliqđ ens efficiat suā priā existentiā, vt dicitur. 2. de anima. tex. cō. 47. ergo oportet ꝙ illā habeat ab alio effectiuè.

T. c. 47. Quòd autē sit impossibile: vt aliquid ens efficiat suā priā existentiā patet ex eo quod sequeretur ꝙ illud esset anteq̄ esset, ex eo em̄ ꝙ efficeret,

T. c. 17. esset: omne em̄ efficiēs existit. 3. phy. tex. cō. 17. ex eo verò ꝙ suū priū esse causaret suū existere A eius causalitatē sequeretur. & sic esset anteq̄ esset.

Et quia omne quod est per aliud reducitur ad id quod est per se sicut ad causam primam: ideo oportet ꝙ sit aliqua res quę sit causa essendi omnibus rebus: eo ꝙ ipsa est esse tantum, alias iretur in infinitum in causis: cum omnis res quæ non est esse tātum habeat causam sui esse, vt dictum est: patet ergo ꝙ intelligentia est forma & esse, & qđ esse habeat à primo esse qđ est esse tantū: & hoc est prima cā quæ Deus est.

Immediatè. supra.

Hic declaratur secundū propositorū hæc conclusio. s. essentia primæ causæ est suū existere: tali ratione: omne quod est per aliud tale præceditur ab eo quod est per se tale: omne ens aliud à prima causa est per aliud tale. i. ens ergo præceditur ab eo quod est per se ens. quod autē est ex se ens causa est omnibus vt entia sint. vt dicitur. 2. Metaph. text. Cō. 4. prima ergo causa est ex se ens seu per T. c. 4. se ens: & cōsequēter sua quidditas est ipsum esse: aliter nō eēt per se: sed per aliud à sua quidditate ens: & cōsequenter dependeret ab alio: vt ante posita ratione deductū est. Maior propositio etsi habeatur. 2. physi. tex. cōm. 66. &. 8. textu Commē. T. c. 66. 39. tamen in litera probatur ex eo quod aliter se- T. c. 39. queretur processus in infinitū in causis. si em̄ nō esset deuenire ad vnum per se tale: sed omnia essent per aliud talia: qua rōne ante vnū est aliud: ea dē rōne ante illud erit aliud: & sic in infinitū. Minor verò est conclusio præcedentis rationis.

Quæstio. X.

CIrca hanc partem dubitatur an intelligentię effectiuę sint productę à Deo. Et pro parte quidē negatiua arguitur sic. omne agens aliquid agit illud per motū: nulla causa substantiarū immaterialiū agit eas per motū: ergo nulla causa earū est agens eas. Maior est Aristo. primo de generatione, tex. Comment. 45. Et confirmatur: quia T. c. 4. apud Arist. 12. Meta. text. commen. 12. omnis pro- T. c. 122. ductio exigit tria: à quo: ex quo: & ad quod: quæ T. c. 33. in substātijs immaterialibus saluari non possunt. Præterea. primo Physicorū, tex. Cōmen. 33. cōis cōceptio philosophorū est: ꝙ ex nihilo nihil fit: sed si intelligētię sunt effectiuę à Deo, sunt ex nihilo,

Auerroes ca. 1. cap. 44. post me. Secunda ratio. Cō. 41.

Præterea. 4. cœli, com. primo nullū æternū inquit Auerrois habet efficiens verè nisi per modū formæ & finis. Similiter. 12. Metaphysi. Com. 44. reprehendit modernorum morem dicens: ꝙ in separatis à materia nō est verè agere. Præterea nullum possibile ex se est necessarium ex alio apud Commentatorem. 12. Metaphy. Commen. 41. nisi motus sed intelligentiæ si sunt effectiuæ à Deo sunt possibiles ex se. ergo non sunt necessariæ ex alio. ergo corruptibiles.

In hac dubitatione: quoniam nostra ætate in hoc Patauino studio non vertitur in dubium: an ita sit ꝙ Deus creauerit intelligentias: sed an hoc
Te.c.14. sit secundum mentem Aristotelis & Commentatoris. ideo breuiter & incidenter persuadere volumus quod omnes intelligentiæ sunt à Deo effectiuæ secundum cõmentatorẽ: & consequenter Aristo. omnes enim admittunt in hac re consequentiam istam. Deinde qm̃ multi in hac re quærunt modum quo apud Com. productio ista sit declarabitur & modus productionis. Primum declaratur sic, id quod est maximè ens & verum est causa entitatis & veritatis in cæteris. 2. Metaphy. tex. Cõment. 4. Deus est maximè ens & verum: ergo Deus est causa entitatis ī cæteris. Si dicatur quod
Cap. 36. circa me. & 44. est causa finalis & non effectiua. Contra. 12. Metaph. tex. cõm. 36. & 44. quælibet res separata à materia cuiuscũq; est principium finale, est principiũ efficiens. ergo si Deus est principiũ finale, intelligentiarũ erit & principium efficiens earum. Dicitur fortè ꝙ Commen. non ponit illã propositionem vniuersaliter sicut assumpta est: sed indefinitam. Contra. commentator ex separatione à
Ibidẽ de formabalnei &c. materia seu ex immaterialitate rei ponit causalitatem effectiuam cõcomitari causalitatem finalẽ respectu ejusdem effectus: vt patet ibi. ergo vbicũque reperitur immaterialitas cũ causalitate finali respectu alicuius: oportet etiam reperiri causalitatem effectiuam respectu eiusdem. Confirmaꝛ ex
Capit. 2. verbis Cõmentatoris in de substantia orbis capi. secundo: vbi expresè dicit cœlum egere intelligẽtia non solùm mouente, sed largiente in sua substantia permanentiam æternam. par autem est ratio de intelligentijs. Quòd si dicatur quòd loquit de causa finali & formali exemplari. replica facta est. & adde quod ibi dicit Commentator: quod finis significat agens significatione necessaria (& sunt verba valde notanda.) Confirmatur adhuc. quia Auerrois in. 12. Metaphy. & nunc nunc declarabitur, non solum ponit ipsas produci: sed etiam modum quo à prima causa omnes producuntur assignat. Modus autem productionis ab ipsomet
Cap. 44. ponitur. 44. Commento. 12. Metaphy. vbi reprehendit Auicen. non quia ponebat intelligentias produci à Deo: sed quia ponebat, ꝙ Deus causaret eas per modum naturæ. scilicet quod ab vno vnum tantũ procedat. Posuit enim Auicen. Deũ gloriosum q pura actualitas est intelligẽdo se producere primè intelligentiã. quæ ꝓducta intelligẽdo Deũ ꝓducebat secundà intelligentiã. intelligẽdo aũt se secundum id quod habet de actualitate producebat animam primi orbis. intelligendo autem se secundum id quod habet de potentialitate producebat orbem primum. & similiter secunda intelligentia faciebat vsq; ad vltimã: quæ prẽsidet
vbi supra c. 44. parum post principiũ. sphæræ actiuorum & passiuorum. Reprehẽditur ergo Auicenna de hoc quod vnum tantum procedere à Deo immediatè dicebat. vnde dicit: non enim est illic prouentus, neq; consecutio neq; actio, ita quod dicamus quod vna actio sequitur vnum agentem, vbi apparet quod propterea apposuit (ly ita quod vna actio) vt declararet modũ productionis se impugnare. Vnde & verè productionis modum subiungit in verbis sequentibus dicens, tantum enim est illic causa & causatum secundũ quod dicimus intellectum est causa intelligentis. Vbi scito ex Alberto. 12. Metaphysi. quod contemplatio intelligentiarum, si veritatem inuenire quærit: in eas vt operatiuas non speculatiuas tendat. sunt enim essentialiter opifices vt earũ instrumenta corpora. s. & cœlestia præseferunt. Inter artes enim talis inuenitur processus: quod ars cõis & principalis speciales artes subseruiẽtes causat exemplariter & effectiua (partialiter saltem) prout diuersis modis est imitabilis. v. g. ars militaris causat equestrem & frænefactiuam & alias huiusmodi vt sic. & sic & aliter imitabilis. omnes eñ inferiores artifices intuendo artem principalem & cõmunem ad eius imitationem formant operationes suas proportionatas illi: Deus autẽ gloriosus est ars prima & cõmunissima imitabilis ab omnibus artibus specialibus quales sunt omnes
No. hanc diuinãde claratio-nem. intelligentiæ. Vnde ipsa ars diuina vt sic imitabilis puta per modũ talem qualis est motus saturni causat artem intelligentiæ saturni: & vt alio modo imitabilis, puta per operationes tales q̃les sunt Iouis causat artem intelligentiæ Iouis, & sic de alijs. causat dico non solum exemplariter, sed effectiuè & totaliter. Ars enim vniuersalis in humanis ideo nõ causat nisi partialiter & exemplariter artes speciales: quia non potest nisi concurrente lumine intellectus agentis in alterius intellectus fieri. Si nanq; ars vniuersalis esset separata à materia per se subsistẽs ex se non prohiberet quin posset artes speciales sui imitatiuas effectiuè producere. Vnde cum ars diuina sit per se subsistens & summè efficax non requirit coagens, sed sola intelligendo se vt pluribus modis imitabilem artes speciales orbiũ motiuas tanq̃ propriorũ instrumentorũ produxit, & quia artes illę non sunt receptę in aliquo: oportet ꝙ sint subsistẽtes, & quod sint non solũ formę intelligibiles sed intelligẽtes. Omnis enim res immaterialis si est subsistens est intelligens secũdum doctrinam Arist. 3. de anima tex.
Te.c.16. & 15. Com. 16. vnde cum Deus immediatè ꝓducat plures artes speciales subsistentes: sequitur ꝙ immediatè producat plures intelligentias. ipsę eñ sunt essentialiter artes, & sic ibi est tantũ causa & causatum sicut intellectum, idest ars communis intellecta: est causa intelligentis artificis subseruientis.
In eodẽ commen. Confirmant hunc sensum verba sequentia quib⁹ ait, ꝙ non est impossibile: vt id quod est per se intelligentia & intellectum sit causa plurium entiũ secundum quod ex eo intelligũtur multi modi. Ars enim diuina quæ est pura intelligentia & purum intellectum secundum quod intelligitur à se practicè pluribus modis imitabilis plures artes producit. quarum cuilibet: quia quod cõcipit de arte cõmuni: est ratio operandi cum sumat principia sua ab illa. ideo subdit quod aliud est quod concipit de primo motore motor orbis Iouis: & aliud quod concipit motor orbis Saturnii: & est causa in anima eius. s. quod operetur. Cõfirmat quoq; hoc idem proportio inter intelligẽtias assignata ab ipso Commen. ait enim in Commẽ. 44. ꝙ habitudo intelligentiarum aliarum ad primam est habitudo artium specialium ad cõmunem: ita quod sicut artes speciales perficiũtur & causantur à cõi in humanis: ita proportionabiliter intelligẽtiæ aliæ pficiũtur & causanꝛ à prima.

Ad primum. Ad primum in oppositum dicitur quod agẽs dupliciter sumitur. Quandoque propriè pro illo quod ex sua actione infert passionem quæ magis facta abijcit à substantia: & sic sumitur ibi ab Aristo. agens. sic enim opponuntur agens & patiens. Alio modo pro omni eo ꝙ in genere causæ efficientis causat: & sic agens communius est mouente: vt patet ex. 7. Meta. Commen. 31. Ad
Ad cõfirmationẽ Primam Cõm. 31 ad rõnẽ. cõfirmationem primam dicitur quod & illud & similia intelligenda sunt de ꝓductione Physica. s. per motum & mutationẽ. Similiter dicitur ad
Ad secundã rõnẽ. secundum. Ad autoritates Commentatoris adductas & similes sibi dicitur ꝙ loquuntur de agẽte proprio dicto & productione Physica: vel cõtra positionẽ Aui. ꝙ vnum ab vno emanat. Ad rationem secundam concessa maiore negatur minor. stat enim apud Aristotel. Commen. & S. Tho. & veritatem aliquid esse ab alio effectiuè: & tamen esse necessarium ex se.

Ad cuius euidentiam notandæ sunt quatuor propositiones. Prima est. Possibile ex se est id quod habet in seipso potentiam ad non esse. patet ista ex terminis. ideo enim aliquid est in ordine possibilium & non in ordine necessariorũ: quia habet in seipso potentiam ad non esse. Si enim careret potentia ad non esse, impossibile eẽt ipsum nõ esse: & sit necessariũ esset illud eẽ.

Secunda propositio est. Id solum habet in seipso potentiam ad non esse: cuius aliquid habet potentiam ad aliud esse. patet ista ex eo quod nulla potentia per se primo appetit non esse: omnis enim appetitus per se tendit ad aliquod esse: sed quia cum illo ad quod tendit non potest, stare esse quod habet. ideo ex consequenti appetit non esse quod est priuatio formę quam habet. Sicut materia aquæ per se primo appetit formam ignis: sed quia cum forma ignis nõ potest simul stare aquæ forma. ideo ex cõsequenti appetit priuationem formæ aquę quam habet. potentia ergo omnis appetens non esse prius natura appetit aliquod aliud esse. Notanter autem dixi in hac propositione (cuius aliquid habet potentiam) quoniam non totum appetit aliud esse sed pars potentialis. non enim tota aqua appetit esse ignis sed eius materia.

Tertia propositio est: necessarium ex se est illud quod caret potentia ad esse & non esse. patet ista ex terminis quinto Metaphysicæ. textu Commen. sexto. Necessarium enim est quod impossibile est aliter se habere. quod autem caret potentia ad esse & non esse impossibile est aliter se habere. omnis enim successio, quæ dicitur sic ad aliter se habere fit per posse hoc esse perdere & aliud acquirere. T.c.6.

Quarta propositio est ꝙ nec intelligẽtiæ: nec corpora cœlestia habent aliquid sui quod sit in potentia ad aliud esse. Ista quo ad intelligentias est per se nota: quia sunt simplices formæ: quo ad corpora cœlestia verò secundum Auerroim similiter dicendum est: quia sunt substantiæ simplices apud ipsum. Secundum autem sanctum Thomam ex eo est vera ꝙ materia cuiusq; eorum non est capax nisi formæ quam habet. Ex quibus quatuor propositionibus succinctè declaratis patere potest ꝙ secundum veritatem intelligentiæ & corpora cœlestia sunt necessaria ex se arguendo sic. Omne carens potentia ad esse & non esse est necessarium ex se: intelligentię & corpora cœlestia carent potentia ad esse & non esse. ergo &c. Cùm hoc tamen stat quod sint effectiuè ab alio. potest enim vnum necessarium esse effectiuè ab alio necessario, vt dicitur octauo Physico. text. Commen. 15. & quinto Metaphy. textu Commen. 6. Vnde intelligentiæ & corpora cœlestia dupliciter sunt necessaria & ex se & ab alio. Ex se quidẽ formaliter & intrinsecè: ab alio verò effectiuè & extrinsecè. Vnde Cõ. 41. Commentator. 12. Metaphysi. Commẽ. 41. dicit quod non potest esse aliquid possibile ex se. necessarium verò ex alio nisi motus: & non dixit impossibile est aliquid esse necessarium esse ex se & ex alio. & cum hoc inspexeris fugabuntur omnes dubitationes inter dicta eius in de substantia orbis: & hic. reputauit enim impossibile nisi in motu aliquid esse necessariũ ex alio præcise. pro nunc sufficiant hæc. T. c. 15. T.c.6. No. vera hæc & optima.

Omne autem quod recipit aliquid ab alio est in potentia respectu illius: & hoc quod receptum est in eo est actus eius, ergo oportet quod ipsa, forma vel quidditas quæ est intelligẽtia sit in potẽtia respectu esse quod à Deo recipit, & illud esse receptum est per modum actus, & ita inuenitur actus & potentia in intelligentijs, non tamen forma & materia nisi ęquiuocè: vnde etiam pati recipere subiectum esse & omnia huiusmodi quæ videntur rebus ratione materiæ conuenire, æquiuocè cõueniunt substãtijs intellectualibus & corporalibus, vt in tertio de aĩa Commen. dicit.

In hac quinta particula declaratur talis cõclusio: intelligentiæ sunt compositæ ex actu & potentia Cap. 14. circa pri

cip. ca. magno, circa pricip.

tētia quo est & quod est: sic omne quod recipit aliquid ab alio effectiuè est compositum ex reciente potentia & actu recepto: intelligentiæ recipiunt aliquid ab alio.s.esse à Deo,ergo intelligentiæ sunt compositæ ex potentia & actu. Maior ex eo patet quod nihil est in se ipso. Minor autem ex precedentibus nota est.Et quanuis sic sit quod in intelligentijs inueniatur actus & potentia:non tamen habent formam & materiam. In plus enim se habēt actus & potentia q̄ forma & materia: vnde pati recipere & subijci & similia quæ sunt passiones materiæ æquiuocè in inferioribus & superioribus reperiuntur. Alia em̄ est ratio recipiendi ibi & hic:ubi absq; omni motu & materiali conditione:in istis verò non nisi cum motu & indiuidualibus cōditionibus: vt & Commentator testatur.3.de anima.commēt.14.

Et quia vt dictum est intelligētię quidditas est ipsamet intelligentia, ideo quidditas vel essentia eius est ipsum quod est ipsa, & esse suum receptum à Deo est id quo subsistit in rerum natura, & propter hoc à quibusdam huiusmodi substantiæ dicuntur componi ex quo est & quod est vel ex quo est & essentia, vt Boetius dicit.

Cap.pri. 24.i prin In lib.de hebdomadibus cap.1.

Assignat rationem: quare intelligentiæ dicūtur compositæ ex quo est & quod est:omne cōpositum ex quidditate quæ est ipsum suppositum & esse est compositum ex quo est & quod est:intelligentiæ sunt compositæ ex quidditate quæ est ipsa intelligentia & esse,quo subsistunt: ergo sunt cōpositę ex quo est & quod est:omnia assumpta ex prædictis sunt manifesta.

Quæstio. X.

Sco. 3.d. 6.q.2.

CIrca supradicta duæ dubitationes sunt. Prima est an esse actualis existentiæ & essentia distinguantur realiter.Secunda est an intelligentiæ sint compositæ ex actu & potentia. Circa primam tria agenda sunt:primo ponetur opinio Scoti.Secundo ponetur opinio. S. Thomæ. Tertio respondebitur argumentis in oppositū.

Quo ad primum Scotus in tertio sententiarum distinctione sexta quæstione prima, opinatur esse actualis existentia & essentiam rei esse idem realiter:licet distinguantur ex natura rei, sicut modus intrinsecus & quidditas cuius est: sicut nec albedo distinguitur à suo modo intrinseco(gradu:scilicet)vt tria vel vt quatuor.Ad probandum autem hoc licet adduci possent rationes Scoti:quia tamen vnionem naturæ humanę cum supposito diuino concernunt:decem rationes inductas ab Antonio Trombeta in quolibeto suo nunc recitandas primo censui. Primo arguit vt ipse dicit contra fundamentum Thomæ sic:manēte eadem ratione manet idem effectus: sed tota ratio quare ponitur ab istis essentiā differre ab esse est propter indifferentiam essentię ad esse & non esse:nam vt dicunt,lapis est in potentia vt sit & non sit,ergo vbi talis indifferentia inuenitur ibi ponenda est talis distinctio: sed ita est quòd est consimilis indifferentia esse ad esse & non esse, esse enim rosæ in hyeme non est: in vere autem est. cōsimilis etiam indifferentia est essentiæ ad essentiam & non essentiam: essentia namq; creaturæ ab æterno non est,ergo esse differt realiter ab esse:& essentia differt ab essentia quod est ridiculum.Præterea,quandocunq; sunt aliqua duo essentialiter ordinata & realiter distincta,prius potest fine contradictione fieri absq; posteriori, sed essentia non potest fieri sine existentia,ergo:minor patet,quia essentia particularis quæ sola fit necessariò est existens.Præterea, quæcunq; distinguuntur realiter se habent sicut res & res: sed essentia & existentia non se habent sicut res & res, ergo & c. patet ista:quia res propriè loquendo conuertitur cum ente in actu actualitate existentiæ. Præterea, nulla res componit cum sua realitate,ergo nulla quidditas differt realiter à sua existentia: tenet consequentia:quia existentia est ipsa realitas rei,nihil enim aliud est dicere rem esse realiter quàm existere: & econuerso :antecedens autem est de se notum:ridiculum est enim dicere quòd aliquid componat cum sua realitate. Præterea, homo verus non componit cum sua veritate: nec homo affirmans cum sua affirmatione: ergo quidditas non componit cum sua existentia. consequentia patet ex eo quòd rei existentia nihil aliud est q̄ positio veritatis & affirmatio huius, antecedens autem oppositum non videtur bene intelligibile. Præterea: existentia & essentia habent idem cōtradictorium,ergo non distinguūtur realiter, consequentia est nota: antecedens verò manifestatur ex eo quod nihil est quod priuet esse quin priuet essentia: nec est aliud nihil priuans esse: & aliud nhil priuans essentia. Præterea,homo in potētia nō cōponit cū homine in actu, ergo essentia & existentia non componunt:& consequenter non realiter distinguūtur: consequentia relinquitur per se nota:quia essentia est in potētia: existentia vero est actualitas eius. Antecedens verò patet ex eo quod actus & potentia diuidunt ens: vt conditio diminuens & perficiens: sicut verum & pictum diuidunt animal,vt Commentator dicit nono metaphy.commento septimo: homo ergo in potentia cum non sit homo simpliciter cum sit homo in actu solam conditionem distrahentem perdit positum sub conditione perficiente: & sic nullam compositionem habet cum homine in actu.Præterea esse existentię si est distinctum realiter à quidditate non est substantia nec accidēs: ergo:probatur antecedens, quod enim non sit accidens vt concessum ponatur. Quod autem non sit substantia, probatur: quia aut est materia:aut

Antoni. Trōbeta in quoli. mediali.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

Septimo.

Com. 7.

Octauo.

Nono.

ria:aut forma:aut cōpositū nullū illorū est apud Thomā,ergo & c. Præterea,existentia & essentia distinguūtur realiter, ergo in qualibet generatione substantiali sunt duo termini totales & duo termini formales: cōsequens est impossibile,ergo & c. cōsequentia probatur quo ad vtrāq; partē supponendo duo. Primum est quod cōpositū per se vnum fit ex per se actu:& per se potentia ex octauo Metaphysicæ,vbi nullam causam nouit Aristoteles. quare cōpositum substātiale est p̄ se vnū: nisi quia materia est per se potētia, forma verò per se actus. Secūdo supponit quod essentia est per se potentia, existentia verò per se actus. Ex quibus concluditur quod id quod resultat ex esse & essentia est per se vnum. quo dato sequitur quod erunt duo composita per se vnitatem habentia: quorum alterum erit compositum ex materia & forma:alterū ex esse & essentia:& cum vnumquodq; per se vnum natum sit terminare generationem, ergo in generatione erūt duo termini totales:& sic patet prima pars.Erūt etiam duo termini formales.s. existentia: & forma substantialis: quod etiam probatur sic, terminus formalis generationis est id quo aliquid generatur: sed tam existentia q̄ forma est id quo aliquid generatur, ergo & c. probatur minor sic. eo modo quo aliquid est ratio essendi est ratio generādi: sed existētia est ratio essendi,ergo est ratio generandi. Vel formetur sic ratio eo modo quo aliquid generatur eo modo est:sed per teipsum cōpositum nō generatur per esse sic q̄ esse sit terminus generationis, ergo nō habebit esse per ipsum esse,cōsequens est falsum,ergo altera præmissarū:non maior,ergo

Decimo.

minor. Præterea ex existentia & essentia fit per se vnū, ergo datur processus in infinitū in essentijs,cōsequens est impossibile, ergo & c. Antecedens patet ex præcedenti ratione, & probatur sic. Nam sicut ex materia & forma resultat tertium per se vnum:quia illa est per se potentia hæc per se actus: ita ex existentia & essentia cū etiā existentia sit per se actus & essentia per se potentia.eadē enim ratio est, consequentia autē probatur: quia si ex esse & essentia fit tertium per se vnum cum illud iterum distinguatur à sua existentia componet cum ea: & ex eis fiet aliquod per se vnum: & iterum arguitur eodē modo de illo:& sic in infinitum.Hæc de primo.

T. c. 15.

Opini. S. Tho. 2. cōtra Gē ti.ca. 52. prima ratio.

Quo ad secundū opinio.S. Tho. ab eo posita in secundo cōtra Gent.cap.52.est q̄ in omni creatura quidditas & eius esse actualis existentiæ distinguūtur realiter,& licet hæc conclusio nūc in textu probata sit:attamē ad pleniorē declarationem deducam tres probationes ex. S.Tho.ibi.

Prima est: omnis essentia creata habet aliqd sibi realiter cōiunctū præter suum esse: nullū esse irreceptū habet aliquid sibi annexū præter se, ergo nullū esse irreceptū est essentia creaturæ: & cōsequēter esse & essentia nō sunt idē:esset.n. ipsum esse irreceptū si esset idē essentiæ, sicut & ipsa essentia irrecepta est:de substātijs loquēdo. Maior est nota per se:sort. em̄ præter suū esse habet quantitatē albedinē & similia :similiter substātiæ separatæ vt nūc supponimus, habēt aliqd accidēs,(puta actū intelligendi saltē.) Minor verò declaratur ex eo q̄ si affirmatio est causa affirmationis, negatio erit causa negatiōis: sed prę cisa causa:quare esse habeat aliquid prēter se annexū est:quia esse est receptū in alio in quo pōt recipi aliud:quod patet ex hoc q̄ esse substantiale sor. & esse albū eiusdē nulla alia rōne adunatur:nisi quia vtrūq; recipitur in sor.sunt em̄ tantū vnū subiecto:cū ergo esse nō erit receptū non remanebit aliquis modus,quo potest habere aliquid sibi annexū.Cōfirmatur hoc:quia esse substātiale sortis:aut adunatur cū alijs prēter se identice:& hoc est manifestè falsum: esse em̄ substantiale sor.nō est esse albū. Aut sicut potentia & actus:ita q̄ esse substātiale sit potētia & accidētale actus eius:& hoc nō:quia nullū esse actualis existentiæ potest poni subiectum alterius cū sit vltima actualitas:remanet igitur q̄ ea rōne adunentur:quia ambo recipiūtur in tertio:& ideo subla to hoc ab ipso esse actualis existentiæ:q̄ sit.s. receptū : aufertur etiā q̄ possit habere aliquid sibi annexū:& hoc est quod Boe. dicit in hebdomadibus : q̄ ipsum quod est aliquid habet sibi prēter se cōiunctū:ipsum verò esse nihil.Secunda ratio ad idē est.Omne esse irreceptū est infinitum simpliciter: nullū esse creaturæ est infinitū simpliciter: ergo nullū esse creaturæ est esse irreceptū:ergo distinguitur ab essentia & c. minor est per se nota:maior probatur sic: omne purū esse est infinitū simpliciter: omne esse irreceptū est purū esse: ergo omne esse irreceptū est infinitū simpliciter. Maior est nota ex terminis (esse em̄ ideo est limitatū quia non est purū sed prædicamētis mixtum)esse enim limitatur per naturas prædicamentales:à quibus si deputetur omni finitate carens infinitum omnino restabit.Minor verò etiā patet ex præcedēti ratione: & ex ratione facta supra in textu.Et adhuc exēplariter declaratur:albedo si ponatur nō recepta in aliquo est pura albedo: & nihil haberet nisi se tantum: & esset infinita in specie albedinis: vt de se clarū est:nō enim potest à sano intellectu imaginari albedo separata definita ad aliquē modū albedinis:omne em̄ quod est per se tale habet omnem perfectionē possibilē illi naturæ: sicut homo separatus apud Platonē habet omnē perfectionē possibilē naturæ humanæ.Nec valet id quod Antonius Trōbeta cōtra hoc dicit sumptū ex Scoto secūdo sententiarū distinctione tertia quæstione vltima: quod si albedo esset separata:& haberet omnē perfectionē possibilē tali speciei: sequeretur quod albedo esset infinita simpliciter: qa haberet perfectionē infinitorū indiuiduorū possibiliū esse sub specie albedinis. Hoc inquā nihil

Capit. 2. propōne 4.

Secunda ratio.

2.d.q. 3. 4.

valet: quoniã sicut infinita indiuidua albedinis etiã simul posita non sunt perfectionis infinitæ simpliciter cũ sint limitata ad speciẽ albedinis: ita nec albedo separata eorũ perfectiones habẽs erit infinita simpliciter: sed in tali specie. Tertia ratio est ista: id qđ cõuenit naturæ specificæ absq; omni causa effectiua distinguitur realiter ab eo qđ eõuenit illi nõ nisi per aliquã causam effectiuã: sed prædicata quidditatiua cõueniũt rei absq; omni causa effectiua: existẽtia autem nõ cõuenit rei nisi per aliqđ efficiẽs: ergo prædicata quidditatiua & existentia rei distinguũtur realiter: maior est per se nota: Minor etiã quo ad secundam partẽ est clarissima: quo ad primã verò declarat sic: secluſa omni causalitate effectiua respectu rosæ: quæro an ista sit vera, rosa est substãtia corporea: si sic: habeo intentũ, si nõ: ergo rosa absolutè sumpta nõ est in prato: & prædicata primi modi possunt intelligi nõ ad esse rei: & diffinitio separatur à diffinito: quæ omnia nõ sunt imaginabilia & c. Videtur etiã hæc opinio ab antiquis deriuata: Platone. s. Alpharabio, Auicenna, Algazele, Boetio, Hylario, Alberto & eorum sequacibus: licet ab Aristotele nihil manifesti in hac re habeamus. Hæc de secundo.

Tertia ratio.

Videas huiꝰ doc. cõmẽt. in 2. pos. c. 6. circa princi. & cõtra Gẽt. c. 52.

Quo ad tertium respondetur argumentis in oppositum. Et ad primum dicitur præmittendo quòd arguens non vidit sanctum Thomam in fonte: vt enim apparet ex secundo contra Gentiles: vbi ex intentione septem rationibus fundat suam opinionem seu positionem: ratio assumpta ab arguente non nominatur inter illas: vnde peccauit imponendo nobis hoc esse totum fundamentum positionis nostræ: licet illa ratio ex dictis. S. Tho. primo sententiarum: distinctione octaua, quæstione quarta art. 2. elici possit (vbi tamen de hac re nõ tractat) & est formãda sic ratio illa: essentia particulariter sumpta est indifferens ad esse & nõ esse: ergo distinguitur realiter a suo esse. Nec valet responsio sua dicens: quod in antecedẽte oportet addere quod essentia habeat propriã realitatẽ aliã à realitate existentiæ (quia hoc est volũtariũ.) Distinctio eñ realis est inter materiã & formã: quas philosophi nõ dubitãt habere eandẽ realitatem existentiæ: cũ ex eis ponant vnũ per se fieri. Ad argumentũ ergo cõtra hanc rationẽ factũ dicitur quod falsum est: quod esse sit indifferens ad esse & nõ esse, & essentia ad essentiã & nõ essentiã: nihil enim est indifferens ad aliqua duo: quorũ alterũ sibi determinatin sua diffinitione: cõstat autẽ quod esse est de intellectu esse: & essentia de intellectu essentiæ. Quod autẽ esse rosæ in hyeme nõ sit sed in vere: hoc ideo est: quia essentia rosæ cui semper sua prædicata quidditatiua adsunt ad actum essendi non peruenit: & nõ ideo quia ipsum esse sit indifferẽs. Cùm autẽ addit quod essentia est indifferens ad essentiã & nõ essentiã: quia nõ est ab ęterno: nõ videtur intelligere vocẽ propriã. Ex negatione enim actus essendi ab æterno bene sequitur qđ rosa sit indifferens ad esse & nõ esse: sed nõ quod sit indifferens ad rosam & nõ rosam: vt enim dicũt Alpharabius, Auicenna, Algazel, & Albertus: siue rosa sit: siue non sit: semper est rosa & semper est substantia corporea &c. (si aliquo termino mensuræ in his vti licet.) Ad secundũ negatur vtraq; præmissa: & maior quidem suppositaostensa est esse falsa: minor verò ostenditur in Christo: in quo humanitas absq; creata existentia actuali est. Ad tertium negatur maior ad intellectum arguentis: non enim requiritur ad distinctionem realem quod vtrumq; eorũ habeat propriam existentiam. Ad quartũ dicitur, quod sicut esse est duplex. s. existentiæ & essentiæ: ita duplex est realitas essentiæ & existentiæ: & licet nulla res componat cum sua realitate essentiæ: tamen cum hoc stat, quod componat cum realitate existentiæ: vnde essentia hominis absolutè in reali prædicamento, substantiæ. s. reponitur: posita autem in rerum natura fit realis realitate existentiæ. Ad quintũ dicitur eodẽ modo: quia etiam verum conuertitur cũ ente & re: vnde limpliciter homo dupliciter est verus. s. veritate essentiæ: & existentiæ. homo verus veritate essentiæ nõ cõponit cum tali veritate, quæ nihil aliud est q̃ fundamẽtalis cõformitas ad sua prædicata quidditatiuè: cõponit autem cũ sua veritate existente: id est cũ esse quod fundat hanc veritatẽ: homo est similiter dicitur de affirmatione. Ad sextum negatur antecedens: cuius probationis vtrũq; assumptũ est falsum. Cum enim quot modis vnum oppositorum dicitur, tot dicatur & reliquum (in primo Topicorũ) sicut ens dupliciter dicitur: scilicet ens quidditatiuum & existentiæ: ita non ens seu nihil dicitur dupliciter: scilicet nihil quidditatiuè & nihil existenter: homo enim absolutè sumptus cum sit in prædicamento substantiæ est ens quidditatiuè: non tamen extra nihil oppositum actuali existentiæ: & ideo aliud est nihil oppositum enti prædicamentali seu essentiæ & aliud quod opponitur existentiæ actuali &c. & similiter alia est negatio essentiæ: & alia est negatio existentiæ. Ad septimum negatur consequentia: non enim idem est dicere homo in potentia componit cum homine in actu: & essentia componit cum existentia. prima enim est falsa: quia idem non componit cum se ipso: secunda autem est vera: quia extrema realiter distinguuntur: vnde non est eadem proportio existentiæ ad essentiam: & hominis in actu ad hominem in potentia. Inter prima enim est proportio potentiæ receptiuæ ad actum: & distinctio realis vtroque extremo posito extra causas suas: inter secunda verò non, sed est proportio eiusdem ad seipsum secundum diuersas sui dispositiones simul incompossibiles, scilicet esse in potentia & esse in actu. Ad octauum negatur antecedens: existentia enim substantiæ est substan-

2. d. 8. q. 4. ar. 2.

Ad secundum.

Ad tertiũ

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextũ. Cap. 12.

Ad septimum.

Ad octauum.

In hoc eo dem. c.

e. 6. p. 3. Ad nonũ

T. c. 15.

In hoc eo eodẽ. c.

T. c. 66. & 67.

est substantia: & existentia accidentis est accidẽs (& vt supra patet) existentia substantiæ non est materia nec forma nec cõpositum: sed actualitas omnium eorum: & sic est reductiuè in genere substantiæ. Sed contra hoc instat arguens sic: omne quod est reductiuè in genere reponitur vt principiũ ipsius: sed esse nõ est principiũ substãtię: ergo nõ est in gñe substantię reductiuè. Ad hoc dicitur q̃ cũ esse sit vltima actualitas rei: & vltimũ in generatione sit primũ in intẽtione: esse erit in genere substantiæ vt principiũ formale vltimatũ ipsius substãtiæ: per hoc enim res reponitur in gñe substãtiæ: quia est capax esse substãtialis: etem differẽtiæ in omnibus generibus (vt infra declarabit) sumũtur ab ordine ad ipm esse. Ad nonum negatur cõsequentia. Ad cuius probationem dicitur: q̃ primũ suppositum male intellectum adducitur: eo q̃ Arist. 8. metaphysicæ, textu cõment. 15. quẽ arguens adducit non dicit q̃ ex per se potentia & per se actu resultet vnũ tertium: sed q̃ ideo res habens partes est vna: quia altera est actus: altera vero potentia: & intelligendum est (sicut supra declaratum fuit) si ad compositionẽ realẽ referatur. s. q̃ altera pars est pura potentia: eo q̃ ex duobus actibus non fit tertiũ per se vnũ: modo quidditas rei & existẽtia eius nõ se habẽt sicut pura potentia & actus: nec sunt partes vt patet, vnde auctoritas illa nõ est ad propositum. Relinquitur ergo falsum esse q̃ ex esse & essentia fiat tertium per se vnũ: & cõsequẽter probatio consequentiæ quo ad primã partem nihil valet: quia non sunt ibi duo cõposita. Ad probationẽ verò cõsequẽtiæ quo ad secũdam partem dicitur q̃ non incõuenit generationẽ habere duos terminos formales difformiter, vnum primo: alterum secundario. terminus formalis generationis primus est forma: secũdarius autem esse, sicut per oppositum creatiõis terminus formalis primo est esse: secundarius vero forma, & hoc modo conceduntur argumenta.

Quod si intendat probare q̃ esse sit terminus generationis primo, respondetur & dicitur q̃ id qđ assumit scilicet eo modo quo aliquid est ratio essendi est ratio generandi: falsum est licet enim sit verum q̃ id quod est ratio essendi sit ratio rei q̃ generetur: non tamen est verum, q̃ eo modo quo est ratio essendi sit ratio generandi, & ratio est: quia res per gñationẽ non exit de nõ esse omnino ad esse: sed de priuatione ad formã, vt dicitur. 1. physicorũ, creationis eñ est proprium vt res transferat de nõ esse omnino ad esse: quo fit vt esse, quod est primo rõ essendi: merito sit & primo ratio primę productionis, quæ est creatio & forma quæ est secũdario rõ essendi: sit prima rõ secũdę productionis: generationis scilicet vnde & primo physicorũ principia generatiõis ponuntur forma & priuatio. Per idem patet ad aliã formam eiusdem rationis: falsa eñ est maior: alius namq; est modus quo res generatur: & alius quo est, est eñ per formam secundario, per se autem primo: generatur vero econuerso. Ad decimum patet responsio ex dictis, falsum enim est antecedens.

Ad decimũ dubit. 5. v. intelligetię sine cõpositæ ex actu & potẽtia. op. licet. 1. d. 8. q. secunda.

Circa secundum dubium sciendum est cõmunem philosophorum sententiam esse intelligentias alias à prima non esse actus omnino puros: sed admixtionem in se potentiæ habentes, verũ diuersitas inter eos magna est de modo quo hęc duo actus scilicet & potentia eis insunt. Et vt reliquos omittamus: ne limites intentionis nostræ egrediamur. Sco. in primo sententiarum, distinctio. 8. q. secunda, opinatur omnem creaturam esse compositam ex actu & potentia hoc modo quia quælibet creatura cũ non sit nihil: oportet quod habeat aliquã actualitatem, & cũ sit definita ad tale genus vel speciem seu gradum perfectionis: oportet quod habeat in se negationem alterius perfectionis possibilis reperiri in latitudine entis: & sic sit possibilis: quicquid enim est ens & caret aliqua perfectione in ente possibili est simpliciter possibile, & sic quælibet res est cõposita ex actu & potentia obiectiua: ex eo enim quod est habet in se actum: ex eo vero quod est ens possibile habet in se potentiã: possibile nãq; à potentia dicitur. Cum autẽ solus Deus sit actus non possibilis. i. non potẽs terminare actionem alicuius agentis sui factiui: intelligentiæ apud ipsum erunt compositæ ex actu & potentia obiectiua tantum: quia nullam in earũ substantia receptiuam formam ponit.

Rõ. Scot. vbi sup.

Sanctus Thomas autem ex fundamentis in dubitatione præcedenti positis opinatur intelligentias & quamlibet creaturam esse compositas ex actu & potentia: sicut ex duabus rebus distinctis realiter: esse scilicet & essentia, nec oportet repetere probationes: sed soluere rationem Scot. quam ibidem facit contra hoc. Arguit eñ sic: si in qualibet creatura est compositio ex duabus rebus accipio alteram illarum rerum componentium: & quæro an sit simplex: an composita. Si simplex: ergo non quælibet res creata est composita. Si composita, iterum quęretur de partibus eius: & sic in infinitum.

Rãdetur

Ad hoc facillimè respondetur: procedit enim argumentum ex malo intellectu positionis nostræ, cum nanq; dicitur quòd quodlibet aliud à deo est compositum (ly quodlibet) distribuit non nisi pro his quæ verè sunt & propriè esse habent: quę apud Aristot. & veritatem sunt sola substantia, omne ergo suppositum tam substantiale quàm accidentale (si sic loqui licet) est compositum ex actu & potentia realiter distinctis: quidditate scilicet & esse, Sortis enim quidditas vt declarauimus distinguitur realiter à suo esse: & huius albi albedo distinguitur realiter à sua propria existentia: vt ex dictis patere potest. Non enim sumus adeo insensati vt dicamus omnem entitatem qualitercunq;

8. c. 75.

7. meta. t. c. 17. 1. q. præce.

cunq; esse compositã: componentia enim vltima in resolutione quis dubitat oportet esse simplicia. Dicimus igitur in proposito intelligentias cũ subsistãt habere in se quidditatẽ & existentiã adunatas vt potentiam & actũ: & sic cõpositas esse ex duabus rebus realiter distinctis. Sco. aũt sententiam tenere potest suam absq; alterius lęsione: sed linguã coercere debet.

Et quia intelligẽtijs ponitur potẽtia & actus: nõ erit difficile inuenire multitudinẽ intelligẽtiarũ: quod esset impossibile: si nulla potẽtia in eis esset. Vnde dicit Commen. in tertio de aĩa, quod si natura intellectus possibilis esset ignorata nõ possemus inuenire multitudinẽ in substãtijs separatis: est ergo distinctio earũ ad inuicẽ secũdũ gradũ potẽtiæ & actus: ita quod intelligẽtia superior: quæ plus propinqua est primo hẽt plus de actu & minus de potẽtia: & sic de alijs, & hoc cõpletur in aĩa humana: quæ tenet vltimũ gradũ in intellectualibus substãtijs: vnde intellectus potẽtialis eius se hẽt ad formas intelligibiles sicut materia prima: quæ tenet vltimũ gradũ in esse sensibili ad formas sensibiles, vt Commentator tertio de aĩa dicit: & ideo Philosophus cõparat eã tabulę rasæ: in qua nihil est depictũ. Et ꝓpter hoc: quia inter alias substãtias intelligibiles plus hẽt de potentia: ideo efficitur in tm̃ propinqua rebus materialibus vt res materialis trahatur ad participãdũ esse suũ: ita ꝙ ex aĩa & corpore resultat vnũ esse in vno cõposito: q̃uis illud esse prout est aĩæ: nõ sit dependẽs à corpore: & ideo post istã formã quæ ẽ aĩa: inueniũtur aliæ formæ plus de potẽtia habẽtes & magis ꝓpinquæ materiæ: intm̃ ꝙ esse earũ sine materia nõ est: in quibus etiã inuenitur ordo & gradus vsq; ad primas formas elemẽtorũ, quæ sunt propinquissimæ materiæ: vnde nec aliquã operationẽ habẽt nisi secundũ exigentiã qualitatum actiuarum & passiuarum & aliorum: quibus materia ad formam disponitur.

c. magistro circa fi. Cap. 5.

3. de aĩa. T. c. 14.

In hac sexta & vltima parte huius capituli de multitudine intelligẽtiarũ agẽs primo proponit duas cõclusiones. Quarũ prima est: ꝙ secũdũ fundamẽta prædicta nõ est difficile inuenire pluralitatẽ intelligentiarũ. Secunda est: ꝙ absq; talibus fundamẽtis impossibile est inuenire in eis pluralitatẽ: & hoc quidẽ nõ nisi auctoritate Cõmen. 3. de anima cõmen. 14. Probatio vero primæ cõclusionis est: quia qñq; est aliquod mediũ per participationẽ vtriusq; extremi plurificat penes maiorẽ participationẽ vnius & minorẽ alterius: verbi gratia: imponat nomẽ coloribus medijs & vocẽtur. a. tũc. a. quia est inter albedinẽ & nigredinẽ mediũ per participationẽ multiplicat in plures spẽs puta pallidũ: croceũ: citrinũ: propter maiorẽ appropinquationẽ ad albedinẽ & recessum à nigredine: & ecõuerso: sed intelligẽtia est quid mediũ secundũ præhabita inter duo extrema. s. actũ purũ & purã potentiã: participãs naturam vtriusq;: quia hẽt actũ coniunctũ potẽtię: ergo intelligẽtias plures eẽ ex hoc fundamẽto facile perpendi potest scilicet ex eo quòd sunt compositę ex actu & potentia.

Ad horũ euidentiã est sciendũ ꝙ in latitudine entis sunt duo extrema. s. Deus gloriosus, actus purus omnino: & materia prima pura potentia omnino, reliqua oĩa sunt intermedia: vt pote habentia actũ & potentiã: & attenditur eorũ essentialis seu specifica multitudo penes appropinq̃tionem & elongationẽ ab extremis: quia em̃ aliquid magis sapit naturã actus q̃ aliud: & illud q̃ aliud: ideo plura sunt & dignitas in eis est penes maiorem appropinquationem ad extremum nobile. s. actum purũ: quãto em̃ res est actualior & minus potentialis: tãto nobilior: omnes igitur formę intermediæ participant actum & potẽtiã. Sed inter eas quædã tm̃ actualitatis sortitæ sunt vt adeo propinquę sint actui puro: quod per se absq; materia subsistant: vt pote ab ea valde elõgatę: non tn̄ sine admixtione potentiæ cuius puritas est ratio materię quod sit extremum: & inter has tanta latitudo est secundũ maiorem & minorem participationem actus & potentiæ: vt vltima earum tantum potẽtialitatis habeat quod materiã informet (anima: scilicet intellectiua.) hæc enim inter omnes formas subsistentes elongata est maximè ab actu puro: propter quod cõtingit quod adeo appropinquat alteri extremo vt materiam ipsam recipiat: & ad eius esse trahatur. Aliq autem formæ tantum potentialitatis habent: quòd à materia dependent in esse & fieri: inter quas etiam magna latitudo inuenitur: dũ quædam quibusdam actualiores sunt. Quod ex operibus cognoscere potes (operatio enim fecit cognoscere formam) vnde formę elementorum quæ sunt maximè potentiam habentes: vt pote materiæ propinquissimæ, nullius sunt principia operationis nisi per materiales qualitates: scilicet caliditatem: frigiditatem. Formæ verò mixtorum vtpote eleuatiores à materia altiori modo operantur: sicut adamas trahit ferrum ratione caliditatis aut frigiditatis: sed ex naturæ proprietate. Formæ autem animalium longe actualiores dignoscuntur: cum seipsa mouere & alia discernere intuemur.

Ex his

Ex his non solum percipitur q̃ facilis sit aditus ad pluralitatẽ intelligentiarũ cognoscendam sed etiam quod impossibile est fingere illã absq; hoc fundamento. Quomodo enim latitudo potest inueniri in eo quod actu & potentia caret? Cõmune est nanq; omnibus extremis: si extrema sunt: latitudinẽ in se ipsis non cõpati: essent enim vltima & non vltima: vt de se patet: & ideo oportet media esse illa in quibus latitudo quærit quæ vtriusq; extremi naturã sapiant. Et quia intellectualẽ naturã: quam ex hoc ꝙ intellectualis est: scimus actualitatem habere non cognoscere mus habere potentiã admixtã nisi videremus animã nostram illã habere: cũ potẽtia æquiuocè dicatur de potentia rerũ intellectualiũ: & de potentia rerũ sensibiliũ: & sine potẽtia non põt intelligi multitudo substãtiarũ intellectualiũ: ideo Commentator ait: ꝙ si nõ esset nota natura intellectus possibilis: nõ possemus intelligere pluralitatem in substãtijs abstractis.

3. de aĩa c. 5. fi.

Notanda sunt in hac litera tria. Primũ est hoc quod ex dictis Commentatoris adducitur ꝙ si non esset nota natura intellectus possibilis non possemus scire pluralitatem in substantijs immaterialibus. Secundum est: ꝙ sanctus Thomas nõ dicit animã intellectiuam esse ădeo potẽtiæ participẽ: vt forma materialis sit: sed vt materia trahatur ad participandum esse ipsius animæ. Tertium est: quia dicit animæ & corporis esse vnum & idem esse: quod est independens à corpore.

Primo dicto videtur obuiare processus Arist. 12. metaphysicæ: textu commen. 43. vbi explura litate motuum pluralitatem intelligentiarum cõcludit: & nullo modo meminit actus & potẽtię. Sed hoc rectè intelligentibus non obstat. Aliud est enim concludere numerum motorum: & aliud est concludere pluralitatem substantiarum intellectualium: licet enim idem subiecto sint motores orbium: & substantiæ immateriales: differunt tamen ratione: adeo vt ad diuersas scientias pertinet secundum Commentatorem. 12. metaphysic. com. 6. & ideo ex pluralitate motuum quamuis pluralitas motorũ vt sic concludi possit non tamen pluralitas substantiarum intellectualium vt sic. Intendunt igitur Auerrois & sanctus Tho. ꝙ intelligentiarum inquantum intelligentiæ sunt multitudo non nisi per notã naturã intellectus possibilis discernitur à nobis: licet earũ in quantum motrices sunt orbium ex suorũ effectuũ numero pluralitas inferatur. Vel dicito ꝙ venatio illa supposita notitia habita in libro de anima: vbi radicaliter innotuit pluralitas substãtiarum intellectualium possibilis quærit ex numero motuum quot sunt. Quod autem ibi supponatur motores proprios orbium habere potentiam admixtã: potest persuaderi ex eo quod supponitur ibi scilicet motores proprios orbiũ esse proportionatos suis orbibus: ita vt vnus vnũ tantum moueat orbem. Et si stella adderetur vel

T. cõ. 43.

T. cõ. 6.

non moueret vel tardius: vt dicitur secundo cœli, textu commen. 71. talis enim proportionis seu commensurationis cum alterum extremum sit res materialis: scilicet orbis: reliquum extremũ à potentia omnino denudatum putandũ nõ est: imo à sano intellectu non est intelligibile.

T. c. 71.

Propter secundum intelligendum est inuenire duplicem rerum ordinem in vniuerso: intelligibilium: scilicet & sensibilium. Ordo sensibilium materialis est materiam sibi necessario vendicãs: omnes enim substantiæ sensibiles materiam habẽt licet diuersimode: vt dicitur. 8. metaphysicæ, tex. commen. 3. & 12. Ordo intelligibilium immaterialis est & à materia non dependens. Intelligibile em̃ est vnumquodq; per separationem à materia: vt dicitur. 3. de anima, tex. cõmen. 11. Cũ ergo materia sit sub aliqua forma sensibilis ordinis cuiusmodi est omnis forma habẽs omnes vires suas sensibilibus organis affixas: non egreditur limites proprios: ipsa enim ad illud genus pertinet. Cũ verò sit sub forma intelligibilis ordinis: extra limites suos ascẽdit: & trahi dicit a d id qđ capacitatẽ eius transcẽdit: scilicet esse rei à se nõ dependentis: & quia supremum infimi attingit infimum supremi secundũ doctrinã Dionysij in libro de cœlisti hierar. cap. ideo supremum intersensibilia: homo scilicet seu materia eius coniungitur infimæ formæ intelligibilis ordinis: scilicet animæ intellectiuę: & eius esse participat: & propter hoc dicitur quod materia trahitur ad esse eius: eleuatur enim materia ad superius.

T. c. 3. & 12. & 14. T. c. 11.

Primo.

Ad euidentiam tertij adducẽdæ sunt rationes Scoti contra hoc dictum sancti Thomę: vt magis veritas elucescat. Sco. in quolib. quęst. 9. & 4. sen ten. dist. 43. q. 1. ex motiua cõtra hoc facit: quorũ aliqua recitantur ab Antonio Trombeta in. q. vtrum corruptum per potẽtiam diuinam possit idem numero redire: in qua tam ipse q̃ Scot. vbi supra sanct. Tho. opinionem non suã attribuũt de eo quod ibi quærit: & hoc quia locuti sunt nõ tota lege perspecta: & iuxta Arist. ad pauca respicientes de facili enunciant. Arguit ergo primo in proposito sic esse animę & hominis est idem: ergo anima coniuncta corpori non est perfectior se ipsa extra corpus: consequens est contra sanctum Thomam prima parte quæst. 89. vbi dicit animam habere perfectiorem statum in corpore quàm extra: consequentia autem probatur: quia nihil habens idem esse: ex hoc solo est perfectius, quod aliquid communicat alteri: licet alterum perficiatur ex: hoc communicare enim licet supponat perfectionem in communicante: non tamen dat illam ei: modo anima in corpore si semper retinet idem esse: nihil in corpore plus habet: nisi quod communicat esse suum corpori: ergo ex hoc nõ est perfectior se ipsa separata. Et confirmatur: quia ex hoc solo quod causa non communicat aliquid nullam imperfectionem acquirit: ergo anima non

v. esse aĩæ sit ẽ ipsi⁹ corporis Sco. quo li. q. 9. 4. d. 43. q. prima.

Cõfirmat

est imper-

est imperfectior separata: si idem esse retinet: nihil enim amisit nisi sui communicationē corporis. Præterea: anima habet idem esse cum homine: ergo homo non est perfectior in essendo ipsa anima in essendo. Antecedens est falsum: cōsequentia vero probatur: quia quæcunq; habēt omnino idē esse sunt æquè perfecta in essendo vel saltē id cui cōmunicatur illud esse nō est perfectius in essendo communicante. Præterea. Homo vt homo est tertium ens realiter distinctum ab vtraq; sui parte: scilicet anima & corpore: ergo habet proprium esse aliquid ab esse partium & consequenter non est idem esse animæ & hominis. Tenet consequentia: quia distinctum ens debet habere distinctum esse. Præterea: esse hominis in morte corrūpitur: esse autē animæ non corrumpitur: ergo esse animæ & hominis non sunt idem: cōsequentia plana est: & antecedens probatur, quia sicut generatio terminatur ad esse cōpositi: scilicet hominis: ita corruptio ad nō esse ipsius. Præterea. Homo post mortem non manet: ergo nec esse eius. Tunc vltra: esse hominis non manet post mortem: ergo esse animæ & hominis non est idem: cum esse animæ remaneat: processus totus clarus est: excepta prima consequentia: quæ probatur: ex eo quod nulli actuale esse inuenitur: cum illud cuius est non inuenitur. Præterea: in homine est alia forma præter animam: ergo in eo est aliud esse præter esse animæ: consequentia est nota: quia quælibet forma habet proprium esse: antecedens vero alias probatum est.

Secūdo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Sexto.

Anteq̄ ad argumenta hæc respondeatur aduertas primò: fundamentum ē. Tho. vniuersaliter esse in omni cōposito non inueniri nisi vnū esse substantiale actualis existentiæ: de quo nūc sermo est: eo q̄ vnam tantum formā substātialē in cōposito tenet ab vna em̄ forma non est nisi vnum esse substantiale b. Sed inter esse hominis & esse aliorū hęc diuersitas est quod licet tā esse hominis quā aliorū sit primo actus suppositi (vt quod) in homine: tamen totū compositum mendicat illud esse à forma: cuius est primo actus vt proprij & completi principij: in alijs vero cōpositis forma mendicat illud à composito. Et est ratio disparitatis: quia in solo homine qui supremum tenet locum inter sensibilia: ordo inferior sensibilis: scilicet trahitur ad ordinem superiorē intelligibilem & immaterialē. Vnde esse hominis cum ab anima intellectiua fluat, immateriale & altioris ordinis q̄ homo est: sicut & ipsa anima: & ideo homo mēdicat illud ab anima cui est proprium vt pote ad suum pertinēs genus: & inde est quod post mortem hominis anima remanet, esse etenim propriū indepēdens erat à composito corrupto: & sic illud retrahēdo ad se subsistit. Cæterorū vero esse cū sint eiusdē ordinis cū compositis quibus attribuūtur: sicut & formæ à quibus fluunt: & formæ ipsæ mēdicāt à cōpositis sicut & fieri: ita quod tandiu illo gaudent quandiu in cōpositis sunt, vnde corruptis compositis ipsę (cum sine existentia remanere non possint) desinunt statim.

2. par. q. 76. a. 4. q. de. a. q. 9. quol. 11. q. 5. 1. p. q. 76. a. 3 & 4. potē tia. q. 3. a. 9. neq; for me eclesiē torū. 1. q. 76. c. 4. * dria ter hominē & alia cō posita ma terialia.

Aduerte secundo pro solutione argumentorum tres propositiones. Prima est: q̄ cum duplex sit perfectio rei: prima. s. & secunda: res creata potēs causare: & si non efficiatur perfectior secundū defectionē primā: ex hoc quod actu causat, efficitur tñ perfectior secundū perfectionē secūdā, patet hoc ex tribus. Primo ex eo, quod est magis in actu res actu causans re in potentia causante: operatio em̄ est actus secundus causæ, perfectio autem actualitatem sequitur sicut imperfectio potentialitatem. Secundo patet ex eo qđ vnumquodq; est perfectius coniunctum suo fini q̄ separatum ab illo: res autem actu operans coniuncta est suo fini intraneo: qui est operatio iuxta illud secundi de cœlo & mundo. tex. com. 17. vnumquodq; est propter suam operationē. Tertio patet idem quod vnūquodq; quanto est similius Deo, tāto perfectius est: res autem actu causans est similior deo, quàm non actu causans: quia non solum assimilatur deo secundum hoc quod est: sed etiam secūdum hoc quod est communicare se alijs.

t. cō. 17.

Secunda propositio est: res est perfecta simpliciter non propter perfectionem primam: sed propter vltimā hoc traditur à Boetio in libro de hebdomadibus dicente: intueor in rebus aliud esse quod sunt, & aliud esse quod bona sunt: & declaratur à S. Tho. prima parte quæst. quinta, artic. primo ad primum.

Libro de hebdomadibus 1. q. 5. ar. 1. primū 1. q. 6. ar. 3. c. triplex pfectio rei.

Ad cuius intellectū nota, q̄ vt idem dicit prima parte. q. 6. ar. tertio triplex est perfectio rei. s. prima secundū quam res cōstituitur in suo esse sicut prima perfectio hominis est esse suum substantiale. Secunda vero est secundum quam est potens proximę ad suas perfectas operationes: sicut vires animæ & habitus eas informātes: quibus homo imperfectā operationem potest exigere. Tertia autem perfectio est secundum quā coniungitur suo fini: sicut speculatio quæ hominem substantijs separatis vnit. Manifestū est autem nō esse hominem simpliciter perfectū: qui sola naturæ bonitate gaudet: aut qui à proprio fine procul est, vnde ordo entis simpliciter ad ens secundū quid oppositus est ordini perfecti simpliciter ad perfectum secundum quid: secundū namq; esse substantiale homo entis simpliciter dicitur, perfectus aūt secundū quid, ideo em̄ qui nullā aliam perfectionem habet: nisi quia est homo perfectus non asseritur simpliciter: sed cum additione dicimus q̄ est perfectus secundū esse substantiale. Secundum vero esse accidentale quale est habituū & operationū: ens secundum quid homo dicitur: perfectus autem simpliciter: nihil em̄ tunc sibi deficit eorum quæ ad perficiē dū hominem exigūtur. Patet ergo intēta propositio:

Oppositio mō dē ordo entis simpliciter & ordo perfectiōis simpliciter.

sitio: quod scilicet res est perfecta simpliciter ex vltima perfectione. Tertia propositio est ista: realis pars essentiæ perfectior est in toto existens q̄ separata: & declaratur sic: vnumquodq; est perfectius cum est in complemento sui esse specificiq̄ cum deficit ab illo: pars autem essentialis quādo est in toto: est in complemento suæ speciei: ad cuius integritatem essentialiter ordinatur: cum aūt est separata ab eo: iam cum esse completo speciei non est natura specifica materiam & formam aggregante: perfectior igitur est in toto pars essentialis q̄ separata. Ex quibus ad propositum descēdendo dicimus perfectiorem statum habere animam intellectiuam in cōposito q̄ extra: eo quod quando est coniuncta corpori, habet non solum perfectionem primam quæ est esse: sed etiam per fectionem secundā influēdo vires suas corpori & cōmunicando se: & sic similior est Deo q̄ separata: licet Deus omnino immaterialis & incomponibilis sit: sicut cor motum similius est Deo q̄ nō motum: licet Deus sit oīno immobilis: perfectio enim corū cōsistit in hoc. Est præterea perfectior in corpore: quia in eo habet completum esse specificum quod nō nisi partialiter obtinet separata: quāuis enim integrum esse existentiæ retineat separata quod in composito habebat: non tñ habet tunc integrum esse essentiæ completū in specie eo modo quo nata est habere. s. vt pars in toto: ad quod tñ habendum non accidentaliter sed essentialiter ordinatur: vnde falsum est animā separatam retinentem idem esse actualis existētiæ: nihil nisi sui cōmunicationem ex separatione perdidisse: amisit enim esse quidditatiui specifici integritatem quandoquidem in sua specie integra nō manet: vnde & beatus Tho. in quæstionibus de anima. q. 1. ad. 16. ait principia essentialia alicuius speciei ordinari non ad esse tantū: sed ad esse huius speciei: licet igitur anima possit per se esse: non tñ in complemento suæ speciei esse sine corpore.

q. de anī. q. 1. 16.

Ad primum ergo argumentorum negat̄ consequentia. Cuius probationem patet ex prima propositione assumere falsum: licet enim cōicare supponat primam perfectionem: in cōicante tñ perficit ipsam perfectionem secunda qua res perfectior simpliciter dicitur: imo apud Dionysium supremū quod participant creaturæ de Deo est: q cōicatiuæ sunt. Dicitur secundo q̄ etiā minor probationis est falsa. s. q̄ anima separata hoc solo careat. s. cōicatione sui: vt patet ex tertia propositione: caret enim integritate specifici sui esse: & hoc est primum & principale quod reddit imperfectiorem animam separatam, ideo nanq; caret perfectionibus secundis: quia caret integritate specifica & non è conuerso. Ad confirmationem patet ex prima propositione: quia causa creata ex hoc quòd causat: habet perfectionem secundā cuius priuatio imperfectio magna est: & in proposito aliquid plus est: quia anima separata non solum desinit communicare se & vires suas. sed est in statu tali in quo impeditur à sui & virium suarū communicatiōe. & hoc est signum imperfectionis nō modicę. & est ea quam diximus, scilicet separatio à completo esse quidditatiuæ suæ speciei: vt expresse habetur à S. Tho. in quæstione de spiritualibus creatur. secunda ad quintum. Ad secūdum negatur consequentia. Ad probationem dicitur: quod cum esse sit duplex, quidditatiuum & existentiæ actualis: primum non remanet in anima nisi partialiter. homo verò habet illud integraliter: & secundum tale esse homo est perfectior in essendo. Quo ad esse autem existentiæ potest dici homo perfectior quo ad modū habendi hunc scilicet quia habet illud vt suppositum. anima autem secundum alium modum perfectior dici potest: in quantum. s. tale esse est sibi & non homini proprium (modo supra declarato) vnde se habēt in hoc homo & anima sicut excedēs & excessum. Ad tertiū negatur cōsequētia de esse actualis existentiæ loquendo: non enim res distincta realiter ab alia habet aliam existentiam ab illa: iam enim dictum est partes & totum habere idem esse. Cōceditur autem consequentia de esse essentiæ: sed hoc nostro fauet proposito. Ad quartum dicitur sicut ante: quod si in antecedēte sit sermo de esse essentię: verum assumitur in prima eius parte: sed non in secunda: liquet enim ex supradictis: q̄ esse specificum completum animæ corrumpitur. Si autem sit sermo de esse existentiæ, potest duplici ter intelligi. Primo quod esse actualis existentiæ hominis desinat simpliciter. & sic est falsum: retrahit enim anima illud ad se. Alio modo pōt intelligi quod esse hominis in morte desinat esse hominis ideſt desinat informare hominem. & hoc modo conceditur: sicut enim de generatione hominis specialem sermonem facimus, & non sic de cæterorum propagatiōe animalium. dicente Aristotele (in secundo de generatione animalium, capitulo tertio.) quod intellectus tantum venit ex extrinseco. & ipse solus est diuinus: eo quod operatio sua non habet communicationem cū operatione corporali omnino: ita de corruptiōe eiusdem specialis sermo esse debet: dicente eodem. 12. Metaphysicæ textu Commenti. 17. quod in quibusdam nihil prohibet formam remanere post: vt si est anima talis: non omnis forsan sed intellectus. Ad quintum negatur prima consequentia. Et ad probationem vtendo distinctione facta dicitur quod cū esse actuale hominis dupliciter sumatur: scilicet secundum se seu simpliciter. Alio modo prout est huius. primo modo remanere nō est impossibile corrupto homine. secundo modo non est intelligibile quod remaneat. nullius ergo rei esse actuale manet vt eius est quando id cuius est non inuenitur: potest tamen simpliciter inueniri: & ratio est in proposito sæpe iam dicta: quia id esse non est proprium homini sed animæ: ideo oportet quod inueniatur semper quando est id cuius est proprium. & si desinat id cuius erat

Ad primum.

Ad cōfirmationē

Capit. 3.

Te. c. 17.

Ad quintum.

Ad sextū

ius erat vt communicatum. Ad sextum negatur antecedens. Ad probationes verò alias tactas sunt responsiones alias dat̨e. Relinquitur igitur verum esse de esse actualis existentiæ: quod vnum omni no est esse animæ intellectiuæ & hominis: quod secundum se independens est à corpore: vtpote non causatum abillo: quia nō est eductum de potentia materiæ: licet prout est huius. s. hoīs: nō nisi in corpore inueniri posit. ¶Caput sextum.

HIs visis, patet quomodo essentia inuenitur in diuersis. Inuenitur autem triplex modus habendi essentiam in substātijs: aliquid enim est sicut Deus: cuius essentia est ipsum suum esse: & ideo inueniūtur aliqui philosophi dicentes q̄ Deus non habet essentiam: quia essentia eius non est aliud quàm esse eius.

Capit. 5. in princ. & circa. medium.

Hoc est principium capituli sexti: quod diuiditur in quatuor partes. In prima agitur de essentia Dei. In secunda de essentia intelligentiarū & animæ. In tertia ostendit quomodo ista se habeant ad intentiones logicas. In quarta replicat̄ de essentijs cōpositis. De essentia ergo Dei posit⁹ duas cōclusiones & exclusurus duos errores ponit primam conclusionē affirmatiuā talem. Essentia in Deo significat ipsum esse eius: hanc conclusionē non aliter quàm ex supradictis deducendo ponit. fuit nanq; supra probata & ab omnibus est concessa. Est autem intellectus cōclusionis q̄ esse actualis existentiæ diuinū est ipsa quidditas eius: ita quòd prædicatur de Deo sicut prædicatū primi modi dicēdi per se: ita quòd ista: Deus est, est in primo modo perfeitatis: quod de nullo alio à Deo communis via fatetur (dato etiam q̄ esse & essentia in creaturis teneatur esse idem realiter: & quia ipsum existere est essentia Dei) ideo à quibusdam Platonicis scilicet dicitur quòd Deus nō habet essentiam quasi pura existentia sit.

Deus nō est in genere.

Et ex hoc sequitur quòd ipse non sit in genere: quia omne quod est in genere oportet quod habeat quidditatem præter esse suum: cum quidditas aut natura generis aut speciei non distinguatur secundum rationē naturæ in illis quorū est genus vel spēs: sed esse est in diuersis diuersimodè.

Hic ponitur secunda conclusio & negatiua: Deus non est in genere: probatur in litera ex antedictis sic: omne quod est in genere habet quidditatem præter suum esse: Deus non habet quidditatem præter suum esse: ergo Deus non est in genere. Minor est conclusio præcedens. Maior probatur sic: omnia quæ sunt in genere indistincta sunt in essentia generis vel speciei: distincta autem per diuersimodè habere esse illius naturæ generic̄e vel specificæ: ergo esse naturæ generic̄e vel specificæ est præter naturam ipsam generic̄a vel specificam: & sic omne quod est in genere habet naturam præter suum esse. Antecedens huius cōsequentiæ est de se notum: homo enim & leo sunt indistincti in natura animalis: distinguuntur autem inter se per hoc quod diuersimodè habent esse animatum: genus enim diuersum habet esse in speciebus: similiter fortes & Plato indistincti sunt in natura humana: distinguuntur autem inter se: quia habent diuersum esse humanum: non enim est intelligibile quod homo habeat idē esse in forte & Platone: consequentia verò patet ex eo quod nō videtur imaginabile, quod id quo aliqua distinguūtur non sit præter id quo aliqua conueniunt. Et nota quod ad intentum huius rationis sufficit quod esse sit præter essentiam, ideſt præter conceptum quidditatiuum: sic enim sufficit differre principium conuenientiæ à principio differentiæ: vt patet de genere & differentijs: quorum altero conueniunt: alteris differunt species: & quia in solo Deo esse est de conceptu quidditatiuo: ideo solus Deus extra genus ponitur. Sed quoniam esse: ideo est præter conceptum quidditatiuum: quia est distinctum realiter ab essentia: & ideo est de conceptu quidditatiuo: quia est idē realiter essentiæ: ideo ex hac radice, scilicet quod esse & essentia sunt idem realiter in Deo procedere dicitur, quod Deus nō sit in genere. Nec te moueat quòd ratio ista digredi videtur ab esse actualis existentiæ ad esse quidditatiuum, quando quidem in minore est sermo de esse actualis existentiæ: & postmodum in probatione maioris: quam oportet de eodē esse loqui: transitur ad esse quidditatiuum cum dicitur species conueniunt in genere & differunt in esse diuerso: hoc enim verificatur de esse quidditatiuo specificè accepto: homo nanq; & bos conueniunt in animali: & distinguūtur differentijs specificis, quibus animal in eis diuersum esse specificum acquirit. Propter hoc inquam non oportet turbari: quoniā (vt in hoc patebit capitulo) differentiæ naturam generic̄a nō diuersificāt nisi in ordine ad diuersum esse actualis existentiæ: & ideo mira subtilitate sanctus Thomas digressus non est primam rationē distinctionis naturæ generic̄æ in inferioribus attēdens: hoc autem (infra) melius intelligetur cū cōmunissima regula assignabitur: vnde sumantur gen⁹ & dria.

In hoc eo cap.

Quō verū sit qđ in deo eē sit de conceptu qđ ditatiuo ipsius sēcūdo cōtra Gēti. capi. 25.

Ad euidentiam eius quod hic supponitur, scilicet quòd in Deo esse est de conceptu quidditatiuo: quia est idem essentiæ: nota tres propositiones. Prima est quidditas quæ est sua existentia actualis non est ad aliquod genus determinata: hoc declaratur breuiter vnico medio sumpto ex secundo contra Gentiles. capitulo. 25. sic: omnis quidditas in genere limitata est essentialiter designabilis per differentiam à qua mendicat esse in actu: nulla quidditas eadem suæ actuali existentiæ est essentialiter designabilis per differentiam

rentiā à qua mendicat esse in actu: ergo nulla q̄ditas eadem suæ actuali existentiæ est ad aliquod genus determinata. Maior notificatur inducēdo: animal enim est essentialiter determinabile per differentias: rationalem: scilicet & irrationalē: & ab eis mendicat esse in actu cum impossibile sit esse animal in actuali existentia nisi sit rationale vel irrationale: similiter color essentialiter est determinabilis per suas differentias: per quas existētiam actualem sortitur: non em̄ potest inueniri color nisi albus vel niger &c. minor autem intelligētibus terminos patet ex se quomodo nanq; existētia actualis mendicabit esse in actu ab aliquo alio formaliter? Si enim mendicat esse in actu ab aliqua differentia formaliter: cum esse in actu nihil aliud sit q̄ habere existentiam actualem: sequetur q̄ existentia actualis habebit existentiā actualem formaliter per aliquid aliud à se: sicut animal per rationale formaliter acquirit existentiā actualem: hoc autem nō videtur intelligibile. ergo &c.

Secunda propositio est ista: existentia actualis ad nullum genus determinata: est purū esse: ista patet ex similibus: si nanq; animal non sit determinatum ad aliquam speciem: purū animal erit: & albedo si nō sit coarctata ī aliquo subiecto: pura albedo erit: ita & esse ad nullius naturæ prædicamentalis capacitatem determinatum: purū esse necesse est: & si abstractio huiusmodi est per op⁹ intellectus: etiam puritas ipsa est secundum rationem. Si autem fuerit secundum rem: & puritas ipsa est secundum rem: vt de se patet.

Tertia propositio est ista: esse est de conceptu quidditatiuo puri esse tantum. Patet ista quo ad vtranque exponentem & quo ad primam quidem: quia non est intelligibile quòd de puro esse non prædicetur quidditatiuè ipsum esse. Si enim de eo aliquid prædicari potest quidditatiuè: illud oportet esse ipsum esse: cum purum esse ponatur. Quod autem cætera non recipiāt esse in suis quidditatiuis conceptibus ex eo patet quòd cum esse non habeāt in sua puritate sed suis quidditatibus coaptatum possunt secundum suas quidditates absque esse & non esse diffiniri. Ex his deducitur intentum sic: ideo existentia est de conceptu quidditatis rei: quia res illa est purū esse: ideo autem res illa est purum esse: quia non est ad genus aliquod limitata: ideo autem res illa non est ad genus limitata: quia est idem cum sua existentia: igitur de primo ad vltimum: ideo existētia est de conceptu quidditatiuo rei: quia res illa est eadem suæ existentiæ. Et quoniam si affirmatio est præcise causa affirmationis: negatio est causa negationis ex hoc quòd res creata non est eadē suæ existentiæ: esse non est de eius conceptu quidditatiuo. Vnde cum Deus gloriosus sit suum esse ipse nihil est aliud quàm ipsum esse secundum rem separatum à naturis prædicamētalibus in sua puritate subsistens.

Nec oportet si dicimus quod Deus est A esse tantum vt in errorem eorum incidamus qui Deum dixerunt esse illud esse vniuersale quo quælibet res formaliter est. Hoc enim esse quod Deus est huius condi tionis est vt nulla sibi additio fieri possit. Vnde per ipsam suam puritatē est esse distinctum ab omni esse: propter quod in cō mento nonæ propositionis libri de causis dicit̄ quod indiuiduatio primæ causæ quę est esse tantum est per puram bonitatem eius. Esse autem commune sicut in intelle ctu suo non includit aliquam additionē: B ita nec includit in intellectu suo aliquam præcisionem additionis: quia si hoc esset, nihil posset intelligi esse in quo super esse aliquid adderetur.

Hic excluditur primus quorūdam error talis, scilicet Deus est commune esse omnium: imagina ti sunt isti q̄ cum omnia conueniāt in hoc quod habent esse ipsum esse omnium, quo res formaliter sunt in cōmuni seu in vniuersali sit ipse Deus gloriosus: moti sunt autem tali ratione: esse nulla additione specificatum est esse commune: Deus est esse nulla additione specificatum: ergo Deus est esse cōmune. Sed peccat ratio illa propter multiplicem maioris intellectum: dupliciter enim in- C telligi potest esse à nulla additiōe specificari. Vno modo secundum rem extra animam subsistēdo. Alio modo secundum intellectus cogitationem tantum: primo modo maior est falsa: minor autē vera: secundo modo maior est vera: minor autem falsa: esse nanque commune per intellectū in sua abstractione acceptum: nullam contradictionem includit: secundum verò quòd est extra intellectū sine cōtractione non inuenitur: omne nanq; esse est contractum ad substantiam vel accidens: esse aūt quod est quidditas diuina: est purū absq; omni additiōe secundū rem & ex ipsa sua puritate: secundū rē est distinctū ab aliorū esse & hoc: & nullo modo cōe sicut albedo separata ex hoc ipso q̄ esset pura albedo: esset distincta albedo ab alijs albedinibus cū substātijs mixtis & non esset albedo in cōi. Peccat secūdò maior illa: quia cōtingit adhuc dupliciter esse nulla additione specificari seu cōtrahi. Vno mō actu tm̄. Alio modo actu & potētia: primo modo maior est vera: minor verò falsa: secundo modo modo maior est falsa: minor aūt vera. Esse nanq; in cōi: licet nulla sit additiōe contractū est tm̄ cōtrahibile: aliter nulla res haberet esse: quæ aliquid addit supra ipsum esse: & sic hō nō haberet esse: cū vltima esse habeat humanitatē quātitatē &c. vñ esse cōe actu tm̄ specificatione caret: esse verò diuinum nullam specificationem habet actu: nec aliquā habere pōt: & ideo actu & potentia additione caret. Et hæc est solutio

lutio quam in litera S.Tho. ponit sub alijs verbis dicens q̃ omne commune nec includit nec excludit additionem, ideſt non includit actu: potest tamen habere illam. Esse verò diuinum non solum non includit illam: imo excludit, ideſt non solum non includit actu: imo nec potentia: & sic excludit illam: quod enim impossibile est cõuenire alicui excluditur omnino ab illo. De his diffuse habes in primo contra Gentiles cap. 27.

Vide primo cõtra Gẽ. c. 27

Similiter etiam quanuis sit esse tantum non oportet quod deficiant ei relique perfectiones vel nobilitates: imo habet omnes perfectiones quæ sunt in omnibus generibus propter quod perfectum simpliciter dicitur: vt Philosophus & Commentator in quinto Metaphysicę dicunt. Sed habet eas modo excellentiori omnibus rebus: quia in eo omnes vnum sunt. Sed in alijs diuersitatem habent & hoc est quia omnes illæ perfectiones conueniunt sibi secundum suum esse simplex. Sicut si aliquis per vnam qualitatem posset efficere operationes omniũ qualitatum: in illa vna qualitate oẽs qualitates haberet: ita Deus in ipso esse suo omnes perfectiones habet.

Excludit secũd° error.

Hic excluditur secundus error talis, s. Deus nõ est simpliciter perfectus. Ratio autem huius erroris in proposito est ista. Id quod habet esse tantũ est imperfectum respectu eius quod habet esse viuere & intelligere: sed Deus habet esse tantum. ergo Deus est imperfectior alijs. Maior est ex sena. Minor verò ex dictis deducit sic. quod est purum esse non est admixtum alijs: puta viuere & intelligere. aliter esset purum & nõ purum: Deus est purum esse. ergo non est admixtus alijs, scilicet viuere & intelligere. & consequẽter Deus nõ habet nisi esse: quod erat probãdum. defectus huius rationis in litera non explicatur: sed in primo contra Gentiles capit. 29. vbi declaratur quod ex hac propositione: Deus est purum esse subsistẽs. sequitur Deum esse vniuersaliter perfectissimũ. Et propterea notanter in textu dicitur. (imo habet omnes perfectiones &c.) ac si dicat quod ex hoc non sequitur Deum aliqua perfectione carere: sed oppositum potius ex hoc concluditur. Est autem modus ex illo fundamento intentum deducendi talis: id cui conuenit esse secundum totã virtutem seu potestatem ipsius esse: nulla perfectione seu nobilitate essendi caret: sed esse purum subsistens est id cui conuenit esse secundum totã virtutem seu potestatem ipsius esse. ergo esse purum subsistens nulla perfectiõe seu nobilitate essendi caret. Maior declaratur ex eo quod oĩs perfectio cuiuscunq; generis non nisi secundum aliquod esse est. Non enim sapientia perficit hominem nisi ea homo sapiẽs sit: nec iustitia perfectio hominis dici potest nisi ea homo iustus sit. Si igitur omnis perfectio attẽditur secundum aliquod esse: id in quo tota plenitudo essendi reperit: omnem perfectionem patet habere. & sic repugnat quod id habeat esse secundum totam amplitudinem suam & aliqua perfectiõe essendi careat. Minor verò exemplariter notificatur: sicut enim si albedo separata inueniretur: nihil ei de virtute albedinis deesse posset. (Vt enim supradictũ est.) Ratio quare albedini huic nõ ineſt tota perfectio possibilis reperiri in specie albedinis est: quia coaptata est receptiuo quod secũdum totum posse eius non recipit eam. ita esse ipsum si receptũ est in alio: coarctatum est ad naturæ illius recipientis limites (substantiam, scilicet vel accidens) & consequenter limitatum ad illius generis nobilitatẽ. Si verò purum & non receptum in aliqua sit natura: illimitatum & infinitum simpliciter est: & omnes perfectiões possibiles in ente reperiri simpliciter præhabet. Cùm autem audis quod albedo si separata sit, omnem perfectionem possibilẽ suæ speciei habet. non intelligas (vt veritatis ęmuli obijciunt) quod negatio, scilicet receptiõis eius in alio daret sibi illam perfectionem: sed sicut receptio albedinis est cõditio ad suam requisita imperfectionem: ita negatio receptionis est cõditio suæ illimitatæ perfectionis comes. Vnde efficax argumentum ex receptiõe & separatione eius sumitur tanquam à conditionibus necessarijs & inseparabilibus. Et quoniam habere perfectiones omnium generũ potest intelligi dupliciter. Vno modo in seipsis. Alio modo in aliquo superioris ordinis: ideo ad declarandũ quomodo ipse Deus qui est ipsum esse essentialiter: habeat omnes perfectiones: dicit q̃ Deus non habet omnes perfectiones in seipsis, ideſt distinctas abinuicẽ in proprijs naturis: sicut homo habet sapientiam, iustitiam, prudentiam &c. Sic enim in Deo oporteret esse maximam compositionem, sed habet eas indistinctè vnitas in suo esse simplicissimo. Illud quippe esse diuinum æquiualet omnibus perfectionibus omnium generum & excedit singulas & omnes simul: vtpote res superioris & inaccessibilis ordinis. Cuius exemplum in luce solis habes: qua sola sol potest quicquid possunt omnia inferiora per tot varias qualitates, propterea à philosopho & Com. (quinto Metaphy. cap. de perfecto) dicitur q̃ Deus solus est ens simpliciter perfectum vniuersitatem perfectionum in se habens.

Cap. 29.

Nõ optima.

T. &. capit. 21.

Quæstio. XII.

de distinctiõe perfectionũ attributaliũ in diuinis.

Hic quæritur an perfectiones existentes in ipso Deo sint aliquo modo distinctæ absq; omni opere intellectus. In hac quæstione quinque agenda sunt, primò declarabitur titulus quęstionis. secundò recitabitur opinio Sco. cum fundamẽtis. tertiò declarabitur opinio sancti Thomæ. quartò impugnabitur opinio Scoti. quintò respondebitur argumentis in oppositum.

Quo ad primũ Scito primo perfectionem esse duplicem: quædam est, perfectio simpliciter: & quædam est perfectio in hoc vel illo. Perfectio vero simpliciter est illa quę in suo proprio ac formali conceptu dicit perfectionem cum nulla imperfectione vt sapientia bonitas & similia. Perfectio vero in hoc vel illo est quæ in suo proprio ac formali conceptu dicit perfectionem imperfectioni mixtam vt humanitas equinitas & his similia. Dixi (in proprio ac formali conceptu) quia includere aliquam imperfectionem in conceptu communi sibi & alijs aut materiali nõ derogat suæ perfectioni simpliciter. Sapientia ẽm licet in sui generis conceptu: puta habitu seu qualitate imperfectionem dicat (potẽtialem scilicet) aut dependentiam &c. quia tamen in suo differentiali conceptu hoc formaliter non includit: non prohibetur quin perfectio simpliciter sit. Dixi (dicit perfectionem) propter relationem quæ in suo proprio ac formali conceptu cum nulla imperfectione nullam perfectionem sonat. Scito secundo quòd perfectiones esse in aliquo contingit dupliciter. Vno modo formaliter. Alio modo virtualiter, esse formaliter in aliquo est esse in eo: vt forma est in habente ipsam: sicut humanitas albedo quantitas & alia huiusmodi in homine sunt. Esse autem in aliquo virtualiter est esse in eo vt effectus est in sua causa effectiua quẽadmodum calor est in sole. Poteris autem comprehendere multum distare inter hos modos essendi in aliquo ex hoc vno eorum effectu pro nunc: quod ea quæ primo modo insunt intrinsecè denominant suppositum tale. Ea autem quæ secundo modo insunt non denominant suppositum tale: vt patet in sole qui luce dicitur lucidus: calore aũt nõ dr̃ calidus. Amplius perfectiones esse in aliquo formaliter cõtingit dupliciter. Vno modo in suis proprijs naturis distinctas & limitatas: sicut in homine est esse intelligere & velle &c. Alio modo contingit eas esse formaliter in aliquo superioris ordinis vnitas & illimitatas: sicut in solis luce sunt virtus calefactiua & deficcatiua & alia huiusmodi. Nec parum distãt isti duo modi inter se. Longe nanq; excellentius est esse in aliquo secundo modo (vt in exemplo dato apparet.) Quanuis igitur perfectiones omnium generum excellentiori modo sint in deo q̃ in creaturis: quia tamen perfectiones non simpliciter sunt in eo virtualiter tantum (eis ẽm non denominatur talis.) Perfectiones autẽ simpliciter sunt in eo formaliter & non in proprijs naturis limitatę: sed vt in re superioris ordinis realiter indistinctę & illimitatę. Ideo vertitur in dubium an perfectiones simpliciter existentes formaliter in deo cum reali identitate sint aliquo modo absque omni opere intellectus distinctę: hęc de primo.

Perfectio simpliciter qd sit

In quo stat difficultas.

Sco. 1. d.

Quo ad secundum Sco. in primo sent. distin. 8. q. 3. opinatur perfectiones has esse distinctas præciso omni opere intellectus distinctione ex natura rei formaliter. Appellat autem distinctiõẽ (ex natura rei) quæ innascitur ex ipsarum rerũ natura ita q̃ absq; omni intellectus operatione est. Formalem vero addit: quia non omnis distinctio ex natura rei est formalis: sed ea tantũ quæ ex quidditatibus seu rationibus formalibus fit. Probat autem intentũ suum multis rationibus quarum eas adducẽdas censui, quæ ex puris naturalibus procedunt: quoniã theologiã nunc tradere non intẽdimus &c. Arguit ergo primo sic: sapiẽtia & bonitas absolutè distinguũtur formaliter ex natura rei: ergo sapientia infinita & bonitas infinita distinguuntur formaliter ex natura rei: antecedens est euidens. Consequẽtia autẽ probatur: quia infinitas non variat rationem formalem eius cui additur. In quocunq; ẽm gradu perfectiõis suæ latitudinis intelligatur perfectio aliqua semper retinet eandẽ rationem formalẽ vt patet in omnibus. Si igitur sapientiæ & sapientię infinitæ est eadem ratio formalis: & ratio formalis sapiẽtiæ infinitæ non includat ex natura rei rationẽ formalẽ bonitatis. Præterea distinctio præcedẽs rõnem primi distinctiui nõ est per tale distinctiuum: sed distinctio naturæ & intellectus præcedit intellectionem, quæ est primum distinctiuum secundũ rationẽ: ergo &c. probatur minor: quia si nulla distinctio eorum præcederet: non magis distinguerentur intellectione vt intellectio est q̃ ea vt natura est. Quicquid ẽm distinguitur intellectione vt est omnino indistincta à natura distinguitur etiam natura. Præterea illa quæ formaliter distincta intelliguntur intellectu intuitiuo: ergo habent distinctionem vt existentem: sed perfectiones diuinæ intelligũtur formaliter distinctę ab ipso deo intellectu intuitiuo ergo habent distinctionem vt existentem in eis. Talis non põt esse distinctio rationis: oporteret enim intellectum diuinum sua intuitione causare aliquam relationem rationis in sua essentia vt existentem: quod est absurdum: igitur talis distinctio est ex natura rei. Maior patet ex differẽtia inter intellectum intuitiuum & abstractiuũ. Minor verò est clara de se. Præterea: Deus intelligit essentiam suam vt veram: vult autem vt bonã ergo veritas & bonitas distinguũtur ante omnẽ actum intellectus: tenet consequẽtia: quia distinctio obiectorum præuenit distinctionem actuũ sicut causa effectum. Præterea: bonitas & veritas in deo non distinguũtur ex natura rei: ergo sunt formaliter synonima: consequens est contra te: consequentia autem probatur: quia bonitas & veritas non significant nisi ipsas puras perfectiones in re nullo modo distinctas in ea. Præterea inter perfectiones diuinas est ordo demonstratiuus: quo doctores vnã ex alia demonstrant esse

Prima rõ

Secunda

Tertia.

Quarta.

Sexta.

etiam distinctio inter prædicationes formales & non formales. Dicitur em̃ q̃ sapiẽtia non prædicatur formaliter de bonitate: est & æqualitas secundũ Augustinũ. 15. De trinitate: igitur distinguntur ex natura rei. Vt quid em̃ doctores implent tot quinternos si omnia sunt idem formaliter? Præterea: inter perfectiones diuinas ante omnẽ actum intellectus inuenitur contradictio: ita q̃ Deus intellectu intelligit & non vult: voluẽtate autem vult & non intelligit: ergo inter perfectiones diuinas est distinctio ex natura rei. Præterea: (ad complementum doctrinæ) distinctio fundans distinctionẽ realẽ non dependet ab opere intellectus: sed distinctio perfectionũ diuinarũ fundat distinctionum realem emanationum diuinarum: igitur est ex natura rei: & non ex intellectus operatione &c. hæc de secundo.

Cap. 3. Septima. Octaua.

Quo ad tertiũ prætermissa Trinitate personarũ: declarãdæ sunt tres propositiones: in quibus cõsistit sẽtẽtia S. Tho. & veritatis. Prima est. In deo scdm̃ se nulla est distinctio actualiter. Secunda est. Indeo secundum se est distinctio rationis virtualiter seu fundamẽtaliter. Tertia est. In deo vt determinat actum intellectus nostri est distinctio rõnis actualiter. Ad euidentiam primæ propositionis sciendum est q̃ aliud est iudicium de rationibus formalibus rerum in proprijs naturis: & aliud est iudicium de rõnibus formalibus earũdẽ in re aliqua superioris ordinis formaliter existẽtibus. Res em̃ in proprijs naturis ideo seclusõ oĩ opere intellectus, distinguuntur formaliter: quia se mutuo nõ includũt in suis formalibus rõnibus. Ideo aũt rõ formalis vnius nõ est alterius: quia quælibet earũ ita est ipsa q̃ nõ altera: verbi gratia. Ideo virtus calefactiua & virtus deficcatiua in proprijs naturis distinguũtur formaliter ex natura rei: quia virtus calefactiua ita est calefaciẽdi principiũ q̃ nõ deficcãdi & ecõuerso. Res autẽ adunatę in aliquo superioris ordinis: sicut in vna simplici re altiori inueniũtur: ita in illius vnica rõne formali formaliter adunatur: sicq; distinctiõe formali ex natura rei necesse est careãt: cũ desit ibi talis distinctionis radix iã dicta (limitatio. s. illa qua quælibet earũ ita est ipsa q̃ non altera) neutra nanq; earum cũ sunt realiter vnitę: est magis ipsa q̃ alia. Verbi gratia, prosequẽdo exemplum datũ: virtus calefactiua & deficcatiua in luce solis formaliter inurẽte sicut in vna lucis natura adunatur: ita in lucis rõne formali indistinctè formaliter sunt: ita quòd assignata completa solaris lucis diffinitione: non sit opus vltra earum quærere diffinitiones. Completa enim diffinitione solaris lucis, eam in sua celsitudine qua inferiora indistinctè in se ipsa præaccipit cum declaret propter adæquationem quæ debet esse inter diffinitionem & rẽ diffinitam virtutem eius calefactiuam & deficcatiuam manifestat quãdoquidem virtus eius calefactiua nõ magis est ipsamet q̃ sit lux & virtus deficcatiua & econuerso. Cum E autem secũdum Dionysium quinto capitulo de diuinis nominibus: perfectiones simpliciter sint in deo non ad proprias naturas definitę: sed ad ipsius esse illuminationem eleuatę: consequens est: vt sicut omnes in vna simplicissima re formaliter adunantur: ita in illius simplicissima ratione formali indistinctè formaliter sint. Et sicut sapientia diuina non magis est sapientia q̃ bonitas & veritas & ipsum esse diuinum & ecõtra: ita ratio formalis ipsius esse diuini non magis includit ipsum esse q̃ sapiẽtiam & bonitatẽ. (Si enim adequata diffinitio illius rei simplicissimę, quæ Deꝰ. est daretur) in illa vnica rõne formali: quicquid est Deus includeretur formaliter: aliter diffinitio celsitudinem diffiniti non adæquaret: vnde & ipse Deus gloriosus: qui se ipsum per modum sui intelligit: vnicam tantum rationem formalẽ F format: (verbum scilicet.) Potest ergo super hæc arguere sic: quęcunq; formaliter adunantur in vnica & adequata ratione formali ipsius dei non distinguuntur formaliter ex natura rei: sed perfectiones diuinæ seclusõ omni opere intellectus adunantur in vnica & adæquata ratione formali ipsius ergo &c. probatur minor: quia non magis adunantur virtutes qualitatum inferiorũ in luce solari q̃ perfectiones simpliciter in deo: sed illę adunãtur formaliter vt ex se patet: & abaduersarijs cõceditur: ergo &c. probatur maior: quia aliter diffinitio non adæquaretur diffinito. Secunda ratio. G Secundo principaliter pro prima propositione arguitur sic. Omnis actualis distinctio ex natura rei fundat̃ super actuali oppositione ex natura rei: sed inter perfectiones nulla est actualis oppositio ex natura rei: ergo: maior habetur ex. 10. metaphysicæ. tex. commen. 24. minor probatur inductione: q̃ enim ibi non sit oppositio contradictoria neq; priuatiua formaliter: ex eo patet q̃ vtriusq; oppositionis alterum membrum est formaliter negatio quam ponere in deo formaliter nefas est. Nec sufficit q̃ sit ibi negatio fundamentaliter: quoniam distinctio actualiter exigit actualiter oppositionẽ: oppositio autem actualiter exigit extrema actualiter: vt patet regulariter de omni oppositione. Quod autem non sit H oppositio inter eas cõtrariè patet ex eo q̃ alterum contrariorũ semper est defectiuum. 10. metaphysicæ tex. commen. 16. Quod verò nõ sit oppositio relatiua inter illas ex se manifestum est. Nec obstat q̃ ex hoc sequi videtur q̃ in deo nõ sint multę perfectiones: sed vna tantũ puta Deitas: verissimum em̃ est q̃ Deus ipse non est nisi vna perfectio illimitata: omnino præhabens in se multiplicatas & multiplicabiles in alijs perfectiones omnes. Ad euidentiam tam secundæ q̃ tertiæ propositionis nota q̃ (vt in quadam quæstione supra diximus) sicut res illa simplicissima quam Deũ dicimus est id cui assimilantur omnes perfectiones simpliciter in proprijs naturis existentes: ita est id cui assimilantur omnes conceptus

t.c. 24. t.c. 16. Cap. 1. q. 2. conclusione. 1.

ptus formales earũ cũ nihil aliud sint q̃ ipsę perfectiones in esse intentionali. Ex hoc autem q̃ Deus terminat conceptiones has vt obiectum in eis intellectũ: necesse est Deũ ipsum omniũ earũ correlatiuũ intelligi pluribus relationibus rõnis secundũ earũ numerũ: sicq; distinctionẽ in se rõnis actualiter habere: ita vt Deus obiectus pluribus cõceptiõnibus seu rõnibus formalibus dicatur habere in se distinctionẽ rationis formalem actualiter (obiectiuè tamẽ) & propter pluralitatẽ conceptuum formalium: quibus obijcitur: & propter pluralitatem relationũ rationis: quibus refertur seu referri intelligitur ad perfectiones prædictas: tam in esse naturali q̃ in esse intentionali. Ex eo autem q̃ in deo seclusõ omni opere intellectus est: vnde causare & terminare possit conceptus prædictos: dicitur habere in se distinctionem rationis virtualiter seu fundamẽtaliter. Habet autem hæc Deus ipse ex summa & illimitata sui perfectione: cuius sicut nulla creatura est capax in esse naturali: ita nullus intellectus creatus in esse intẽtionali: quicunq; enim intellectus creatus (etiã videẽs Deum per essentiam) impotẽs est ad formandum conceptum vnum diuinæ adequatum perfectioni. Vnde pro secunda propositione argue sic. Omne habens in se vnde causare & terminare ac verificare obiectaliter possit distinctas rationes seu conceptiones formales habet intentionem rationis virtualiter se cluso omni opere intellectus: Deus gloriosus est huiusmodi: ergo. Pro tertia propositione argue sic. Omne terminans plures cõceptus formales, habet in se actualiter distinctionem rõnis: Deus est huiusmodi: ergo &c. Hæc de tertio.

Probat̃ se cũda pro positio. Probatur tertia pro positio.

Quo ad quartum arguitur cõtra Scotum tripliciter. Et primo sic. Distinctio formalis ex natura rei est maior distinctio distinctione reali: ergo perfectiones diuinæ non distinguũtur formaliter ex natura rei, cõsequentia tenet: & antecedẽs probatur sic. Distinctio per intimiora est maior illa quæ fit per ea quæ sunt extra intima rei: distinctio formalis ex natura rei est permaximè intima rei, distinctio autem realis per ea quę sunt extra intima rei: ergo &c. minor patet ex Scot. in primo senten. dist. 2. dicente q̃ distinctio formalis ex natura rei fit per prædicata primi modi quæ insunt rei in primo signo: distinctio autem realis fit per ea quę insunt post. Maior probatur distinctio per aliqualiter intima est aliqualiter distinctio, distinctio per magis intima est maior distinctio, ergo distinctio per maximè intima est maxima distinctio. Si em̃ simplr̃ & sequit̃ simplr̃ magis ad magis: maximũ necessario sequitur ad maximũ &c. Secũdo arguitur sic perfectiões diuinæ abstractæ abstractione præcisissima: sunt formaliter infinitæ, ergo sunt idẽ formaliter ex natura rei. Antecedens est Scot. in primo senten. 8. q. 3. in responsione ad argumentum principale: cõsequentia probatur supponendo secundũ

'Contra Sco. argũ primo. 1. d. 2. q. 4.] Insolõne 1. q. ibi proposui circa me. Secundo Sco. 1. d. 8. q. 3. primũ principale.

A duplicẽ infinitatẽ (in responsione ad primum declaranda) dupliciter posse intelligi illud antecedens. s. de infinitate infra propriã rationem: & de infinitate infra entis latitudinẽ: tunc sic, aut intelligis illud antecedens verificari de infinitate prima: & hoc non: quia nullũ prius includit formaliter suũ posterius: perfectio aũt diuina: puta sapiẽtia: est prior infinitate illa: quia modus eius intrinsecus est &c. Aut intelligitur de secũda infinitate: & tũc sequitur intẽtum: quia si sapiẽtia diuina præcise & formaliter sumpta est ita infinita q̃ ad nullã entis perfectionem simpliciter est formaliter terminata: oportet q̃ infra suæ rõnis formalis ambitũ omnẽ perfectionem simpliciter cõtineat: & q̃ nullam à rõne sua perfectionẽ formaliter excludat: & cõsequẽter q̃ à nulla formaliter B distinguatur ex natura sua: statim em̃ q̃ ab alijs perfectionibus distingui ponitur: coarctata formaliter infra entis ponitur latitudinẽ: quod est oppositum antecedẽtis sic intellecti: ponitur em̃ talẽ & tantã entis perfectionẽ formaliter importare: ita q̃ nõ omnem. Verbi gratia, ponitur q̃ sapientia formaliter ex natura sua eam perfectionem ponit: quã enti sapiẽtia addit: ita q̃ nõ eam quã iustitia sua bonitas enti addit &c. Tertiò sic perfectiones diuinæ distinguũtur formaliter ex natura rei: ergo inter eas est relatio realis, tenet consequentia: quia distinctio illa cum sit relatio existẽs in rerũ natura necesse est q̃ sit realis: sicut & quodlibet aliud existẽs in rerum natura reale est, consequẽs autem est contra Auicen. dicentẽ C q̃ eiusdem ad seipsum non est relatio realis.

Tertio. met. ca. 10.

Quo ad quintum pro respõsione ad primum & destructionẽ Scoti fundamẽti nota q̃ aliquid esse infinitũ cõtingit dupliciter. Vno modo secũ dũ propriã rationẽ. Alio modo secũdum q̃ ens seu simpliciter. Illud est infinitum secũdum propriam rationẽ quod nullis suæ propriæ latitudinis clauditur terminis: licet sit ad talem entis gradum definitũ: q̃ nõ omnem essendi perfectionẽ habeat. Illud vero est infinitum: secundũ q̃ ens seu simpliciter quod nullis infra totius entis latitudinem terminis limitatur: sed omnẽ habet perfectionẽ essendi. Exemplũ in quantitate molis. Quãtitas si daretur infinita: esset secundũ quãtiD tatis rationẽ infinita: esset em̃ infinita quãtitas, non tñ esset secũdũ esse infinita: esset nanq; ens finitũ & limitatũ ad quãtitatis genus. Similiter in quãtitate virtutis albedo si esset infinita intẽsiue esset infinita secundũ propriã rationẽ, esset em̃ infinita albedo: non tñ esset infinitum ens: quia ad speciẽ esset definita. Nõ parui autẽ refert qua quis infinitate dicat esse aliquid infinitum. Prima enim infinitas cũ attẽditur penes ea quæ infra rei illius latitudinẽ sunt: rationẽ rei formalẽ in ea qua inuenit formalimitatione relinquit: vt patet in exẽplis datis. Secũda autem infinitas quia attẽditur penes ea ad quæ totius entis latitudo se extẽdit: rem & eius rationem formalem

Nota. optime. duplexin finitas.

illimitat & eleuat ad hoc vt ipsa omnis sit perfectio in ente possibilis: & nõ magis sit ipsa: q̃ quęcunq; alia perfectio simpliciter: ac per hoc distinctionẽ & formalẽ limitationem qua ab alijs formaliter ex natura rei absolutè sumpta distingue batur, eam comitari nõ finit. Ad propositum ergo descendendo dico q̃ licet sapiẽtiæ & sapiẽtiæ infinitæ prima infinitate sit eadẽ omnino ratio formalis: tñ sapiẽtiæ infinitę secũda infinitate est longe altior ratio formalis. Concludit em̃ in sua ratione formali omnem perfectionẽ simpliciter & sic cum in deo sint perfectiones omnes infinitæ secũda infinitate: oportet omnium vnã esse simplicem rationem formalem. Ad argumẽtum sub quacunq; forma fiat respõdeatur: attẽdendo æquiuocationem infinitatis: quoniam vt dictum est: infinitas prima est illa quæ non variat rationem formalem: & quæ attẽditur penes gradus perfectionales propriæ latitudinis rei: nõ autem secũda. Vnde si perfectiones diuinæ nõ essent in finitę nisi prima infinitate argumẽtum cõcluderet: quia autem habẽt secũdam ante omnem actum intellectus: ideo nihil cõcludit. Nec obstat q̃ forte infinitas prima cuiuscunq; perfectionis simpliciter inferat secũdam. Sufficit em̃ q̃ ratione distinguãtur: vt aliquid secũda fiat q̃ non prima. Similiter nõ obstat, si quis perfectiones cõmunissimas puta esse bonitatem & similes &c. vtrãq; infinitatẽ habere negaret: nesciens in eis imaginari primam: propterea q̃ propria latitudine careãt. Hoc enim magis nostro fauet proposito: quoniam si vtrãq; infinitatem habẽt (quod alibi discutiendum est) distinctione supradicta opus est. Si autẽ secũdam tãtum absq; distinctione aliqua negãdum est esse & esse infinitum habere omnino eãdem rationem formalem: & sic ruit totum Scoticum ædificium. Ad secũdum loquendo de distinctione actuali quacũq; negatur minor. Et ad eius probationem dicitur negãdo omnia assumpta. Sufficit em̃ ad hoc q̃ aliqua distinguãtur intellectione vt intellectio est: & non natura distinctio rationis fundamentaliter inter naturã & intellectionẽ. Vnde quãdo dr̃. Quicqd distinguitur intellectione, vt oĩno in distincta est à natura, distinguitur etiam natura: distingue (ly indistincta) actualiter vel fundamẽtaliter. Et primo mõ dic esse falsum. Secũdo modo verũ: sed tũc negatõ minorẽ subsumendã. s. sed intellectio & natura sunt indistinctę fundamentaliter ante omnẽ actũ intellectus: habẽt em̃ distinctionẽ rationis fundamẽtaliter (vt declarauimus.) Ad tertium negatur minor, licet enim Deus intueatur perfectiones suas ab ęterno distinctè, nõ tamẽ ab ęterno distinctas actualiter. Licet ponere distinctionẽ rationis actualiter causari per actũ intellectus diuini nõ sit à Philosophia alienũ. Ad quartũ negatur cõsequẽtia. Sufficit em̃ q̃ obiecta intellectus & voluntatis prædistinguãtur fundamẽtaliter: nec est opus distinctione actuali pro tunc

Optie solui Achi les. Scot.

Ad scãm.

Ad tertiũ

Ad quar tum.

A sicut nec intellectus & volũtas dei pro tũc distinguuntur nisi fundamẽtali distinctione rationis. Ad quintum negatur cõsequẽtia. Synonymeitas em̃ cũ sit passio nominũ: nõ attenditur penes idẽtitatẽ rationis formalis rei secundũ se: sed penes idẽtitatẽ cõceptus formalis seu mẽtalis: voces em̃ sunt notę earũ quę sunt in anima passionũ: vnde cũ veritas & bonitas dei habeãt diuersos cõceptꝰ in nobis: nõ sunt synonyma. Ad probationem ergo dicitur q̃ licet significẽt eãdem rem formaliter secũdũ se: & solum illam vt rem significatã, tamẽ significãt etiam distinctè conceptus mẽtales vt rationes significãdi, & hoc destruit synonymeitatẽ (vt dictum est.) Ad sextum dicitur q̃ ex parte rei sufficit ad omnia illa distinctio rationis

B virtualiter seu fundamẽtaliter cũ distinctione rõnis actuali ex parte nostri. Loquimur em̃ vt concepimus. Formamus autẽ distinctos conceptus: quorũ vnus ex alio oritur: & de alio nõ prædicatur: & habet aliquam habitudinẽ quam alius nõ habet. Et ideo demõstrationes prædicationesq; formales & idẽticas facimus. Negamusq; de deo sub vno cõceptu: quod affirmamus de ipso sub alio. Implẽt ergo libros doctores balbutiendo vt possunt excelsa dei humano more resonãtes simplicissimã illã rationem formalẽ: omne quodin deo est formaliter cõplectẽtem: nõ nisi particularibus cõceptibus inspicere: tradereq; potentes & non propter distinctionẽ quæ ibi sit ex natura rei: æqualitas autem inter perfectiões diuinas ante omnem actũ intellectus nõ est nisi fundamen

C talis nõ excessus inter se qui inter eas virtualiter tantum distinctas saluatur. Ad septimũ dicitur q̃ quia ante omnem actum intellectus nõ inuenitur cõtradictio formaliter: sed fundamentaliter tantum: quia alterũ cõtradictoriũ est formaliter negatio, quę nõ est nisi per opus intellectus ideo sufficit pro tũc inueniri distinctionẽ rationis fundamẽtaliter: quod cõcedimus: nec aliud exigitur vt patet de se. Ad vltimũ dicitur q̃ emanationes diuinæ distinguũtur & realiter & formaliter: & licet distinctionis formalis earũ fundamentum sit distinctio intellectus & voluntatis: nõ tamẽ distinctionis realis earũ: nõ enim ideo processiões diuinæ distinguũtur realiter: quia altera est ab in

D tellectu: altera à volũtate: sed qa hẽnt realẽ oppõnẽ relatiuã (vt Boetiꝰ tradit.) Falsum ergo assumit q̃. s. distinctio pfectionũ diuinarũ fundet distinctionẽ realem emanationũ diuinarum. Ad fundandam autem distinctionẽ formalem inter eas sufficit distinctio formalis fundamẽtalis inter intellectũ & volũtatem: sicut etiam ipsę processiones diuinæ nõ distinguũtur formaliter ex natura rei: secluſa distinctiõe reali: sed distinctione rationis virtualiter tãtum ante oẽ opus intellectus, ita q̃ absq; reali oppositione relatiua nõ magis distinguũt ex natura rei q̃ intellectꝰ & volũtas. Potest aũt breuiùs ad hoc & similia argumẽta dici: q̃ in diuinis est ante omnem actũ intellectus distinctio

Ad quin tum.

Ad sextũ

de Trinitate. c. 12

Ad septimum.

Ad octauum.

Alia solũ breuius

& optia. distinctio formalis nõ formaliter sed virtualiter ideſt eminẽter cõtẽta hoc modo: quia quodlibet diuinum propria exequitur: ac si esset distinctũ formaliter ab alio. Intellectus em̃ ita intelligit & nõ vult: & volũtas ita vult & nõ intelligit: ac si esset distinctio formalis formaliter inter intellectũ & volũtatem: & sic de alijs. Fũdatur autẽ talis modus habendi distinctionẽ formalẽ supra deitatis eminẽtẽ vnitatẽ formalẽ formaliter: & sufficit ad oĩa saluãda, quę per distinctionẽ formalẽ formaliter saluãda inducũtur: quia illi eminẽter æqualet.

Secundo mõ inuenitur essentia in substantijs creatis intellectualibus: inquibus est aliud esse quã essentia ipsorum quanuis essentia sit sine materia: vnde esse earum non est absolutum sed receptum: & ideo limitatum & finitum ad capacitatem naturæ recipientis: sed natura vel quidditas earum est absoluta non recepta in aliqua materia: & ideo dicitur in libro de causis q̃ intelligentiæ sunt finitæ superius: & infinitę inferius. Sunt enim finitæ quãtum ad esse suũ quod à superiori recipiunt: nõ tamen finiuntur inferius: quia earum formæ nõ

In. ca. 5. limitantur adcapacitatem alicuius materiæ recipientis eas & intalibus substantijs non inuenitur multitudo indiuiduorum

C in vna specie, vt dictum est: nisi in anima humana propter corpus cui vnitur.

In hac secunda parte capituli huius de essentijs substantiarum intellectualium creatarũ quæ in secũdo ordine collocãtur, quatuor propositiones colligit. Prima est, in substantijs intellectualibus creatis esse est aliud ab essentia. Secunda, in eis nõ inuenitur materia. Tertia, esse earum est finitum: essentia autem infinita. Quarta: nulla earum multiplicabilis est numeraliter nisi vltima: anima. s. humana. Prima & secũda (tanq̃ declaratis omissis) tertiã explanat ratiõe & auctoritate.

Ad rationis autem euidentiam est notandum q̃ actus finitur per potentiam in qua recipitur & potentia finitur per actum quẽ recepit (diuersimode tamen.) quod enim est in potentia non est determinatum: sed determinabile per actum ad quem est in potentia: cum autem ipsum receperit ab eo formaliter finitur. Similiter auctus secundum essentiam suam receptibilis est in hoc vel illo, & cõsequẽter determinabilis ad hoc vel illud subiectum. Cum vero receptus est in hoc iam non remanet in eo amplitudo & inde finitio ad hoc vel illud: est enim ad hoc determinatus. est ergo duplex finitas & duplex infinitas: altera scilicet ex parte actus: altera ex parte potentiæ. Sed infinitas ex parte potentiæ imperfectionem sonat: cum sit per carentiã actus potentiã fi

Actus finit potentiã: potentia finit actum.

A nietis. Infinitas aũt actus perfectionẽ maximã dicit: cũ sit per carentiã potẽtiæ actum finientis. In cuius signũ formæ secundũ rẽ non receptæ in aliquo lõge perfectiores sunt formis receptis vt patet. Cũ ergo esse substantiarũ intellectualiũ sit receptum in earum essentia: cõsequens est q̃ sit finitũ eo modo quo actus finitur per potẽtiam: vnde & contractum & limitatũ est ad genus sui receptiui: naturæ. s. cuius est. Quia verò essentia earum nõ est recepta in aliquo cũ sit forma nõ recepta in materia: cõsequẽs quoq; est q̃ sit infinita infinitate se tenẽte ex parte actus: nõ est enim determinata ad capacitatem alicuius materiæ ipsam recipientis sicut sunt formæ rerũ materialium. His prælibatis formetur rõ sic. Id cuius esse

B est receptũ: forma autem irrecepta habet esse finitũ essentiã autẽ infinitã: intelligẽtiæ sunt hmõi: ergo. Et nota q̃ in rõne hac sermo est semper tã definitate q̃ de infinitate se tenente ex parte actus. Tales em̃ finitate esse intelligentiarum finitũ est: & tali infinitate earum essentia est infinita. Si enim loqui volumus de finitate se tenẽte ex parte potentiæ earũ essentia finita inuenitur: eo q̃ potẽtia in eis est terminata per actũ essendi. Cõfirmatur autẽ hoc auctoritate libri de causis: vbi dr̃ q̃ intelligentiæ sunt finitæ superius & infinitę inferius: quia esse earum quod est supremum in eis est receptũ: essentia vero quod infinitum est nõ est recepta: & quia essentia earum vt respicit id quod est supra se formaliter: ipsum. s. actũ

C essendi est finita recipiendo ipsum: vt autem respicit id quod est infra se: materiam scilicet est infinita: vt pote non recepta in ipsa &c.

Aduerte hoc ad multorũ supradictorum intelligẽtiam & vt euites errorem eorũ: qui horũ fundamentũ non intelligẽtes, dicũt q̃ si esse ideo est infinitum simpliciter, vt supra diximus: quia in nullo receptum est: cũ essentia tam substantiarũ immaterialium q̃ cõpositarum in nullo penitus recepta sit: erit infinita simpliciter: quod est ridiculum. Vnde ex irreceptione infinitatem argue re valde leue videtur. Scito igitur positionẽ hanc fundari super hac propositione. Omnis res secũdum suum ordinẽ receptibilis in alio: realiter irrecepta est infinita infinitate oppositа finitati:

D quam res sui ordinis recepta cõtrahit. Dixi (secũdum suum ordinẽ receptibilis in alio) propter cõpositа & materiã quæ in tota sua latitudine irreceptibilia sunt. Dixi (est infinita infinitate oppositа &c.) quia sicut nõ quodlibet receptibile est in quolibet: sed quilibet actus habet propriũ receptiuum: vt habetur in secundo de anima. tex. Te. c. 24. Cõmen. 24. &. 26. ita non ex qualibet receptione &. 26. sequitur quælibet finitas: sed determinata ex determinata & per oppositũ ex tali irreceptiõe talis infinitas oppositа. s. finitati: quã (si recepta esset) res illa cõtraheret. Verbi gratia: albedo cum sit receptibilis in subiecto, si ponatur irrecepta erit infinita: nõ quacunq; infinitate: sed ea quæ

opponitur finitati: quã in subiecto habet. In proposito ergo tã esse q̃ forma secũdũ suũ ordinem receptibilis rationẽ habet (neutri enim recipi repugnat) sed in alio & alio receptiuo: receptiuum enim proprium ipsius esse: est quidditas seu suppositũ: formæ verò est materia. Et ideo sicut alterius rõnis est receptio formæ in materia à receptione esse in essentia (vt supra ostẽdimus) ita alterius rõnis est finitas formæ per materiam à finitate esse per essentiã: licet cõueniãt in hoc quod vtraq; est per modum quo actus finitur per potẽtiam: & similiter diuersarum rationum oportet esse infinitatẽ quam forma sortitur ex hoc quod est irrecepta in materia: & infinitatem quam esse sortitur ex hoc quod in quidditate nulla est te ceptum. Forma nanque ex hoc quod recepta in materia infra ipsam clauditur: amplitudinem suã qua ad hoc vel illud particulare est indefinita: amittit: & ideo ex hoc quod separata à materia est: non aliter est infinita nisi quia ad nullius materiæ capacitatem coarctata eius terminis caret. Esse autem quia ex hoc quod recipitur in aliqua quidditate adillius genus & speciem coarctatur: si irreceptum ponatur ad nullum genus definitum erit: & consequenter cuiuslibet generis terminis carens simpliciter infinitum.

Habes ergo dubij solutionẽ ex hoc quod non dicimus omne irreceptũ infinitum: sed rem secũdum suũ ordinem receptibilem irreceptã, & ex hoc quod nõ dicimus omnẽ rem secundũ suum ordinẽ receptibilẽ irreceptam esse eodem modo infinitum: sed diuersimode: ex primo enim patet quod substantia composita nullam infinitatẽ ex sua irreceptione habet: ex secundo vero q̃ essentia intelligẽtiæ quæ clauditur in ordine formę cũ sit pura forma separata à materia: & non sit ipm esse: ex sua irreceptione in materia est infinita: sed nõ simpliciter &c. & q̃ esse diuinũ quod sub ipsius esse ordine concluditur ex sua irreceptiõe in quidditate seu essentia est infinitũ simpliciter.

Habes & hinc vnde Scotistarũ & Scoti (eorũ iudicio) peccatũ deprehendas in primo sententiarum distinct. 2. quæst. 2. vbi ab eis imponitur S. Tho. ratio vltimo ibi inducta ad concludendam Dei infinitatem: quæ est talis: forma finitur per materiam: ergo forma quæ non est nata esse in materia est infinita. Iam enim nosti qualem infinitatem ratio hic concludat: & q̃ infinitas Dei altiores negat terminos secundum sanctũ Thomam. Vnde aduertas triplex ibi peccatum. Primum est: q̃ ratio prædicta ad concludendam infinitatem simpliciter assumpta à nobis dicitur: cum apud nos nõ concludat nisi infinitatem secundum quid. Secundum est: quod ratio prædicta secundum fallaciam consequentis sophisma asseritur quia forma prius natura est finita in se q̃ finiatur per materiam: sicut illud (tertij physicorũ) corpus finitur ad aliud corpus: ergo si non est finitum ad aliud corpus est infinitum. Manifeste enim patet error: quia cum dicitur forma finitur per materiam: ly per, denotat causam præcisam finitatis secundũ quid supradictę: non em forma secundum se est tali modo finita: cum secundũ se sit indeterminata ad hanc vel illã materiã: & ideo bene sequitur: ergo forma quæ nõ est nata recipi in materia est infinita secundũ quid. Si enim affirmatio est præcisa causa affirmationis: negatio erit causa negationis: non est autem talis processus tertij physicorum: quia corpus nõ finitur per aliud corpus causaliter: & præcise. Tertium est quod inficiari conatur aliud supradictum: scilicet q̃ essentia intelligentię est finita superius per suum esse. Cõtra, inquit esse est posterius essentia: & accidens eius apud vos: ergo essentia intelligẽtiæ in primo signo naturæ videtur infinita intensiuè: & consequenter non finibilis per esse in secundo signo. Ad hoc siquidẽ dicitur quod licet esse sit posterius essentia ordine generationis & accidens eius: ideſt extra conceptum formalem: tamen essentia in illo priori est finita simpliciter: per hoc q̃ est receptiua ipsius esse: & nõ est ipsum suũ esse &c. sicut em per hoc q̃ essentia est ipsum esse est infinita simpliciter: (vt patet in deo ex dictis) ita per hoc q̃ essentia nõ est suum esse nõ est infinita simpliciter iuxta maximã illã, si affirmatio est causa affirmationis &c. Quia ergo in oĩ priori essentia intelligẽtię est fundamẽtaliter receptibilis ipsius esse: & ab hoc abstrahi non põt: licet nõ in omni priori habeat illud: sequitur q̃ sit simpliciter finita per suum esse. i. per hoc nõ est suum esse: sed illo actuabilis vel actuata est &c. Si em intelligitur cũ dicitur q̃ essentia intelligentiæ finitur per suũ esse Quarta propositio quo ad primã partem superius discussa relinquatur. Quo ad secundam verò q̃ scilicet anima intellectiua quæ est vltima inter substantias intellectuales fit multiplicata numeraliter eget magna cõsideratione. In textu autem assignatur pro causa huius vnio eius ad corpus: oĩs enim forma sic vnita corpori: q̃ dat ei esse formaliter: necessario multiplicatur secundum multiplicationem illius: alioquin plura corpora habẽt idẽ esse numero: ab vna em forma nõ proue nit nisi vnũ numero esse substãtiale: & merito ex vniõe ad corpus anima multiplicari numeraliter dicitur: quia distinctio numeraliter cũ non sit formalis oportet q̃ sit secundum quantitatem (vt supra declaratum fuit) secundum quantitatẽ autem esse nõ posset talis distinctio in anima: si forma nõ esset rei quãte (vt intelligẽtiæ ostendũt.) Efficax ergo ratio ad concludendã pluralitatem numeralem animarum est coniunctio ipsius animæ ad corpus numeraliter multiplicatum.

Et licet indiuiduatio eius ex corpore occasionaliter dependeat quantum ad sui inchoationem: quia non acquiritur sibi esse indiuiduatũ nisi in corpore cuius est actus: non tamen oportet vt destructo corpore, indiuiduatio pereat: quia cum habeat esse absolutum ex quo acquisitum est sibi esse indiuiduatũ ex hoc quòd facta est forma huius corporis illud esse semper remanet indiuiduatum, & ideo dicit Auicen. quòd indiuiduatio animarũ & multiplicatio dependet ex corpore quantum ad sui principium, sed nonnunquam ad sui finem.

Hic obiectio quædam cõtra quartam propositionem excluditur: quæ talis est. Forma multiplicata ad multiplicationem corporis destructis corporibus nõ remanet in sua multitudine: aïa humana est multiplicata ad multiplicationẽ corporis: ergo nõ põt remanere multę aïæ humanę destructis corporibꝰ &c. Processus bonus: cõclusio aũt falsa est: ergo altera prẽmissarũ: nõ maior, vt probatur: ergo minor quæ fuit quarta propositio, maior probatur ex eo q̃ remota causa remouet effectus. Si ergo causa multitudinis animarũ est ipsa multitudo corporum: remota multitudine corporũ remouebitur etiã multitudo animarũ. Excluditur autẽ hic obiectio in litera declarãdo formas dupliciter plurificari ad plurificationem corporũ: scilicet cum depẽdentia à materia: & sine dependentia ab illa: & primæ quidẽ destruũtur destructis corporibus, secundæ vero remanent: eo quòd non nisi occasionaliter eorum indiuiduatio à corporibus est: de harum autem numero est anima intellectiua.

Ad horũ euidentiã nota primo q̃ idẽ est iudiciũ de esse & vnitate & multitudine rei quo ad dependentiã & independentiã: ita. s. q̃ cuius esse à materia nõ dependet: nec eius vnitas: nec multitudo à materia dependet. Cuius autẽ esse à materia dependet, tam vnitas quàm pluralitas eius etiam ab illa dependens est: vnum enim & multa entis passiones sunt.

Nota secundo, q̃ formæ sunt in triplici differẽtia. Quædam fiunt in materia & educuntur de potentia materiæ vt formæ materiales. Quædã fiunt in materia sed non educuntur de potentia materiæ: vt anima intellectiua quæ venit de foris. Quædam nec fiunt in materia nec educuntur de potentia materię vt formæ separatæ à materia: intelligẽtiæ. s. Nõ potest aũt dari quartũ genus earum quæ educantur de potentia materię & nõ fiãt in materia: quia implicat vt de se patet. Et illæ quidẽ quæ nec educũtur de potentia materiæ: nec fiũt in ea omnino indepẽdentes & separatæ sunt à materia & multiplicabiles numeraliter (vt supra probatum fuit.) Primę vero & secundæ: quia conueniũt in hoc q̃ fiunt in materia: habent & hoc cõmune q̃ oportet vtraſq; esse coaptatas & proportionatas suis receptiuis materijs in quibus fiũt; proprios enim actus oportet in proprijs fieri materijs: vt dicitur secũdo de anima, textu cõmenti. 24. & 26. Forma nãq; leonis debet esse cõmensurata corpori leonino: ita quod nõ equino: & huius leonis forma oportet q̃d̃ sit cõmensurata huic corpori leonino ita q̃d̃ nõ illi &c. Et ex hoc cõsequẽter cõueniũt ita in hoc quod vtraſq; oportet simul multiplicari cũ proprijs corporibus. Quæcũq; em̃ oportet esse inuicẽ coaptata & proportionata simul recipiũt multitudinẽ & vnitatẽ: vt patet in discurrendo in singulis: semper em̃ multiplicationẽ formarũ in vna specie comitatur multiplicatio corporũ in illamet specie & è cõuerso: aliter vel vna forma esset in diuersis materijs: vel diuersæ materię sub vna forma: quorũ vtrũq; est impossibile. Ex eo verò q̃ primæ formæ educũtur de potẽtia materiæ & nõ secũdæ differũt inter se in hoc q̃ primę habẽt esse depẽdens à materia, sicut à causa materiali earũ esse causante & sustẽtãte. Secũdæ autẽ habẽt esse excedens totã materiæ capacitatẽ & indepẽdens ab ea: vt pote non causatę ex illa. Et ex hoc cõsequẽter differũt secũdo: q̃ primarũ tã vnitas q̃ multitudo à materia dependens est sicut & esse: & ideo sicut destructis corporibus ipsę destruũtur: ita vnitas & pluralitas earũ. Secũdarũ verò tã vnitas q̃ multitudo indepẽdens est à materia sicut & esse: & ideo sicut destructis corporibus earũ esse remanet: ita vnitas & pluralitas. Et hoc est quod hic intendit. S. Tho. dicẽs (diuiduationẽ animæ). i. vnitatẽ eius. Et similiter in telligendũ est de pluralitate occasionaliter ex corpore depẽdere. Dependet em̃ hoc modo: q̃ fit in corpore: nõ autẽ ita q̃ educatur de potẽtia corporalis materiæ: & hoc est quod subdit (quia nõ acquirit illud nisi in corpore) & rationẽ addit (quia cũ habeat esse absolutũ. i. independens à corpore: corrupto corpore absq; illo remanere potest: & ideo Auicen. dicit indiuiduationẽ animæ ex corpore in sui initio dependere: nõ autẽ in fine) quia. s. nõ fit nisi in corpore. Potest autẽ esse & de facto est post mortẽ sine corpore. Et sic soluta est obiectio facta: quia maior est falsa de secũdo ordine formarũ qualis est anima humana. Ad probationem eius iam patet quid dicendum: quia corporum multiplicatio non est propriè causa: sed occasio & non nisi in fieri multitudinis animarum: cessante autem causa in fieri non cessat effectus quo ad esse.

Quæstio. XIII.

De indiuiduatione animę intellectiuę Sco. 2. d. 3. q. 7. in. c. q.

HIc circa indiuiduationem animæ intellectiuę: per quod scilicet indiuiduetur. In hac quæstione facienda sunt tria. Primo recitabitur opinio Sco. Secũdo declarabitur opinio. S. Tho. Tertio respondebitur argumentis in oppositum.

Quo ad primum Sco. in secundo senten. dist. 3. quæst. vltima & in quolib. q. 2. sequens positionẽ suã de hecceitatibus tenet animã (sua ꝓpria hecceitate) indiuiduari. Arguitq; sic contra. S.

c. 5. in. 3. pte ciusdẽ capitu. In prin ci. hęc immediatè supra.

T. c. 31.

Vbi supra

2. posteri. T. ca. 30.

c. 5. q. 9.

Probatus quarta.

c. 3. q. 5.

c. 5. q. 9.

2. de ge. animaliũ cap. 3.

c. 5. q. 9. cõueniũt inter. se.

T. c. 24. &. 26.

Differũt inter se.

quolib. q. 2: parũ post principiũ.

Tho. eo primo quo aliquid est in actu extra causam & intellectũ eo primo est hoc: sed aïa sicut & quælibet entitas præcipuè absoluta seipsa primo est in actu extra causam & intellectũ: ergo anima seipsa primo est hæc. Maior probatur: qa vniuersalitas siue esse non hoc nõ cõuenit rei nisi in intellectu. Minor patet ex eo ꝙd res seipsa primo recedit à non esse. Præterea omnis distinctio formalis seu nõ per materiã est specifica per te: animę intellectiuæ distinguuntur formaliter seu non per materiam ergo distinguuntur specifice: conclusio est falsa: ergo altera præmissa: nõ minor quia animæ intellectiuæ separatæ carent materia: ergo maior: quæ est fundamentũ positionis tuę. Quod si dicas ꝙ animæ habent inclinatiões ad diuersa corpora: & per has distinguũ tur. Contra. Anima prius natura est terminus creationis: qui vt talis formaliter est hoc q̃ vniatur materiæ: ergo prius natura anima est hæc q̃ vniatur materiæ: ergo anima indiuiduatur: & nõ per vnionẽ ad corpus: antecedens probatur sic: prius est quod põt esse sine alio: & aliud nõ sine illo ex. 5. Meta. tex. Com. 16. anima non solũ secũ dũ essentiã: sed etiam secundũ existentiam põt esse sine vnione ad materiã: nõ tamen absq; hoc sit terminus creationis & hic ergo anima est prima natura terminus creationis & hæc quam sit in materia. Si dicatur quòd anima non est hæc per actualem vnionẽ seu existentiam in materia: sed per aptitudinem essendi in illa. Contra: hoc nõ euadit difficultatem: quia natura absoluta est prius natura ipsa sua aptitudine: quia enim anima est hęc: ideo habet hãc aptitudinem ad hoc & illi repugnat &c. vt arguatur sic: quod conuenit vni & repugnat alteri eiusdẽ speciei non conuenit per se huic secũdũ id quod cõmune est istis vel saltem præexigit eorũ necessario distinctionem. s. huius ab illo: sed hęc aptitudo conuenit huic animæ: & repugnat illi: ergo necessario præexigit distinctionẽ huius ab illa: igitur nõ indiuiduantur aptitudinibus. Confirmatur: ratio aptitudinis formaliter loquendo non est ad se: nec est ratio entis in actu: ergo non potest esse indiuiduatiuũ principiũ animæ. Antecedens probat̃ pro prima parte: quia si esset ad se posset intelligi nõ ad aliud vt ad terminũ: qđ est falsum. Pro secũda parte quoq; probatur quia quod necessario exigit aliquid non existens ipsum est nõ existens in actu: aptitudo aũt est ad terminum nõ existentẽ: ergo eius rõ non est ratio entis in actu cõsequẽtia patet: quia distinctio relatiua præsupponit distinctionẽ absolutam: quia enim anima est hæc: ideo habet hanc aptitudinẽ & non ecõtra: & quia hæc anima est singularis singularitate actuali siue in actu: non est hęc aptitudine ad hoc corpus. Hęc sunt quæ isti in hac re sentiunt.

T. c. 16.

Nos autem Peripatetica fundamẽta sequẽtes animã indiuiduari cõmensuratiõe ꝙ substãtiali ad hoc corpus dicimus & hãc animã & illã distingui E commẽsurationibus suis ad hoc & illud corpus: probationes autem huius (supra adductę fuerũt cum deductum fuit distinctionem numeralem non nisi à quãtitate originari posse.) Vnde nũc sufficiet declarare quomodo sit hoc quod dicimus. Commensuratio dupliciter sumitur. Vno modo pro relatione cõmensurationis. Alio modo pro ipsa substantiali coaptatione rei: primo modo commensuratio est res respectiua essentialiter: & in genere relationis: secũdo modo est res absoluta: & de prædicamento rei commensuratę: est em̃ idem essentialiter quod ipsa sed differẽs ab ipsa sola ratiõe: & similiter dico indeclinatione: aptitudine: coaptatione: ꝙgillatione: & similibus quæ ad exprimendum propositum assumuntur. Absolutum quoq; pro nunc sumitur dupliciter. Vno modo à termino: & sic dicimus substantiam quantitatem & qualitatem esse entia absoluta. Alio mõ à receptiuo seu subiecto: & sic nullum prædicamentorum accidentiũ est absolutũ: sunt enim essentialiter receptibilia in substantia. Cum ergo dicitur quod animæ suis commensurationibus indiuiduantur: intelligendũ est cõmensurationibus substantialibus quæ sunt res absolutę à terminis: & si nõ à receptiuis & nõ commensurationibus quæ sunt relationes &c. Sicut nãq; de essentia animæ in cõi est quod essentialiter sit proportionata corpori Philosophico organico: qđ in eius diffone ponit: ita de G essentia aïæ humanæ est cõmẽsurari corpori humano: est nãq; ita perfectiua corporis humani ꝙ nõ bouini: sic quoq; de essentia huius animæ est cõmẽsuratio ad hoc corpus: & sic cõmensuratio ad corpus humanũ nõ sequit animã iã humanã: sed cõstituit ipam humanã. Per hoc. n. primo differt aïa hoïs ab aïa bouis: quia illa est proprius actus corporis humani. ista verò bouini. (Cõstat acũt ꝙ idem est esse actum propriũ corporis humani & esse substantiale substãtialiter cõmensuratam perfectionẽ eius.) Ita substantialis commẽsuratio huius animæ ad hoc corpus non sequitur animam hanc: sed constituit ipsam hanc: est enim hic anima substantialiter proprius actus huius corporis: vnde hic anima ab illa primo differt: quia illa est proprius actus huius corporis: illa verò proprius actus alteri⁹: & hoc est quod S. Tho. in. 2. contra Gen. cap. 81. tradit (& in quęstionibus de anima.) & vbicũq; de hac re loquit. Est aũt conueniens propositio ista principijs Arist. docet em̃ (in primo libro de partibus animaliũ) ꝙ proprię differentiæ alicuius diuisi debent esse per se distinguentes illud in eo quod tale: verbi gratia, propriæ dĩæ animalis nõ debent esse album & nigrũ: quæ non diuidũt animal in eo qđ animal. Stat em̃ idẽtitas animalis cũ illarũ diuersitate: nec debẽt esse nauigatiuum & volatiuum quia nõ diuersificãt hęc per se naturã sensitiuã: sed debẽt esse tale sensitiuũ vel tale. Animal em̃ in eo ꝙ anima cum sensitiuo cõstet: nõ diuersificatur

c. 3. q. 5. c. 5. q. 9.

Qũo cõmensuratio indiuiduet animã intellectiuã.

2. de a. l. cõ. 6.

2. contra Gen. c. 81 q. 3. ad. 15. 2. cõ. Gẽt. c. 74 & 79. ca. 3. de parti. anima

ficatur per se nisi per differẽtias sentiendi. Vnde cũ anima in eo quod talis essentialiter sit actus corporis philosophici proprijs differẽtijs diuiditur per hoc ꝙ actus talis corporis vel talis: & iterũ actus talis corporis: puta humani proprijs differẽtijs diuiditur (materialibus tamẽ) per hoc ꝙ est huius corporis vel illius. Indiuiduantur ergo ipsæ animæ cõmensurationibus substantialibus nõ absolutis à receptiuis: sicut & ipsæ animæ essentialiter sunt nõ absolutę à perfectibilibus corporibus earũ receptiuis. Et non considerare hoc est causa erroris eorũ qui de omnibus volũt eodẽ modo iudicare (vt sunt Scotistæ) quibus dum nõ cõsiderãt proprias rerum naturas: & res suis conceptibus adæquare volunt: accidit vt de omnium indiuiduatione eandem proferant sententiam & in eorum numero sint: de quibus dicitur secundo cœli, tex. Commen. 80. ꝙ quęrunt vsq; quo non habeant contradicere sibiipsis.

Ad primum.

His visis ad solutionem argumentorũ procedendũ est. Ad primum dicitur ꝙ falsa est maior. licet enim quælibet res posita extra intellectum & causam sit hic: nõ tamen eodem primo est: & est hic. Est enim ipso esse primo. (Hęc) autẽ hecceitate primo: multa enim inseparabiliter sese comitantur: quæ non eodẽ principio habentur primo: sicut quodlibet ens aliud à Deo extra intellectum & causam est: & est dependens: nõ tamen eodem primo est & dependet. Minor quo q; est falsa: res enim nõ seipsa primo: sed per existentiam actualẽ distinctam realiter à se extra nihil ponitur (vt supra) declaratũ fuit &c. Ad secundum negatur minor. Duæ enim animæ humanæ separatæ nõ distinguũtur formaliter seu per materiã: licet sint puræ formæ à materia abstractæ. Aliud enim est dicere, omnis distinctio formalis est specifica. aliud omnis distinctio formarũ. Distinctio enim formalis cum sit illa quæ ex principijs diffinitiuis cõstat specifica est: quæcũq; enim habent diuersas diffinitiones specie differunt: cum saltem differentias vltimas habeant non easdem: quarum diuersitas sufficit ad diuersitatem specificã: sed talis non est inter animam for. & pla. habent siquidem eãdẽ diffinitionem. Distinctio autẽ formarum cum sit: vndecunque iter formas diuisio accidat in duabus animabus separat. id est inuenitur ex hoc quod diuersis coporibus coaptatæ sunt. Vnde non est similis ratio de eis & de aliis substantijs separatis: quæ coporibus vnibiles non sunt. Et sic resp̃sio ibi data est bona si sane intelligatur modo. s. exposito quod animæ inclinationibus substantialibus ad diuersa distinguuntur. Ad id quod primo obijcitur contra. Dicitur quod non cõcludit intẽtum. Cõcludit enim: ergo anima prius natura est hic. q̃ habeat actualẽ vnionem ad corpus: cũ debeat concludere. ergo anima prius natura est hæc q̃ sit coaptata seu inclinata ad hoc corpus. Nõ em̃ dicimus animã indiuiduari formaliter per actua A lem vnionẽ ad corpus: sed per coaptationẽ substantialẽ ad hoc corpus quã prius natura debere animæ: quã ipsam actualem vnionẽ: patet ex eo quod omnia hic per se terminat creationẽ & nõ aïa hoc existens: & ex eo ꝙ inesse præsupponit esse: esse autem particulari tam immediatior est quã inesse. Vnde responsio ibi recitata est bona (cũ grano tamen salis.) Dicimus enim animã indiuiduari per aptitudinẽ substantialem seu commensurationẽ formaliter: per vnionẽ verò actualẽ ad corpus cõditionaliter: id est tanquã per conditionẽ (sine qua non) & quia prius natura in est rei ratio formalis q̃ cõditio sine qua nõ. ideo &c. Ad argumentũ contra hoc patet resp̃sio ex dictis. Assumit enim hoc falsum. s. quod natura hu B ius animæ sit prior aptitudine sua substantiali. Vnde maior argumenti ibi formati, pro secũda parte disiunctiuè est falsa. s. quod quodlibet cõueniens vni & repugnans alteri eiusdem speciei præexigat distinctionẽ ipsorum. Stat enim ꝙ nõ præexigat: sed faciat distinctionem ipsorũ: sicut quod cõuenit vni speciei & repugnat alteri eiusdẽ generis: nõ opus est ꝙ præexigat illarũ specierũ distinctionem: sed stat ꝙ faciat earũ distinctionẽ. Verbi gratia, rationale cõuenit homini & repugnat leoni: & irrõnale cõuenit leoni & repugnat homini: & tamẽ rõnale & irrõnale nõ præexigunt distinctionem hominis & leonis: sed faciũt. Vnde subsumas sub illa maiore, sed hecceitas animæ sor. conuenit sibi & repugnat animæ C Platonis: ergo hecceitates supponũt ipsas distinctas: & sic suadebis Sco. vim argumẽti sui &c. Ad cõfirmationẽ cũ dicitur: ratio aptitudinis nõ est ad se: dico quod ratio aptitudinis substãtialis de qua loquimur est ad aliud: sed nõ vt ad terminũ: sed vt receptiuũ. Probatio autẽ cõtra hoc nihil facit: cõcedo enim quod põt intelligi non ad aliud vt ad terminũ, nõ autẽ nõ ad aliud vt receptiuũ: sicut quantitas & qualitas absolutę sunt à termino & nõ à subiecto. Ad id quod secũdo loco in antecedente ponitur. s. quod ratio aptitudinis non est ratio entis in actu. Dico primo quod falsum est. Aptitudo eñ ad ridendũ. s. risibilitas habet rõnem entis in actu primo: licet potentiã ad actum secundũ. Probationis verò vtraq; pro- D positio est falsa: & maior quidem. s. quod necessario exigit aliquid non existens: ipsum est nõ existens in actu: quælibet enim potentia actiua in actu primo tantũ exigit operationem suam nõ existere: & tamen ipsa est existens in actu. Minor verò quia aptitudo substantialis animæ ad corpus non excludit corpus: sed compositio ex contrarijs est quæ facit aptitudinem animæ esse absq; actuali vnione. Dico secundo, ꝙ æquiuocamus de aptitudine. Aptitudo enim ista quam in anima intelligimus non nisi commẽsuratio seu substantialis ꝙgillatio ipsius animæ ad hoc corpus: quam constat esse in actu: & dum est corpori vnita: & dũ est separata ab eo: sicut in exẽplo

Distinctio formalis q̃ fit.

Distinctio formarum quæ fit.

suprapositio de cera liquet. Argumentum autem procedit: ac si aptitudo ista esset quid potentiale expectans aliquid quod reducat ipsam in actū &c. Ad consequentiam patet quid dicendum sit: quia non est talis distinctio relatiua: sed absoluta relatiuè ad receptiuum &c.

Et quia in istis substantijs quidditas nō est idem quod esse: ideo sunt ordinabiles in prædicamento & propter hoc inuenitur in eis genus species & differentia: quāuis earum differentiæ propriæ nobis occultæ sint. In rebus enim sensibilibus etiā ipsæ differentiæ essentiales nobis ignotæ sunt: vnde significātur per differentias accidentales: quæ ex essentialibus oriuntur: sicut causa significatur per suum effectum sicut bipes ponitur differentia hominis. Accidentia autem propria substantiarum immaterialiū nobis ignota sunt: vnde differentiæ earum, nec per se: nec per accidē tales differētias nobis significari possunt.

In hac tertia parte capituli huius declaraturus S. Tho. quomodo quidditates substantiarū separatarū se habeant ad intētiones logicas. s. genus speciē & differentiā &c. Quatuor notatis se absoluit excludēdo post duas obiectiones. Propo- C. 5. p. 3. in princ. nit ergo primo cōclusionē talē. Intelligētiæ sunt in prædicamento: probatq; eam sic. Omne id in quo differt esse ab essentia, est in prædicamēto. intelligētiæ sunt huiōi: ergo &c. minor supra ꝓbata est: maior verò probari pōt sic: omne habēs esse limitatū est in gñe, si em̄ limitatū esse habet Hoc eo. ca. pte se cunda in princ. ad aliqd genus definitū est. Quod em̄ ad nullū genus definitū est: ac per se subsistit: vñ aut cūo esse limitatū habet? omne aūt ens in quo esse distinguitur à sua essentia habet esse limitatū (vt supra declaratū fuit) ergo omne tale est in prædicamēto. Ex quo corollariè cōcluditur ꝙ habent genus speciē & differentiā. Addit aūt quāuis occultę sint nobis earū differētiæ: & vt responderet dubitationi qua quis dicere posset: cūo scis in eis esse differētias: si illas ignoramus? stat em̄ scire de H eis cōnem an est: & ignorare quę stionē quid est: nouimus inquā differētiā esse in illis: sed quę sint illę latet: latēt autē intelligētiarū differētiæ scdm se: quia cōe est omnibus substātijs habere occultas differētias proprias scdm se: & in hoc conueniūt cū substātijs inferioribus. latēt etiā scdm accidētales proprietates quæ sunt earū passiones: Secundo metaph. text. c. 1. qa excedūt facultatē naturalē intellectus humani: quise habet ad manifestissima in natura: sicut oculus noctuę ad lumē solis: & in hoc differunt à sensibilibus substātijs: quarū proprię differentię nominibus suarum proprietatum significantur: sicut causæ nominibus suorum effectuum: vn- E de omnino immanifestę sunt nobis intelligentiarum differentiæ quo ad quid sunt &c.

Quæstio. XIIII.

De cognitione substantiarū separatarū in hac vita.

CIrca hanc particulam dubitatur an intelligentiæ sint à nobis quidditatiuè cognoscibiles in hac vita &c. In hac. q. septē agēda sunt: primo declarabo titulum & intentionem quæstionis: secundo adducetur opinio Auerrois. tertio impugnabitur: quarto respondebitur suis rationibus: quinto declarabitur opinio. S. Tho. sexto adducentur rationes Ioannis de Ianduno contra. S. Tho. septimo eis satisfiet &c.

Differtco gnitio q- ditatis à cognitio ne quidi tatiua.

Quo ad primum nota ꝙ aliud est cognoscere quidditatē seu cognitio quidditatis: & aliud est F cognitio quidditatiua seu cognoscere quidditatiuè. Cognoscit enim leonis quidditatē quicūq; nouit aliquod eius prædicatū essentiale. Cognoscit autē quidditatiuè nō nisi ille, qui omnia prædicata quidditatiua vsq; ad vltimā differentiam nouit &c. Cum autē cognoscamus intelligētias esse substātias: & esse intellectuales &c. liquet ꝙ earū quidditates cognoscimus: vnde hoc in dubiū nō vertitur: sed quæstio est an quidditatiuè cognoscere eas possimus vt penetremus. s. vsq; ad vltimas earum differentias: & licet hæc quæstio habeat opiniones plurimas: vt patet tertio de anima, commento. 36. quia tamen non nisi cum Scotistis & Auerroistis hic agitur. & Scot. opinio in conclusione non discrepat: vt patet in G primo senten. distin. 3. cum solo nobis disceptandum est Auerroe. Hæc de primo.

Puta Alexādri Alpharabij Auēpace & theū. Sco. pri. d. 3. q. 3. ī solutione dubij ibidē moti in. c. q. circa me.

Quo ad secundū Auerrois: in tertio de anima, commen. 36. supposita fictione sua in commen. quinto opinatur ꝙ intellectus possibilis: vt apꝓpriatus nobis adeptis omnibus intellectis speculatiuis: ac per hoc cōtinuatus intellectui agenti vt formæ per illum intelliget substantias separatas: & consequenter nos quibus per hoc fiet intellectus agens forma: sicut modo est intellectus possibilis: ita ꝙ sicut modo per intellectum possibilem intelligimus materialia: ita tunc per intellectum agentem intelligimus substantias separatas. Probat autem intentionem suam duabus rationibus. Prima ratio fundatur supra duas propositiones, Quarum prima est: intellectus & prima intellecta speculatiua se habent sicut forma & materia. Probaturilla sic. illa quorum est vnamet operatio: ita ꝙ operatio vnius communicetur alteri se habent: sicut agens & instrumētum vel sicut forma & materia, sed intellectus agentis & primorum intellectorum speculatiuorum est vnamet operatio: ita ꝙ operatio intellectus agentis, scilicet facere intellecta in actu communicatur primis intellectis speculatiuis: ergo intellectus agens & prima intellecta speculatiua se habent sicut agens & instrumentum: vel sicut forma & materia: patet minor: quia intellectus in habitu potest non solum intelligere: sed facere

facere cōclusiones intellectas in potentia intel- A lectas in actu, vtrūq; em̄ experimur in nostra eē potestate. s. intelligere & facere conclusiones actu intellectas mediātibus primis intellectis: quę solo lumine intellectus agētis fiūt intellecta in actu. In maiore verò notāter dicitur (ita ꝙ ꝓpria operatio vnius cōicetur alteri) quia plures trahētes nauē ad eādē operationē cōcurrūt, nō tamen sicut materia & forma: nec sicut agens & instrumentū: propterea quia alter alterius propriam operationē nō sortitur. Clarū est autē ꝙ cōmuni cans operationē suā alteri cōcurrēdo ad idē se habet ad illud: sicut agēs principale ad instrumētū quēadmodū carpentarius sedis factionē serręcō municat: vel sicut forma ad materiā: sicut calor calefactionem aquæ calidæ cōmunicat. Et licet B vtraq; pars disiuncti cōclusi sit vera: quia tñ prima pars manifestior est & minus ad propositū: ideo Cōmentator secundā partem declarat. s. ꝙ prima intellecta speculatiua & intellectus agens se habeāt vt materia & forma: & hoc facit declarādo ꝙ intellectus agēs: & nō solū prima: sed anima intellecta speculatiua se habēt sicut forma & materia. Manifestat autē hoc sic. Quādocūq; est aliquod receptiuū aliquorū duorū ordinē inter se habētiū id quod est perfectius & formalius est sicut forma: id verò qđ est imperfectius & minus formale habet rōnē materiæ: sed intellectus possibilis est receptiuus intellectorū speculatiuorū: & intellectus agētis ordinē inter se habētiū: ita ꝙ intellectus agēs est perfectior & formalior intel- C lectis speculatiuis: ergo intellectus agēs & intellecta speculatiua se habēt sicut forma & materia. Dicitur aūt in maiori (ordinē inter se habentiū) quia aliter ꝓpositio nō esset vera: sicut patet de albedine & dulcedine lactis: quarū neutra est alterius forma. Cū em̄ ordinata sunt necessariò, verificatur ꝓpositio: vt patet: cū aer recipit colorē & lumē. Minor patet ex eo ꝙ intellectū recipitur in intelligēte. Intellectus autē possibilis intelligit & intellectū agentē & intellecta speculatiua &c. & sic patet prima propositio. Secūda propositio est: intellectus possibilis vt appropriatus nobis, qñque recipit intellecta speculatiua & intellectū agentē in potentia tantū: qñq; partim in actu & partim in potētia, qñq; totaliter in actu. Ista pro- D Secunda propō Auerro. ibi dē circa: parū ante finem. positio quo ad intellecta speculatiua est clarissima: intellectus nāq; infantis est in pura potētia: sicut tabula rasa in qua nihil est depictū: postmodū verò recipit primorū principiorū notitiā: deinde multarū cōclusionū succesiuè acqrit notitiā: & sic scdm aliquid est ī actu: puta scdm principia: & scdm aliquid in potētia: puta scdm cōclusiones: & postremo acquisitis omnibus cōclusionibus est totaliter: & scdm omnia in actu tā principia ą cōclusiones. His si cōiunxeris primā propositionē illucesceret tibi hæc secunda propositio quo ad secūdā partē. Si em̄ intellectus agens est forma intellectorū speculatiuorū eadē erit ꝓpor- tio cōiūctiōis ad intellectū agētē quę est inter intellectum possibilē & intellecta speculatiua quo ad hoc: ꝙ si totaliter vni: totaliter & reliquo coniunctus erit: & si partialiter vni: partialiter & reliquo cōiunctus erit. His præmissis formatur pri- formatur Prima ro Auer. ma Auer. ratio sic. omne qđ mouetur ad acquisitionem alicuius vt formæ: illa perfectē acquisita pōt operari operatione propria illius formæ: sed intellectus possibilis vt appropriatus nobis mouetur ad acquisitionē intellectus agentis: vt formæ. ergo illo acquisito pōt operari operatione propria illius. Sed operatio propria intellectus agētis est intelligere substātias separatas quidditatiuè. ergo intellectus possibilis poterit per illū intelligere substātias separatas: & cū intellectus possibilis opatio noua nos denominet: cōsequēter nos per intellectū agētē intelligimus substantias separatas. &c. Maior patet exēplariter cum aqua mouetur ad formam caloris: acquisito illo pōt calefacere: & similiter apparet in omnibus. Minor verò ꝓbatur dupliciter. Primo ex duab⁹ propositionibus præmissis sic: qñcūq; aliqd mouetur ad aliqua duo recipiēda ordinata inter se: ad id qđ est formalius & perfectius mouetur: vt ad formā: ex prima ꝓpositione: sed intellectus possibilis mouetur ad intellecta speculatiua: & intellectū agentē: quia qñq; est in pura potētia: quādoq; partim in actu: & partim in potētia. ex secūda ꝓpositione ordinē inter se habētia: quia mediantibus intellectis speculatiuis recipitur intellectus agens: & intellectus agēs est formalior & perfectior: ergo intellectus possibilis mouetur ad acquirēdū intellectū agētē vt formā. Secundo probatur illa minor sic. intellectus possibilis mouetur ad acquisitionē intellectus agētis vt finis. ergo vt formæ. Antecedēs patet ex eo ꝙ ipse intellectus agens est efficiens illius motus quo mouetur intellectus possibilis ad ipsum in separatis em̄ à materia idem est efficiens & finis motus: vt Cōmen. 36. 12. Metaphy. habetur. cōsequētia verò Cōm. 36 T. cō. 70 Cōm. 38 patet ex. 2. Physi. tex. Cōmen. 70. vbi dicitur ꝙ finis motus & forma idē sunt, & hāc ꝓbationem tāgit Auer. 12. Metaphy. in fine Cōmen. 38. Secūda ratio Auer. ponitur. 2. Metaphy. Cōmen. primo. Si intelligētiæ nō essent à nobis cognoscibiles natura ociosę egissēt: cōsequēs est falsum. cō- Secunda rō princ. ibidē circa text. Cō. 1. 3. cōtra Gē. ca. 45. p⁹ medium. prima. q. 88. ar. 1. ad primū qō. 37. p⁹ medium sequētia probatur. quia feciſſet id qđ est in se naturaliter intellectū: nō intellectū ab alio: sicut si feciſſet solē nō cōprehensum ab aliquo visū. Et quoniā hæc cōsequentia cū sua probatione derisibilis à. S. Tho. iudicatur propterea ꝙ frustra est qđ nō potest cōsequi finē suū: & intelligētiarū finis non est intelligi à nobis: dato enim quod intelligi esset finis earum: sufficit earum intelligibilitati vt à seipsis intelligantur: nō em̄ sequitur ab intellectu humano nō intelligūtur. ergo à nullo: sicut nō valet: sol nō videt à noctua. ergo à nullo visu. Idcirco Ioā. de Gada. in tertio de aīa dupliciter probat illā cōsequentiā. Primo dicens quòd

q Cõmentator nõ supponit q finis substantiarũ separatarũ sit intelligià nobis: sed supponitur q intelligentie ex se sint intelligibiles ab intellectu nostro: cũ contineantur sub eius obiecto primo scilicet ente: & tũc bene sequitur, intelligentiæ sunt ex se naturaliter nobis cognoscibiles ergo intellectus noster naturaliter natus est eas intelligere: naturaliter em̃ actiuo quale est intelligẽtia debet correspõdere naturalẽ passiuũ quale est intellectus: aliter potẽtia actiua esset frustra in natura. Secũdo deducitur ab eodẽ illa consequentia: quia etsi intelligentiarũ finis primarius nõ sit intelligi ab intellectu nostro: est tamen earũ finis secundarius. Agunt em̃ prima intentione propter se: secũdariò autẽ propter alia: vt dicitur secũdo cœli, Cõm. 21. & ideo sequitur q intelligẽtiæ saltẽ quo ad finẽ secũdariũ essent frustra: & sic natura fecisset aliquid ocioſe. Propterea ĩquit cõsequentia Cõm. est vicina propositionibus per se notis: & non est derisibilis.

Cõ. 22.

Potest adhuc tertio deduci illa consequentia ex dictis Cõm. tertio de anima. Commen. 36. vbi examinans rationẽ Themistij dicit q si intellectus noster est immaterialis: cõsequentia ista tenet intellectus noster intelligit res sensibiles factas immateriales ergo intelligit res secundũ se immateriales. Et fundatur hoc dictũ supra verbũ Aristo. tertio de anima. tex. Cõm. 7. dicentis, q intellectus excellenti intelligibili apprehenso vigoratur ad altius intelligendũ. Ex quibus habetur in proposito q immaterialitas est sufficiẽs causa virtuti cognoscitiuæ q intelligere possit substantias separatas: vnde sic probatur consequentia. Intelligentiæ nõ sunt ab intellectu nostro cognoscibiles. ergo à nullo alio sunt cognoscibiles. ergo frusta sunt cognoscibiles: sicut sol frustra esset visibilis si à nullo posset videri. prima cõsequentia tenet ex eo quod si immaterialitas non dat intellectui nostro illas intelligere: nulli hoc dabit: quia iam declaratũ est immaterialitatẽ esse sufficientẽ causam huius: sicut quia sensitiuũ est sufficiens causa sensus tactus: si positũ in vna specie animalis nõ daret tactũ, nulli alij hoc daret. Secũda cõsequentia clara est exẽplo. Quilibet ergo intellectus potest substantias separatas cognoscere ex sua immaterialitate: plus tamen & minus secundum quod plus & minus perfectionis habent. Hæc de secundo.

Cõ. 36. ante me. col. 3. fi. &. 4. in prin. T. c. 7.

Quo ad tertiũ arguitur cõtra hãc opinionem dupliciter. Et primo probatur, qđ talis cõtinuatio posita nõ perducat intellectũ possibilẽ: vt nobis appropriatũ ad intelligendas substantias separatas: id quod cõtinuatur intellectui agẽti nõ nisi vt formæ intellectorũ speculatiuorum non põt per illũ intelligere substãtias separatas quidditatiuè sed intellectus possibilis: vt appropriatus nobis cõtinuatur intellectui agenti non nisi vt formæ intellectorũ speculatiuorũ. ergo intellectus possibilis vt appropriatus nobis per talẽ cõtinuationẽ nõ potest intelligere substãtias separatas quidditatiuè. Maior probatur (supponẽdo quod intellectus agens habet proportiones diuersorũ ordinũ ad superiora & inferiora substãtias immateriales. s. & intellecta speculatiua.) Ad superiora em̃ cõparatur vt cõtẽplatiuus: & nõ vt eorũ forma. Ad inferiora verò vt factiuus & forma. hoc stãte patet vis maioris. Quãdocunq; em̃ aliquod vnũ habet diuersi ordinis proportionẽ ad diuersa: id quod cõtinuatur ei secundũ quod habet proportionẽ ad inferiora: ex hoc nõ cõtinuatur secundũ quod habet proportionem ad superiora. Cõmittitur em̃ manifestè fallacia accidentis ex vno aliud cõcludendo. Id ergo qđ cõtinuatur intellectui agẽti vt formæ intellectorũ speculatiuorũ nõ ex hoc cõtinuatur ei: vt contẽplatiuo substantiarũ immaterialiũ. Minor verò ex Cõmen. dictis habetur: nullũ aliũ modum ponentis in proposito quo cõtinuetur possibilis cũ agente nisi per intellecta speculatiua: vnde dicit quod cũ est in pura potẽtia ad intellecta speculatiua est & in pura potẽtia ad intellectũ agentẽ: cũ verò partim est in actu: & partim in potẽtia respectu illorũ est etiã sicut respectu istius: & cũ fuerit totaliter in actu secundũ intellecta speculatiua erit totaliter copulatus intellectui agenti. Secũdo probatur, quod posito quod talis continuatio ad hoc perduceret intellectũ possibilem nunquã tamen nos ad hoc perducere potest: & arguo sic. Id quod cõtinuatur intellectui agenti nõ nisi vt coloratũ lumini: & intellectui possibili nõ nisi sicut coloratũ visui: nõ potest denominari operans propria operatione luminis: vt visus seu intellectus agentis: aut possibilis: sed homo phantasians habet huiusmodi cõtinuationẽ cũ his intellectibus. ergo nõ potest denominari faciens intellecta: & intelligens substãtias immateriales, quæ sunt operationes intellectus agentis nec intelligens res sensibiles quæ est operatio intellectus possibilis. Maior est nota ex terminis. nõ em̃ potest verè dici quod coloratũ illuminet: aut videat. Minor autẽ patet ex tertio de anima tex. cõmen. 18. &. 30. Nec obstat aliquo modo similitudini datę q homo proprio actu cogitatiuè spiritualizat phantasmata. Coloratum verò nõ spiritualizat colores. Quoniam si fingamus coloratũ in seipso nõ posse obijci oculo: neq; lumini: sed spiritualizatũ tãtũ in speculo quod propria operatio speciem in se colorati spiritualizaret: similitudo curreret quatuor pedibus: & tamen tale speculum obiectum lumini & visui non verè posset denominari illuminans: neque videns: & hæc ratio apparet mihi demonstratiua: & alias si Deus concesserit nobis vitam: eius efficaciam plenius ostendemus. Hæc de tertio.

Quod cõtinuatio ĩtellectui agẽtis nõ perducat ĩtellectũ possibilẽ ad cognitionẽ quidditatiuã substãtiarũ immaterialiũ. Positio q ĩtellect⁹ possibilis intelligeret quidditatiue substantias separatas per ĩtellectũ agentem sibi copulatũ: adhuc nos nõ intelligerem⁹ ipsas cõ. 18. circa medium cõ. 30. in princi. & circa me. cõsidera virtutem huius rationis & videbis quantũ.

Quo ad quartum. Ad primã rationum Auer. dicitur q maior est vniuersaliter falsa si teneatur vt teneri debet ad hoc quòd intentũ concludat. Debet enim vniuersaliter teneri, nedum subiectum:

errorem Auer. soluuntur. Rõ Auer. Ad primã imediatè supra.

iectũ sed etiam prædicatũ hoc mõ. Omne quod mouetur ad acquirẽdam aliquã formam: illa perfectè acquisita põt operari omni operatiõe propria illius formæ: aliter nõ cõcluderet: patet autẽ hãc esse falsam: ex eo q sufficit q id quod acquisiuit aliquam formã participet aliquã operationem illius formæ: illam. s. quæ cõuenit formæ secũdum id quod recipit receptiuũ: & ratio huius est assignata in prima ratione cõtra Auerroim facta: quia scilicet nõ oportet rem continuatam formæ habẽti diuersas proportiones ad inferiora & superiora: ex hoc q perfectè cõtinuatur ei secũdum inferius q cõtinuetur ei secũdum superius. Vnde ex hoc q intellectus possibilis acquisiuit intellectũ agẽtem vt formam: licet sequatur quòd possit operari operatione intellectus agentis: vt est forma intellectorum speculatiuorum: quia vt sic acquiritur scilicet formare intellecta in actu & extendere se ad omnia intelligendo ad quæ se extendit intellectus agens vt factiuus: non tamen sequitur quòd possit omnia intelligere quæ respicit intellectus agẽs vt cõtemplatiuus. Ad secũdam rationem respondetur negata cõsequẽtia: & ad primã probationẽ dicitur q cõmittitur fallacia cõsequẽtis à superiori ad suum inferius affirmatiuè: cõcessio enim q intelligẽtiæ sunt cognoscibiles ab intellectu nostro: quia cõtinentur sub eius primo obiecto nõ sequitur, ergo sunt à nobis intelligibiles quidditatiuè. Non em̃ omne cõtentum sub ente est quidditatiuè à nobis intelligibile: eo quod ens: licet sic obiectũ adæquatum intellectui nostro extẽsiuè: nõ tamẽ est adæquatum adæquatione mutua intẽsiuè: & est dicere q licet omne ens possit à nobis intelligi: nõ tamẽ omne ens potest à nostro intellectu penetrari vsq; ad vltimas differentias: hoc enim modo quidditas rei materialis est obiectum adæquatum intellectus nostri: scilicet adæquatione intensiua, solã nanq; eam & omnem intellectus noster natus est intelligere quidditatiuè. Ad secũdum modum deducendi cõsequentiam similiter respõdetur, licet enim detur q intelligi à nobis sit finis secundarius intelligentiarum: non tamen valet, ergo, intelligi quidditatiuè à nobis est finis secundarius: imo hoc est impossibile. Similiter ad tertium modum dicitur, q licet immaterialitas sit sufficiẽs causa virtuti cognoscitiuę q possit intelligere substãtias separatas: nõ tamen valet, ergo ex immaterialitate habet q possit cognoscere eas quidditatiuè. Autoritas autem Aristo. adducta cum rectè intelligitur nõ obstat. Ad uertendum est enim sensum respectu excellentis sensibilis duo sortiri: & q scilicet non perfectè cognoscit illud: & q patitur passione corruptiua ab illo: intellectus autem respectu excellentis intelligibilis primũ tm̃ hẽt. s. qđ perfectè nõ intelligit illud: passionis enim expers est: & ratio est: quia secũdũ sequitur materiã: cuius actus est virtus sensitiua, nõ autẽ intellectiua, primũ verò sequitur in proportionẽ potentiæ ad obiectũ quæ saluatur ita in virtute immateriali sicut materiali. Sicut enim noctua ex sua specie visum improportionatũ claro lumini habet: ita homo ex sua natura intellectũ improportionatũ claro intelligibili separato. s. secundũ rem à materia. Conueniũt ergo intellectus & sensus in primo: sed differũt in secũdo. Ex qua differẽtia Aristo. ibi dicit oriri q sensus post excellens sensibile sensatũ debilitatur: intellectus autẽ post excellens intelligibile intellectũ nõ alteratus magis põt intelligere alia: quod intelligendũ est secundũ modũ sibi possibilẽ. Ex hoc autẽ nõ licet inferre, ergo põt quidditatiuè cognoscere substantias immateriales: sed ergo nõ procedit ex eius alteratione qđ illas nõ possit cõprehẽdere: quod gratis cõcedimus: habet em̃ homo intellectũ ratiocinatiuum qui oritur in vmbra intelligentię apud Isaac: & ideo proportionatus naturaliter ad intuendum intelligibile non purum & clarum: sed obumbratum materiæ: quale est quidditas à sensibilibus abstrahibilis. Hæc de quarto.

Ad secundam.

3. de aĩa text. c. 7.

Quo ad quintum ponẽda est opinio. S. Tho. quã ex prima parte. q. 88. & tertio cõtra Gentil. cap. 45. &. 2. Metaphy. assumo. Tenet ipse hanc cõclusionẽ. Anima humana corpori coniuncta non potest quidditatiuè cognoscere substantias immateriales: quæ ad præsens dupliciter probatur. Primo sic. Intellectus existens in potẽtia nõ nisi ad recipienda intellecta abstracta ab intellectu agẽte: nõ potest intelligere quidditatiuè substãtias immateriales: intellectus humanus est huiusmodi, ergo. maior ex terminis patet: oppositũ enim prędicati infert oppositũ subiecti: quod em̃ potest intelligere substãtias separatas quidditatiuè nõ est tantũ in potentia ad recipienda abstracta ab intellectu agente: quoniã substãtiæ separatæ non sunt abstractæ à materia per operationem intellectus agentis. Minor ex Aristo. colligitur tertio de anima, tex. cõm. 17. vbi dicitur q intellectus agẽs potest omnia facere quæ intellectus possibilis potest fieri. Secũdo probatur sic. Nullus effectus sensibilis potest ducere in quidditatiuã cognitionẽ substantiarũ separatarũ: ergo intellectus humanus cõiunctus corpori non potest quidditatiuè illas cognoscere, cõsequẽtia tenet: quia nihil est in intellectu quin prius fuerit in sensu. Antecedens verò probatur ex eo q effectus dupliciter potest in cognitionẽ quidditatiuã suæ causæ ducere. Vel per modũ similitudinis: sicut effectu vniuoco cognito eius causam quidditatiuè cognoscimus: propterea quia sunt eiusdẽ naturæ: & hoc modo clarũ est nullũ sensibile posse perducere ad substantiarũ immaterialiũ naturas: eo q differunt non solum specie: sed genere. Alio modo effectus ducit ĩ quidditatiuã cognitionẽ suæ causę: nõ per modũ similitudinis sed per hoc q demõstrat totã virtutẽ suæ causæ. Sicut intelligere ostẽdit totã virtutẽ animæ intellectiuę:

Opi. S. Tho. 1. p. te. q. 88. a. 1 3. cõtra Gen. c. 45. 2. meta. circa. tex. c. 1. T. c. 17.

lectiuè:&ideo ex tali operatione in eius quidditatiuã cognitionẽ ꝓcedimus.Nec hoc modo sensibilia valẽt ad cognitionẽ quidditatiuã intelligẽtiarũ nos perducere.Nullus em̃ effectus particularis adẽquat totã virtutẽ causæ vniuersalis:quodlibet aũt sensibile est effectus particularis vt materiales cõditiones eorũ cuiusq; ostendũt: igitur per nullũ sensibile in quidditatiuã cognitionem substantiarũ immaterialiũ quæ causæ vniuersalissimæ sunt puenire possum⁹ &c.Hæc de quito.

Ioan. de Gã.q.37 ante mediũ. Prima.

Quo ad sextũ cõtra hãc determinationem arguit supradictus Io. de Gandauo in tertio de anima multipliciter.Et primo cõtra illã particulã in cõclusione positã coniuncta corpori. Nulla forma impeditur à sua nobilissima operatione propter vnionẽ eius ad propriã materiã : sed intelligere substãtiarũ separatarũ quidditates, est nobilissima operatio animæ humanæ: vt patet primo &.10.ethic. Corpus aũt humanũ est eius propria materia.ergo aia humana ꝓpter vnionẽ ad corpus nõ impeditur à speculatione substãtiarũ immaterialiũ. Præterea ad idẽ. Anima humana aut nata est intelligere substantias separatas per suã substãtiã:aut per speciẽ influxã:aut per spẽm causatã ex phãtasmate. Si per suã substãtiã cum substãtia eius per vnionẽ ad corpus nõ impediatur poterit eas intelligere. Si per speciẽ à phãtasmate sumptã vnio ad corpus iuuabit.Si per spẽm influxã. quæritur cũo vnio ad corpus impedit: aut nõ permittit talẽ influxũ fieri:hoc em̃ nõ videtur rõnabile aliquo modo esse:quia generatio vnius spẽi non impeditur à corpore : nisi corpus habeat cõtrariã dispositionẽ dispositioni requisitę ad eius generationẽ. Verbi gratia.quia color exigit diaphaneitatẽ in aere:ad hoc vt recipiatur in eo:nullũ corpus impediet gñationẽ spẽi coloris:nisi habeat opacitatẽ:quę cõtraria est diaphaneitati:modo corpus humanũ nullã habet dispositionẽ cõtrariã dispositioni quã exigit receptio speciei intelligibilis influendę:vt patet.ergo. Et cõfirmatur ratio sic.Bonum simpliciter alicuius naturæ nõ impeditur propter bonũ simpliciter eiusdẽ naturæ.Quod em̃ impedit bonũ simpliciter alicuius naturæ est illi malum simpliciter:sed intelligere substãtiarũ immaterialiũ quidditates est bonũ simpliciter animæ humanæ, ergo non impeditur per vnionẽ ad corpus cũ hoc sit ei etiã bonũ simpliciter. Tertio arguitur cõtra cõclusionẽ ipsam ex dictis S.Tho. sic,isti dicũt ꝙ cognoscimus esse intelligẽtiarũ nõ quidditates:aut esse est idem quod quidditas:aut diuersum.Si diuersum : ergo vtrunq; sub nostra cadit cognitione. Quicũq; em̃ cognoscit diuersitatẽ aliquorũ cognoscit extrema illius diuersitatis:vt dicitur secũdo de anima,textu cõment.146. Si idẽ, ergo cognito vno cognoscitur & reliquũ. Si dicatur qđ cognoscimus illas quidditates: sed nõ perfectè. T.c.146 Cõtra. Primo quia hoc repugnat duobus dictis Thomistarũ : quorũ primũ est quod nos nõ intelligimus quidditates substãtiarũ separatarum, Secundũ est ꝙ cognoscimus esse illarũ nõ quidditates. Ex primo arguitur sic,homo nõ intelligit quidditates separatas. ergo nullo modo intelligit eas: tenet cõsequẽtia per locũ à toto in modo ad suã partẽ negatiuè.Ex secũdo dicto arguitur sic:ea cognitio negatur de quidditate quæ affirmatur de esse:sed esse nõ cognoscitur à nobis: nisi imperfectè: ergo cognitionẽ etiã imperfectã negare intendũt de quidditatibus.Si em̃ vtrunq; imperfectè cognoscimus : quare magis alterum negatur cognosci:aut alterũ affirmatur? Secũdo probatur,ꝙ respõsio in se sit falsa sic.Si imperfectè cognoscimus quidditates illas : aut hoc est: quia nescimus eas ita perfectè: sicut à seipsis cognoscũtur:& hoc nõ:quia hoc est ridiculũ vertere in dubium:aut quia nescimus eas perfectione debita nobis secundum nostrã naturam : & hoc est voluntarium:nulla enim ratione hoc conuinci potest : vnio nanque ad corpus hoc impedire non potest:vt probatum est.Hæc de sexto.

Cõfirmatio.

Tertia.

Secunda

Quo ad septimũ pro responsione ad hæc argumenta prenotandũ est,ꝙ secundũ doctrinã.S. Tho.prima parte.q.88.&.89.inter cognitionem animæ cõiunctæ & separatę hoc interest ꝙ coniuncta,sicut habet modum essendi cõcernendo corpus : ita habet modũ intelligẽdi cõuertẽdo se ad phãtasmata : ita ꝙ ex cõformitate modi operãdi ad modũ essendi sit,vt anima cõiuncta sit cõuersa ad phãtasmata secundũ intellectũ possibilẽ:vt passiuũ ad actiuũ : adeo vt nõ nisi ab illis cũ intellectu agẽte recipere possit species. Separata autẽ à corpore: sicut habet aliũ modũ essendi absq; corporis informatione : ita habet & alium modũ intelligendi : vt etiã ex cõformitate modi operãdi ad modũ essendi fiat vt anima separata cõuertatur secundum intellectũ ad superiora vt actiua:vt ab eis influxũ specierũ recipiat:vt pote in modo essendi similis illis reddita & corpore relicto liberior quodãmodo facta amplius phantasmatibus nõ alligata.Ex hoc autem oritur alia differẽtia:ꝙ.s. anima cõiuncta nõ potest substantias immateriales cognoscere : nisi per species à sensibilibus acceptas. Alligatus est em̃ eius intellectus phãtasmatibus. Separata verò potest illas per species proprias cognoscere: cũ cõuersa iam sit ad superiora. Nascitur quoq; ex his tertia differentia apud subtiliter speculãtes animam esse partem speciei & vniri corpori propter melius: quia.s.cognitio quã habet anima per species acquisitas est cognitio distincta & quidditatiua pertingens vsque ad vltimas rerum differentias. Cognitio autem quam separata ex speciebus influxis sortitur confusa est:& in communi res notificat. Cùm enim anima naturaliter sit pars hominis : naturalem modum intelligendi ex propria natura sibi vendicat per species acceptas à phantasmatibus intelligere & non per species influxas : hic enim modus intelligendi naturalis

1.par.qõ 88.ar.1. & qõ.89 arti.1. & 2.c.

Differũt aĩa separata & cõiũcta primo.

Secundo

Tertio.

ralis est intelligentijs ex sua natura: & ideo sicut intelligẽtiæ perfectã rerũ notitiã per species influxas hñt: sic anima per spẽs acquisitas de sensibilibus notitiã habere põt perfectã:spẽs em̃ influxę facultatẽ naturalẽ intellect⁹ eius excedũt. Est hic modus superiori ordini connaturalis & propri⁹:& animæ nõ cõuenit nisi per quãdã defectiuã participationem. Cùm sit præterea talis inter substãtias intellectuales ordo ꝙ quo ꝓximiores sunt primę,omnia per solã suã substãtiã intelligẽdo penetrãti : eo per vltiores spẽs rerũ notitiã per fectã naturaliter capiũt : vltima inter eas anima. Intellectiua ex natura sua adeo dearticulatas exigit spẽs vt singularũ quiditatũ singulas oporteat habere similitudines : ꝓpter qđ & corpori vniturvt eas inde accipiat.& ideo vis eius intellectiua cũ per species superiores:quales sunt influxę: intelligere tẽtat:opprimitur quodãmodo: & cõfusam tm̃ notitiã hẽt: sicut discipulus vniuersales cõceptus præceptoris apprehẽdere nõ valẽs absq; distincta cognitione remanet. Huius aũt signũ est ꝙ inter homines qui sunt perspicacis ingenij statim ꝓpositis principijs ad cõclusiones sese cõferũt:& ex eisdẽ principijs multas conclusiones speciales deducunt. Habitis autẽ ingenij nõ nisi principijs applicatis à præceptore ad singulas cõclusiones & in forma syllogistica : & cũ exẽplis materialibus distinctã percipiunt veritatẽ.Ex his iam potes intelligere ꝙ anima nec cõiuncta:nec separata quiditatiuã cognitionẽ substãtiarũ immaterialiũ hñe naturaliter põt:& qđ plus est: habes ex his ꝙ anima sepata per spẽs influxas: nec bouẽ:nec leonẽ: qditatiuè cognoscit : sed omnia præter suijpsius naturã in cõmuni nouit. Vbicunque autẽ alibi inuenies à sant Tho. dicit ꝙ aĩa separata qditates substãtiarũ immaterialiũ nouit, &c.recolito ab ipso vocari cognitionẽ quiditatiuã cognitionẽ eam q̃ habet de illis anima separata per propriasspecies quam habere non potest.

Ad primum.

Capis. 9. Capit. 8. Vt ipse. met Io. testatur i q.37.3. de aĩa.

Ad secundum aĩa solutio.

Ad primum.

Ad rationẽ igitur primam dicendũ est, ꝙ licet intelligere substantias immateriales sit nobilissima operatio animę intellectiuę:intelligere tamẽ eas quiditatiue est operatio sibi impossibilis:nec Arist.in primo,aut.10.ethico.dixit oppositũ:imo quæstio mota ab ipso in tertio de anima.tex.cõ. 36.nusquã soluta reperitur.Posuit enim felicitatẽ humanã in cõtẽplatione substantiarũ separatarũ nobis possibili quæcũq; sit illa. Similiter dicitur ad secundã ꝙ vnio animæ ad corpus nõ impedit cognitionẽ quiditatiuã substãtiarũ immaterialiũ quãdoquidẽ illa animæ secũdũ omnẽ naturæ stãtũ est impossibilis.Quod si hę duæ rationes formẽtur ad cõcludendũ animã vnitã posse habere talẽ notitiã substantiarũ immaterialiũ,qualẽ per earũ species separata habet. Respõdeatur ad primã negando ꝙ intelligere substãtias immateriales tali modo sit nobilissima simpliciter operatio animæ.licet sit nobilissima secũdũ quid : maiorẽ em̃ perfectionẽ simpliciter ponit in anima intelligere substãtias sensibiles distinctè & quiditatiuè:& substãtias immateriales per effectus sensibiles & cõmunia:q̃ itelligere ea incõfuso:licet sit secũdũ quid nobilior illa confusa intellectio: ex hoc ꝙ est per earũ species & immaterialiori modo. Vnde dico ꝙ nõ incõuenit animã nostrã impediri ab operatione nobilissima secũdum quid propter perfectionẽ sibi nobilissimã simpliciter acquirendã ex vnione ad propriã materiã: vnde nõ sequitur vnionẽ esse præter naturalẽ:sed naturalissimã: vt pote ꝓpter perfectionẽ suã simpliciter : & præsertim quia cognitio illa quã habet separata est sibi quasi præternaturalis : sicut & modus essendi quẽ habet &c. Ad secundã dicatur quod impeditur anima ex vnione ad corpus ad receptionẽ talis influxus ex hoc ꝙ modũ essendi in corpore sequitur modus operãdi nõ nisi per cõuersionẽ ad phãtasmata: naturalis em̃ cõuersio animæ ad phãtasmata est impeditiua cõuersionis ad superiora. ꝓbatio autẽ cõtra hoc nihil facit: cõtingit em̃ alio modo impedimẽtũ dari:vt iam patet. Ad cõfirmationẽ dicitur, qđ minor est falsa.Intelligere em̃ substãtias immateriales tali modo est bonũ animæ secũdũ quid:& nõ simpliciter : vnio verò ad corpus cũ sequẽtibus ipsam est bonũ eius simpliciter. Ad tertiũ dicitur quod siue esse & essentia distinguãtur : siue sint idẽ nõ variatur propositũ.in Deo em̃ sunt idẽ : & in alijs intelligẽtijs distinguũtur & tamẽ eandem de vtrisq; proferimus sententiã dicẽtes quod cognoscimus esse:nõ quidditatẽ.Respõsio ergo ibi data vera est:qua dicitur ꝙ cognoscimus quiditatem imperfectè.Nec hoc repugnat dictis Thomistarum.Non quidem primo:quia illud debet intelligi de cognitione quiditatiua : & non de quacunque cognitione:vnde non valet, ergo nullo modo cognoscim⁹:sed,ergo nullo modo cognoscimus quiditatiue. Secundo autem dicto nullatenus aduersatur.Cũ enim dicimus quod cognoscimus esse & non quiditatem(assueti peripatẽticis sermonibus)intendimus quod scimus de illis terminare quæstionem an est,quæ de esse querit:& quod nescimus de eis terminare quæstionẽ quid est quę quiditatem scrutatur:& si secundum aliquod prædicatũ quiditatiuũ terminare illã nouerimus notitiam illã(quia & nõ quiditatiuã vocamus)sequẽtes Aristo. vestigia qui notitiã rei per cõmunia, notitiã quia in posterioribus analyticis appellat. Et ꝓpter hoc ea notitia proportionaliter negatur de quiditate à Thomistis in proposito quæ affirmatur de esse:quia notitia de ꝓpria quæstione quiditatis nõ haberi dicitur. notitia verò de propria quæstione ipsius esse nõ caremus.Ad vltimum quo probatur quod responsio sit falsa in se. Dico quod ideo dicitur intellectus noster imperfectè substantias immateriales cognoscere : quia non quidditatiuè potest eas apprehendere & magis imperfectè in hac vita: quia per species aliorũ.Et licet primo modo eas

Secundo poste.t. cõ.6.

cogno-

cognoscere sibiipsis tãtũ cõueniat: & ridiculũ esset dubitare an id quod cõuenit solis intelligẽtijs cõueniat alijs: necessariũ tamen est dubitare an cognoscere eas quidditatiuè sibi solis: an etiã animæ nostræ conueniat: quod secundo modo eas cognoscere sit nobis in hac vita impossibile: nõ voluntariè: sed ratione cogente dicitur. Corpus
In.9. enim vnitum animæ animam ad sensibilia conuertit, vt declaratum est & c.

Hoc tamen sciendũ, q̃ non eodem modo sumitur genus & differentia in illis substantijs & in substantijs sensibilibus. Quia in sensibilibus genus sumitur ab eo qđ̃ est materiale in re: differentia verò ab eo qđ̃
5. Meta. cap. 6. est formale in ipsa. Vnde dicit Aui. in principio libri sui de anima, q̃ forma in rebus cõpositis ex materia & forma est differentia simplex eius quod constituitur ex illa: non autem ita q̃ ipsa forma sit differentia, sed quia est principiũ differentiæ, vt idem dicit in sua meta. & dicitur talis differẽtia esse differẽtia simplex, quia sumitur ab eo quod est pars quiditatis rei. s. à forma. Cũ autem substantię spirituales sint simplices quiditates, non potest in eis differentia sumi ab eo quòd est pars q̃ditatis, sed à tota
In princi pio. q̃niditate, & ideo in principio de anima dicit Auic. quod differentiam simplicem nõ habent, nisi species: quarum essentiæ sunt compositæ ex materia & forma. Similiter etiam in eis ex tota essentia sumitur genus modo tamen differenti: vna enim substantia separata conuenit cum alia in immaterialitate. Differunt autem abinuicẽ in gradu perfectionis secundũ recessum potẽtialitate & accessum ad actũ purũ. Et ideo ab eo quod sequitur illas inquantum sunt immateriales, sumitur in eis genus: sicut intellectualitas vel aliquid hmõi. Ab eo autẽ qđ̃ sequitur in eis gradũ perfectionis sumit̃ in eis differẽtia, nobis tamẽ ignota.

Nota qđ̃ in substãtia cõi. 4. reperiuntur. Ponitur hic secũdũ notatũ: quo vnde sumatur differẽtia: & vnde genus in substãtijs immaterialibus declarat opposita cõparatione ad substãtias sensibiles. Ad cuius euidentiã scito q̃ in rebus cõpositis ex materia & forma quatuor intelligũtur s. materia quæ est altera pars cõpositi specifici: forma reliqua pars: tota quidditas vt habet ratione perfectibilis vlteriori perfectione formali: & ipsamet tota quidditas: vt habet vltimã perfectionẽ formalẽ. v. g. in homine potes cõsiderare materiã in qua sua forma recipitur: & formã in illa receptã. Aduertes etiã ipsum hominẽ inquãtum est substãtia: est em̃ homo substãtia: & vt substãtia habet rationẽ perfectibilis per corporeũ: per rõnale & c. Aduerte etiã hominẽ inquãtũ est rationalis naturæ: quæ est vltima eius perfectio formalis. Hæc aũt quatuor ita se hñt ad genus & differẽtiã q̃ & materia quæ est pars & ipsum totũ: & perfectibile fundãt genus: diuersimodè tñ. Forma verò quę est pars & ipsum totũ: vt posteriori perfectiõe formali perfectũ fundãt dr̃iam diuersimode etiã. Cũ em̃ genus ptãte contineat dr̃ias: incõpleteq̃; ac in potẽtia rei naturã explicet: totũq̃; sẽdm id quo adhuc perfici põt importet: radix aũt potẽtialitatis in rebus sensibilibus sit materia: merito à toto sẽdm q̃ posibile est formaliter perfici: & à materia ipsa sumi dicitur. Simili ter cũ dicere sit diuidere terminare & actuare genus totũq̃; sẽdm posteriorẽ perfectionẽ & actualitatẽ explicare: radix autẽ actualitatis & pfectionis sit forma: meritò à toto sẽdm q̃ perfectũ est: & à forma dr̃ia sumit̃. Diuersimodè verò fundãt genus & dr̃iam partes ipsæ rei materia. s. & forma & quidditas tota vt perfectibilis & perfecta. Sumitur em̃ genus à tota essentia vt habet rationẽ perfectibilis tanq̃ à re formaliter significata seu denominata ab ipso. A materia verò tanq̃ à radice sui formalis significati. Similiter dr̃ia sumitur à tota essentia sẽdm vlteriorẽ perfectionẽ tanq̃ à re formaliter significata seu denominata ab ipsa: à forma aũt vt à radice sui formalis significati: nõ. n. materia quæ est pars hominis denominat̃ eius genus: neq; forma dr̃ia: sed ipse hõ vt substãtia vt aĩal gñis denominationẽ sortitur: vt corpo
T. c. 33. T. cõ. 9. Cõ. 49. reus vt rõnalis dr̃iæ denominationẽ habet. Et ꝓpterea quia genus & dr̃iam radicaliter fundant materia & forma: ideo ab Arist. 7. Meta. text. cõ. 33. dicitur q̃ sicut se habet tota ratio ad totã rem: sic pars rõnis ad partẽ rei. &. 8. Meta. tex. cõ. 9. inuenies genus sumi à materia & dr̃iam à forma. Præterea & Cõm. 2. cœli cõm. 49. ait, q̃ sic corpora cęlestia cõueniũt in gñe & differũt in spẽ sunt composita ex materia & forma. Inuenies quoq; quia genus & dr̃ia à tota essentia sumũtur vt à re significata nomine primæ intẽtionis: & denominata nomine secũdæ intẽtionis: & nõ à parte: illustres viros dicere quãdoq; q̃ genus nõ sumitur à materia: & dr̃ia nõ sumitur à forma: quorũ cũ in tuitus fueris rõnes: supradictis nõ aduersari videbis. Quæ cũ ita sint in substãtijs materialibus ad substãtias immateriales ascẽdẽdo genus sumi nõ dicimus à materia: nec differẽtiã à forma: quia carẽt his partibus: vnde restat vt à tota essentia tã genus q̃ differẽtia nõ solũ formaliter sed etiã radicaliter in eis sumatur. Propterea & Aui. (vt in litera dicitur) assignat diuersitatẽ inter differentiã substantiarũ cõpositarũ & simpliciũ dicens q̃ differẽtia in speciebus cõpositis ex materia & forma est simplex. Differentia verò rerũ nõ cõpositarum

Genus sumitur à toto cõposito & parte materiali.

Differentia sumitur à toto cõposito & parte forma li.

tarũ nõ: & vocat differentiã simplicẽ eã quæ non à toto radicaliter: sed à parte eius exit quæ simplex est. Sumũtur ergo ex tota essentia in substãtijs immaterialibus genus & differẽtia: sed differẽter: q̃a genus sumitur ex tota essentia secundũ id quo essentialiter vna alteri assimilatur: cõueniũt em̃ intelligẽtiæ in aliquo p̃dicato quidditatiuo. Differẽtia verò sumit̃ à tota essentia sẽdm id quo vna differt substãtialiter ab alijs: & hic est certus formalis pfectionis gradus indiuisibilis formaliter: quẽ quãto aliqua intelligẽtia ꝓximiori purissimo actui Deo glorioso sortita fuerit: tãto perfectior erit: per hoc em̃ differũt inter se, q̃ vna altera propinquior est actui puro & plus à potentialitatis natura recedit.

Genus & differẽtia in simplicibus sumũtur à tota q̃ iditate.

Ad maiorẽ horũ intelligentiã altius exordiendũ est. Sciendũ est nãq; q̃ aliud est loqui de gene re & differẽtia simplieiter: & secundũ ea quæ sibi accidũt & per se cõueniũt. Aliud est loqui de eis secundũ q̃ ad tales naturas applicãtur. Si em̃ loqui mur de eis secũdum se: sic ad vtriusq; generis. s. & differẽtiæ) rationẽ exigitur & sufficit q̃ differẽtia quidẽ explicet certũ & limitatũ gradũ entis nõ ex traneæ naturę à natura generis: cuius est diuisiua formaliter: genus verò explicet certã naturã determinabilẽ formaliter. Et primũ quidẽ horum quæ de differẽtia dicimus: sequitur ex eo q̃ differẽtia aduenies generi cõstituit speciẽ: & ponit ipsam in determinato gradu entis: illo. s. quẽ expli
T. c. 10. cat: vnde. 8. meta. cõ. 10. Spẽs numeris assimilãtur: eo q̃ sicut numeros substracta: aut addita vnitas variat: sic differẽtia addita vel substracta entibus ipsa diuersificat. Secundũ autẽ sequitur ex eo q̃ differẽtia diuersificare genus debet: ita vt nõ solũ ipsa species sit altera ab altera specie: sed natura generis in hac specie sit diuersa à natura generis in alia specie: vt. 10. meta. tex. cõ. 24. habetur. Vnde in. 11. de animalibus ait Aristo. q̃ si debeat diuidi figura: differẽtiæ eius nõ erunt habere angulos
T. cõ. 24 æquales duobus rectis & habere angulos æquales multis rectis: quia hæc accidẽtia sunt figuræ. Genus autẽ certã naturam significare oportet vt trãscendẽtia excludãtur. Determinabilẽ verò formaliter: vt specialissima segregẽtur. Si autẽ loqua
No. hic profúdiss. dicta & pulcherrima mur de genere & differẽtia vt applicãtur ad substãtias materiales: sicut genus nõ solũ explicat rẽ vt determinabilem formaliter: sed etiã radicaliter sumitur à materia: & differẽtia similiter nõ solũ significat determinationẽ & actuationẽ gñris: sed sumitur radicaliter à forma: sed hæc accidũt generi & differẽtiæ ex eo quod essentia cuius sunt est cõposita & realiter integrata ex duobus principijs: materia. s. determinabili & forma terminãte. Per se em̃ cõuenit animali quod significet naturã sensitiuã determinabilẽ formaliter per rationale. Sed quia natura sensitiua habet quod sit terminabilis per rationale ex hoc quod habet materia ideo accidit huic generi quod est animal (inquantũ est genus) quod sumatur à materia: vnde si natura sensitiua esset determinabilis per rationale & nõ ratione materiæ nõ minus animal esset genus. Similiter rationale per se habet quod significet ratiocinatiuã perfectionẽ essentialiter determinatiuã naturæ sensitiuæ: sed quia gradus intellectiuus habet quod determinet sensitiuã ex eo q̃ anima intellectiua est forma corporis: ideo accidit huic differẽtiæ. si rationale in quantũ est differẽtia quod sumatur à forma. Nõ minus em̃ rationale esset differẽtia si perfectio ratiocinatiua determinaret sensitiuam ab sq; eo quod informaret anima corpus. Propter hoc communiter dicitur quod sumitur genus ab eo quod est materiale potius q̃ à materia: & differẽtia sumitur ab eo quod est formale potius q̃ à forma. Illud cõuenit eis per se: hoc autẽ per accidens: cũ autẽ substantiarũ immaterialiũ simplex essentia sit determinata & difinita ad certũ perfectionis gradũ (cũ infinitę entitatis nõ sit) cõsequẽs est vt in ea sit: vnde genus & differentia sumi queãt. Ex hoc em̃ quod naturalimitata est ex ipsa determinatione sumitur differentia. Ex natura autẽ cõmuni quæ determinari intelligitur: sumetur genus. Ex eo verò quod simplex est seipsa terminatur: ita quod nõ habet duas partes reales: quarũ altera terminetur & altera terminet: sicut substãtiæ sensibiles habẽt materiã & formã. Et sic in acceptione generis & differentiæ in substãtijs immaterialibus saluatur id quod est per se. s. quod genus significet certã naturã formaliter determinabilẽ. Et differentia explicat determanatã perfectionẽ substantialẽ formaliter constitutiuã illius in certo gradu entis: licet nõ saluetur id quod est per accidẽs. s. quod genus sumatur à materia: differentia verò a forma.

Ad profundiorẽ huius rei perscrutationẽ notandæ sunt tres propositiones. Prima est quod omne indiuiduũ distinctũ realiter à suo esse habet plura prædicata quidditatiua: quorũ successũ magis ac magis appropinquat ad suũ esse. Secunda ꝓpositio est ista. Inter prædicata quidditatiua supradicta talis est ordo: q̃ tãto vnumquodq; est actualius quo appropinquat ad esse: & tanto est potẽtialius quãto remotius est ab esse. Declarantur primo exẽplariter: deinde ratione propositiones istæ. Sortes distinctus realiter à suo esse existẽtiæ habet plura p̃dicata quidditatiua. s. substantiã corpus viuũ: animal: homo: & certũ est q̃ sortes inquantũ substantia valde elõgatur à sua existentia: exigitur em̃ ad hoc q̃ sortes sit non solũ q̃ sit substãtia: sed etiã q̃ sit corpus: cũ autẽ acceperis sortẽ inquantũ corpus vicinior apparebit ad existentiã habendã: licet adhuc satis elõgetur ab illa: exigitur em̃ ad hoc q̃ sortes sit nõ solũ q̃ sit substãtia corporea: sed etiã q̃ sit viuens: & cũ cõsideraueris sortẽ vt viuũ: videbis magis appropinquare ad esse: tñ adhuc remotũ. Exigitur em̃ ad hoc q̃ sortes sit non solum q̃ sit substãtia animata. sed etiã q̃ sit animal: & cũ inspexeris ipsum inquãtũ animal: proximiorẽ ad essendũ inuenies: adhuc tamen

tamen remotũ ex eo ꝙ exigitur ad hoc ꝙ sortes sit non solũ ꝙ sit substãtia aĩata sensibilis: sed etiã rõnalis (nihil em̃ põt in rerũ natura sub aliquo genere cõtineri quod nõ sub aliqua spẽ cõtineat) cũ aũt cõsideratus fuerit vt substãtia aĩata sensibilis rõnalis: tũc iã esse actualis existẽtiæ susc̃ipere põt: nihil em̃ aliud formale intrinsecũ exigit ad hoc ꝙ sit: licet requirant̃ cãæ extrinsecæ & ꝓprietas individualis: vt cõditio existẽtis. Patẽt aũt adducta p̃dicata ita se habere ꝙ semper id quod ꝓpinquius se habet ad existentiã cõparatũ ad remotius se habet vt actuale ad potentiale: sicut homo ad aĩal: aĩal ad viuũ: viuũ ad corpus: corpus ad substãtiã. Et ex consequẽti id qđ proximius est ipsi esse est actualius: illud verò qđ remotius est ab esse est potẽtialius: & sic patet vtraq; ꝓpositio exẽplariter. Probãtur rõne istæ ſcĩæ positiões

Ratione aũt probo. cũ enim esse sit actualissimũ oĩm quæ sunt in re: & tantæ actualitatis: vt nõ nisi cõpletæ essentiæ actus ꝓpri⁹ fit: ad hoc ꝙ essentiæ eius receptiuũ fiat: oportet intrinsecè completam & determinatam esse: sicut ad hoc ꝙ aer recipiat lumen: oportet prius ꝙ perficiatur à diaphaneitate, terminat̃ aũt perficitur & cõplet̃ substantia his prædicatis quidditatiuis: & ideo quãto p̃dicatũ quidditatiuũ erit magis essentia determinatũ magis appropriabit ipsam adhoc ꝙ sit receptiuũ propriũ ipsius esse. Et ꝙ oppositũ quanto p̃dicatũ quidditatiuũ est minus determinatum essentiæ: tanto minus eã appropriat ad hoc ꝙ capax sit ipsius existẽtiæ: & qa vnũquodq; quãto est ꝓpinquius actualissimo: tãto est actualius & quãto remotius ab illo: tãto est potẽtialius. Idcirco inter p̃dicata quidditatiua talis est ordo ꝙ ꝓpinquius ipsi esse est actualius: remotius verò potentialius.

Regula gñralis à qu oſumitur gen⁹ & dr̃ia.

His duabus propositionibus: postq̃ tertiã addideris. ſ. ꝙ genus sumit̃ ab eo qđ est vt potentiale. Dr̃ia verò ab eo quod est vt actuale: cõficiet̃ regula gñalissima: ꝙ genus & dr̃ia in oĩbus sumuntur à tota essentia rei secundũ elongationẽ & propinquitatẽ ad ipsum esse existentiæ. Dr̃ia em̃ vltima cũ sit cõstitutiua speciei: & propriũ illi inter entia gradũ donet: vltimũ cõplementũ ipsius essentiæ est: ad hoc ꝙ sit. Vltra eã em̃ (vt iam dictũ est) indiuiduũ nullum aliud cõplementũ intrinsecũ expectat vt sit. Genus quoq; gñalissimũ cũ essentiam maximè determinabiliter explicet: ab eo sumit̃ quo essentia ipsa ab existẽtia magis est elongata: vtpote determinabilis & perfectibilis oĩbus differẽtijs ad hoc vt esse susc̃ipere possit. Gña verò & dr̃iæ intermediæ ab intermedijs sumunt̃ (& propter hoc dicit̃ ꝙ diffinitio explicat diffinitũ à prima potẽtia vsq; ad vltimũ actũ) includit siquidẽ primũ genus quod sumit̃ ab eo quo primo essentia ipsa põt habere esse: & oẽs dr̃ias qb⁹ paulatim essentia determinat̃ & actuat̃ vsq; ad vltimã differentiam quæ est actus vltimo determinãs & perficiẽs ipsam: vt esse habeat, ꝓterea & Porphyrius ait ꝙ secundũ interius perscrutantes dr̃ia est quæ conducit ad esse. Nec propter hoc qđ diximus in

Capit. de differentia.

tendimus ꝙ genus & dr̃ia sumant̃ ab esse actualis existentiæ: scimus em̃ diffinitiones abstrahere ab esse: sed intẽdimus ꝙ genus & dr̃ia sumunt̃ (vt vere bis S. Tho. vtamur) ab ordine ad esse actualis existentiæ. Ab ordine aũt dicimus non relatione ordinis: sed fundamẽto eius ab eo. ſ. quo essentia ꝓpinquat vt receptiuum ad ipsum esse & ab eo quo essentia elõgatur ab ipso. Et secundũ hoc habes vnde in intelligentijs: substantijs materialib⁹ & accidẽtibus sumãtur genus & dr̃ia: vt facilè est cuilibet exercitato deducere in singulis. Et ꝓpter hoc solus Deus caret genere & dr̃ia: quidditas em̃ sua cũ sit sua existẽtia actualis: non põt cõcipi vt elongata ab existẽtia vel ꝓpinqua illi. Vnde sufficientissimã cãm S. Tho. in principio hui⁹ capituli assignauit: quare Deus non sit in genere, & intelligentiæ sint in prædicamẽto: quia ille est suũ esse: istarum aũt essentia distinguitur ab esse ꝓprio.

Nec oportet has differentias esse accidẽtales: quia sunt secundum maiorem & minorem perfectionẽ, quæ non diuersificat speciem. Gradus enim perfectionis, in recipiendo eandem formam, non diuersificat speciem: sicut albius, & minus albũ, in participando eiusdem speciei albedinem: sed diuersis gradibus perfectionis, in ipsis formis vel naturis participatis, diuersificat speciem: sicut natura procedit per gradus de plãtis, ad animalia, per quædã, quæ fiũt media inter animalia & plantas: secũdum Philosophum, in libr. de animalibus.

Hic excluditur prima obiectio, dictũ est em̃ ꝙ dr̃ię in intelligentijs sumunt̃ à diuersis perfectiõis gradibus quib⁹ vna altera propinquior est actui primo. Cõtra hoc instat̃ sic, quæcũq; differunt secundũ actũ perfectũ & minus perfectũ: differunt solũ accidẽtalibus differẽtijs: intelligentię differũt non nisi secundũ magis & minus perfectũ, ergo differũt solũ accidẽtalibus differẽtijs, ꝓcessus bonus, conclusio verò est falsa: ergo altera præmissarum, non maior vt probabit̃, ergo minor: quæ est positio supradicta. Probatio maioris est: quia magis & minus non variant speciẽ: albedo em̃ perfecta & minus perfecta vnius speciei sunt, quæcũq; aũt sunt eiusdẽ speciei accidẽtalibus solũ differentijs distinguunt̃: cũ in oĩbus essentialibus conueniant. Hanc obiectionẽ excludit hac pulchra distinctione. Perfectius & minus perfectũ põt attẽdi vel penes modum habendi aliquam formã vnã simpliciter: vel penes ipsas formas habitas magis & minus, primo modo non variant speciẽ: sed secũdo modo, quæcũq; em̃ ita se habent ꝙ secundũ diuersos gradus perfectiõis atomam susc̃ipiũt formam solo numero vt sic distinguunt̃; vt patet de albo. vt. 4. de albo. vt. 6. Ea verò quæ diuersos gradus perfectionis non eiusdẽ formæ sed pluriũ formarum

marũ susc̃ipiũt essentialiter seu specificè distingui necesse est: vt patet de hoĩe & boue. Vñ patet respõsio ad obiectiões: ꝙ primo mõ minor est falsa secũdo mõ maior. Cuius probatio ideo videt̃ sine additiõe vulgata, quia cõparatio denotata per ly magis & minus nõ fit propriè nisi in atoma specie: vt dicitur septimo physi. in commen. 27.

t. cõ. 27.

Nec iterũ est necessariũ, vt diuisio intellectualiũ substãtiarum sit semper per differentias: veras quia hoc impossibile in omnibus rebus accipere, vt Philosophus dicit, in vndecimo de animalibus.

Cap. 30.

Hic excluditur secũda obiectio. Obijcitur em̃ cõtra idẽ dictũ sic, vbicũq; sunt verũ genus & verę spẽs: ibi debet esse artificialis diuisio illius gñis per duas veras dr̃ias: sed in intelligẽtijs inuenit̃ verũ genus & verę spẽs, ergo ibi debet esse diuisio ꝙ duas dr̃ias veras: cõclusio est cõtra diuisionẽ supra assignatã, qua dictũ est: genus intelligẽtiarũ descẽdit ad suas spẽs per magis perfectũ & minus pfectũ: quę nõ sunt verę dr̃ię. Maior verò probat̃ ex eo ꝙ vbi verũ genus cũ veris spẽbus inuenit̃ oportet eẽ diuisiuas ipsius gñis & specierũ cõstitutiuas dr̃ias ex eo aũt ꝙ diuisio est sc̃dm artẽ debet esse bimẽbris: vt Boetius testat̃. Hãc obiectionẽ excludit S. Tho. dicẽs maiorẽ esse vniuersaliter impossibilita-

In lib. di uisionũ. Cap. 3.

tẽ secũdũ Arist. sententiam in. 2. libro de aĩalibus. Ad cuius euidẽtiã notãdũ ꝙ cũ verę dr̃iæ appellẽtur dr̃iæ positiuæ nõ extraneæ cõtrariæ inter se cõuertibiles cũ his quorũ sunt dr̃iæ: vt ibi dicit Aristo. c. 3. Genus illud qđ plures duas spẽbus cõtinet immediatè non potest diuidi duabus veris differentijs sed si veris differentijs diuidendum erit potestatem eius euacuantibus, oportet quòd diuidatur pluribus duabus: & sic diuisio non erit bimẽbris: si em̃ diuisiõe bimẽbri partiẽdũ erit: oportet alterã dr̃iam esse nõ verã, erit em̃ cũ priuatione accepta alterius. Sicut si aĩal immediate cõtineat hominẽ bouẽ & leonẽ: oportet tribus veris dr̃ijs diuidi vel altera vera, puta rõnali: altera nõ vera sed priuatiua cõi reliqs duab⁹, puta irrõnali. Quia igit̃ inueniũtur aliquæ res in mũdo plures duab⁹ contentę imediatè sub aliquo cõi formaliter diuisibili ideo dr̃ ꝙ impossibile est vł, ꝙ oĩs diuisio fiat per duas dr̃ias veras: & hoc in proposito nr̃o accidit.

Cap. 5.

Cũ em̃ intelligẽtiæ careant gñe sub alterno: vt S. Tho. in tractatu de natura gñis. c. 5. testatur, eo ꝙ perfectio earũ ex pluribus cõiunctiõibus dr̃iarum nõ cõsurgit: sicut pfectio specierũ in istis inferioribus: quibus nõ sufficit genus cõe & dr̃ia, oẽs imediatè sub vno gñe cõtinebuntur, & sic genus earũ si veris dr̃ijs ad illas descendere debet: oportet multimẽbrẽ fieri diuisionẽ nobis ignotam: ꝙ si bipartita diuisione cõtrahendũ erit alterã simpliciter necesse est esse nõ verã: quia priuatiuã: alterã propter debilitatẽ intellectus nr̃i ad nullã propriã earũ dr̃iam ascẽdere potentis necesse quoq; est esse non verã. Tales aũt fuerũt differẽtiæ in litera assignatæ. ſ. magis perfectũ & minus perfectũ. Ex his iã patet respõsio ad obiectionẽ, declarata imposſibilitate maioris vniuersaliter. Boetij vero dictum nõ obstat: quãuis enim dicat diuisionẽ omnẽ ad bimẽbrem reduci, non tñ dicit ꝙ omnis bimembris fiat per differẽtias veras inferiorum per illam diuisionem accipiendorum.

Tertio mõ inuenitur in substãtijs cõpositis ex materia & forma, in quibus & esse est receptum & finitũ propter quod & ab alio esse habent: & iterũ natura vel quidditas earũ recepta est in materia signata: & ideo sunt finitæ & superius & inferius, & in eis iam ꝓpter diuisionẽ materiæ signatę posſibilis est multiplicatio indiuiduorũ in vna spẽ & in his substãtijs q̃liter se hẽat essentia ad intẽtiões logicas supra dictũ ẽ.

Cap. 4.

In hac quarta & vltima pte huius capituli quatuor colligit de essentijs substantiarũ cõpositarũ. Prima est ꝙ esse earũ est limitatũ: quia habent illud ab alio: vt pote distinctum realiter à se: & per hoc primo distinguitur à primo ente: cuius esse est infinitũ, & idẽ realiter suæ quidditati. Secundũ est ꝙ essentia earũ est recepta in materia signata: sunt enim in hoc vel illo: ad hic & nunc determinata: sicut formale per suũ materiale. Tertiũ quod exijstis duobus corollariè sequitur: est ꝙ sunt finitę superius & inferius. Superius quidem quia habent esse limitatũ: & essentia earũ per ipsum esse quod vt superius respicit terminatur. Inferius verò quia recipiuntur earum formæ in materia & ipsę adhoc illud terminãtur, quæ respiciũt vt inferius: per hoc ꝙ in his & illis conditionibus materialibus recipiuntur, tanquam in parte materiali. Quartum est ꝙ essentia earũ est multiplicabilis numeraliter in eadem specie propter materiæ signatæ diuisionẽ. Et per hæc tria differunt ab intelligentijs in secundo ordine positis: quæ immunes à materia infinitęq; inferius parem sibi non compatiuntur. Et sic terminatur tractatus secundus huius libri.

c. 1. in fi.

¶ Caput septimum.

NVnc autam restat videre qualiter essentia sit in accidentibus quomodo autẽ sit in omnibus substãtijs dictũ ẽ & qa vt dictũ est essentia per diffonẽ significat: oportet ꝙ eo mõ habeat essentiã quo habẽt diffinitionẽ. Diffinitionẽ autem habẽt incõpletam: quia nõ possunt diffiniri nisi ponatur subiectum in eorum diffinitione: & hoc ideo est: quia non habẽt in se esse absolutũ perse à subiecto: sed sicut ex forma & materia relinquitur esse substantiale quando

Quo ad primum quidã opinantur accidentia cõmunia genito & corrupto esse eadẽ numero in in vtroq; inter quos aliqui quibusdã verbis Auerroys nixi tali distinctione suam promũt imaginationẽ. Accidentia cõmunia genito & corrupto habẽt duplicem modum essendi: terminatũ scilicet & interminatum. Accidentia interminata vocãt essentias accidentium absq; limitatione ad talem vel talem gradum. Accidentia vero terminata dicunt essentias accidentium limitatas ad hunc vel illum gradum: accidentia interminata ponũt eadem numero esse in genito & corrupto: non autem terminata: vnde sicut quãtitas interminata cõis expresse à Cõmen. & eadem in omnibus ponitur ita calor interminatus cõis: & idẽ est in aere & igne. Confirmatur autem opinio ista auctoritatibus & rõnibus. Aristoteles em primo de gñatione, tex. com. 23. dicẽs in his autẽ si aliqua manẽt in genito & corrupto: puta qñ ex aere & aqua si ambo diaphana aut humida &c. ostẽdit non esse inconueniẽs ꝙ aliquod idẽ accidens sit in genito & corrupto. Et in secundo de generatione. text. com, 25. vult expresse quod in habentibus symbolũ est facilior transitus. quia est facilius corrumpere vnũ quã duo. Auerroys quoq; in libro de substantia orbis, nõ longe à principio dicit nõ solũ dimẽsiones interminatas quas simplices vocat remanere eadẽ in genito: sed vniuersaliter qualitates omnes cõmunes genito & corrupto. Ratio autem prima ad hoc est: quia si qualitates disponentes materiã rei corrũpendę ad nouam formã corrũpuntur: quæritur quid educit formã generandam? nõ põt dici quod illud sit agens extra: quia hoc non põt facere nisi per qualitates medias introductas in materia: qualitates autem illę corrũpi dicuntur ab aduersario ante inductionem formę: ergo remanet quod nihil sit quod educat formam: quod est impossibile. Præterea qualitas symbole quæritur à quo corrumpuntur cũ nullũ cõtrariũ appareat: & frustra corrumpi res censeatur in aliquo instanti in quo eandem opus generari. Prætera figura cadaueris, organizatio, & cicatrix & si qua sunt hmõi si non remanẽt eadem: quæritur à quo generãtur: cũ & non possit dici, à quo generãtur per modum sequelæ: oportet ꝙ nullũ sit generans. Quod autem non generentur per modum sequelæ, probatur. Accidentia em aliqua ideo cõsecutiuè generãtur: quia dans formã dat consequentia ad formam modo ista accidentia repugnãt formæ magis quam sequãtur eam: cuius signum est: quia sub forma cadaueris ad corruptionem tendunt. Et hæc de primo.

rũdã opi. Inde sub stãtia orbis. ca. 1. & primo phy. 66.

T. c. 23.

T. c. 25. Cap. 1.

B

C

D

Quo ad secundũ sciendũ est Thomistarũ esse opinionem: nullum accidẽs esse idem numero in genito & corrupto. Sequitur enim hoc necessario ex nostris principijs. Nam si nullum accidens est subiectiuè in materia: & non datur nisi vna forma substantialis in composito: impossibile est idem accidens remanere idem numero. migra

op. tho. mistarũ.

ret siquidem accidens de subiecto in subiectũ: & esset idem & non idem. Necrõnes pro nunc ad hanc cõclusionem afferã. quia oportet ad hoc effi caciter probandũ probare illud principiũ. ſ. ꝙ in cõposito est tantũ vna forma substãtialis. Sed declarabo qũo hoc fit possibile: & qũo ꝺfendẽda est

Accidens quatuor modis corrũpit.

ab aduersarijs positio nostra. Sciendum estigitur accidens quadrupliciter corrũpi. Primo per alterationem oppositam suo contrario: vt frigus à calido. Secundò ad absentiã conseruatiui agẽtis: vt lumen in aere desinit sole recedẽte. Tertiò ad corruptionem subiecti vt risibilitas corrumpitur homine mortuo. Quartò ad corruptionem termini: vt similitudo desinit cõsimili perempto. Et quia quot modis dicitur vnum oppositorũ, tot modis

Quatuor modis generat accidens.

dicitur & reliquum: accidẽs generatur quadrupliciter. Primo ab agente sibi simili per transmutationem: sicut aqua calefit ab igne calido. Secũdò ad præsentiam agentis in fieri & esse: vt lumen in aere fit à sole præsente. Tertio ad generationẽ subiecti: vt risibile generatur homine genito. Quartò ad generationem termini: vt sorte solo albo existente statim ad alterius albi generationem cõsurgit in sorte similitudo. Et licet omnibus istis modis contingat accidens secundũ totã latitudinem corrumpi: nullus tamen illorũ modorũ conuenit accidentibus omnibus nisi tertius. Commune nã que est omnibus accidentibus corrũpi eorũ subiecto corrupto: cum accidẽtis esse sit in esse. & ideo sufficiens causa corruptionis accidentiũ redditur qñ subiecto corruptio assignatur. Vnde cum ex aere fit ignis: licet nõ oporteat corrumpi calorem aeris: sed potius intendi: quia tñ aer qui subiectũ illius est corrũpitur: necesse est ipsum quoq; calorem corrumpi absq; contrario ad solum subiecti defectum. Propterea apparet qualiter peccẽt peccato fallacię consequentis argumẽta ea quæ qualitates symbolas & dispositiones pro forma introducenda facientes: quia carent contrario corrumpente: remanere inferunt. Et notãdum, quod qñ accidens generatur ad generationem subiecti vel corrumpitur ad corruptionem subiecti: tũc cum eadem actio terminetur ad vtrunq;: ad subiectũ per se, & ad accidens cõsecutiuè non oportet quæ rere aliud generans vel corrumpens nisi generatiuum vel corruptiuum subiecti: idem em̃ est agens quod vtrunq; simul & eadem operatione facit: sicut cum ignis ex aere ignem generat: alterãdo aerem in fine alterationis aerem corrumpit per se & consecutiuè calorem introductum: & vniuersaliter omnia accidentia, quæ in aere subiectiuè erãt ea consecutionis necessitate: qa accidens sine subiecto proprio remanere non põt & in eodem instanti generat ignem per se: & calorem consecutiuè absq; alia media alteratiõe similem calori ante illud instans existenti. Simile autem est iudiciũ de quantitate & figura & alijs dispositionibus & accidentibus similibus in genito & corrupto: omnia em̃ ista cõcomitatiuè producunt̃. & ideo non E oportet quærere generans nisi qđ subiectũ gñat. Et cũ supradicta inspexeris videbis, quod simile à suo simili cõcomitatiuè & per accidens qñq; corrũpit̃: & per oppositum à non simili cõcomitatiuè, ꝓ accidẽs generari cõtingit ipm accidẽs Arist. ergo quoties dicit eadẽ remanere in genito & corrupto: eadẽ spẽ, non numero, ait: & hoc per accidens. Variatur em̃ vnitas numeralis, non propter generatiõis vim, sed subiecti corruptionẽ. Facilior quoq; transitus in habentibus symbolũ, non ex identitate numerali symboli accidentis: sed ex nõ repugnãtia illius in agendo vel patiendo puenit. Et ex hoc, ꝙ formæ substantiales, à quibus fluũt similes qualitates, sunt similiores: ex effectib⁹ em̃, natura causæ innotescit. Auerroys autem (si salua F ri debet) eodem modo glossetur.

Ad primum.

Ad rationem aũt oppositæ opinionis dicit̃. Et ad primã qdẽ, ꝙ educens formã in vltimo instãti, est generãs extra: nõ per aliquã actionẽ, quã in illo instãti eliciat, sed in termino actionis, nudã materiæ essentiã attingens. Vnde, cũ dr̃, agens extra, nõ põt educere formã, nisi ꝑ qualitates medias introductas, verũ est, dũ agit: non aũt cum est in termino actiõis. Sufficit em̃ & exigit̃ alteraſſe ad materiæ expoliationẽ & dispositionẽ.

Ad secundum.

Ad secũdũ dr̃, ꝙ qualitates symbolę, & similia, corrumpunt̃ per accidens ad corruptionẽ subiecti à corrũpente ꝑ se subiectũ: nec frustra in eodẽ instãti est primum nõ esse earũ, & primũ esse sibi similiũ: sed necessariò necessitate materiæ: vt dictũ est.

Ad tertiũ.

Ad tertiũ dr̃, G ꝙ figura, cicatrix, & hmõi, producunt̃ cõsequutiuè: & ꝑ accidẽs, à gñante eorũ subiectũ. ſ. cadauer: nec est verũ, ꝙ sola illa accidentia generent̃ consequutiuè, quæ sequunt̃ formã: sed multa accidẽtia sequunt̃ cõpositũ ex necessitate materiæ, q̃ sunt, licet nõ incõpossibilia: aliqualiter tñ opposita ipsi formæ: vt patet de se. Et ideo dico, ꝙ figura, & similia sequuntur cadauer ex necessitate materię: quia. ſ. agens naturale non potest tam cito dispositiones per tot transmutationes radicatas corrũpere totaliter, & ideo similes dispositiones sequũtur: & quia non sunt facientes pro forma geniti, ideo ad corruptionem properatur.

Et quia vnaquęq; res indiuiduaṫ ex materia & collocatur in genere vel specie per H suam formam: ideo accidentia quæ consequuntur materiam sunt accidentia indiuidui: secundum quæ etiam indiuidua eiusdem speciei differunt adinuicem. Accidẽtia verò quæ consequuntur formam sunt proprię passiones vel generis vel speciei, vnde inueniuntur in omnibus participantibus naturam generis vel speciei: sicut risibile consequitur in homine formã: quia risus contingit ex aliqua apprehensione animæ hominis.

Hic po-

Hic ponitur secunda diuisio accidentium quæ A talis est. Accidentium alia sunt accidentia indiuidui: alia sunt accidentia generis vel speciei. Duplex autem inter ista differentia ponitur. Prima est, ꝙ accidentia indiuidui consequuntur compositum ratione materiæ principaliter. Accidentia verò speciei vel generis sequuntur compositũ ratione formæ. Secunda est, ꝙ accidentia indiuidui sunt ea penes quæ attenditur differẽtia inter particularia eiusdem speciei. Accidentia verò speciei siue generis sunt cõmunia necessariò omnibus in diuiduis illius speciei vel generis. Exemplũ: masculinũ & fœmininũ sunt accidẽtia indiuidualia, sequuntur enim materiam & penes ipsa differũt sortes & Berta. Risibile autem est accidens specifi cum: sequitur enim intellectiuam apprehensionẽ B & omnibus hominibus necessariò conuenit. Assignatur quoq; radix primæ differentiæ: cum dicitur: ꝙ materia est principium indiuiduatiõis, forma autẽ est per quam res in genere vel specie collocatur. Ex hoc enim ꝙ materia est causa esse indiuidualis vt sic: sequitur ꝙ sit etiam radix accidẽtium consequentiũ ipsum esse indiuiduale: ac per hoc accidentia indiuidui sunt quæ consequuntur materiam, ex eo autem ꝙ forma est principium esse generici & specifici oportet ꝙ etiam sit causa proprietatum & accidentium consequẽtium speciẽ vel genus: & sic accidentia speciei siue generis sequuntur formam. Secundæ verò differentiæ ratio est: quia cum tam in forma specifica q̃ generica conueniant oĩa contenta sub eis: oportet etiã C proprietates earum omnibus esse cõmunes. Cũ autem penes materiam differant indiuidua: accidentia quoq; materialia oportet esse ea secũdum quæ ipsa particularia inter se differunt: vt effectus proportionabiliter proprijs respondeant causis.

Accidunt hic duo dubia circa literam. Primum est: qualiter sit verum quòd accidentia sequentia materiam sint ea penes quæ differunt indiuidua in eadem specie: quandoquidem quantitas sequitur materiam: & tamen est cõis omnibus indiuiduis corporis & inferiorum. Secundum dubium est: qualiter verificetur, ꝙ accidentia sequẽtia materiam non sint passiones generis vel speciei: cum masculinum & fœmininum sequãtur materiam: & tamen passiones sunt animalis: vnde & animal D

T. c. 25. 7. Meta. t. cõ. 17. Qũo penes accidentia sequntia materiã indiuidua.

in eorum diffinitione ponitur: sicut subiectum in diffinitione passionis, vt. 10. Metaphy. text. cõ. 25. habetur. Similiter quantitas videtur esse passio corporis de prædicamento substantiæ: & tamen sequitur materiam.

Ad euidentiam primi scito verba illa. ſ. accidentia sequentia materiam sunt ea secundum quæ in diuidua differunt: non esse intelligenda vniformiter: sed difformiter. Indiuidua enim differunt penes accidentia materialia dupliciter. Vel qa vnũ eorum habet vnum & reliquum aliud. Vel quia vtrunq; habet idem, sed alio & alio modo, verbi gratia, sortes & Berta differunt penes masculinũ:

Passiões gñrũ duplices.

10. Met. t. cõ. 25. 7. Meta. t. cõ. 17. &. 19.

Sciendum etiam est quod aliquando accidentia ex principijs essentialibus causantur secundum actum perfectum sicut calor in igne qui semper actu est calidus. Ali quando verò secundum aptitudinem tantum: sed complementum accipiunt accidentia ex agente exteriori: sicut diaphaneitas in aere, quæ completur per corpus lucidum exterius: & in talib⁹ aptitudo est accidens inseparabile: sed complementũ quod aduenit ex aliquo prĩcipio quod est extra essentiã rei, vel quod non intrat constitutionem rei: est separabile sicut mouere & huiusmodi.

Hic ponitur tertia diuisio accidentium. Quædam causantur ex principijs essentialib⁹ subiecti secundũ actum perfectum: quædã secũdũ aptitudinem tm̃. Illa accidentia vocat causari sedm actũ perfectũ ex essentialib⁹ principijs quę secũdũ suas

actuali-

actualitates ex intrinsecis principijs subiecti in ipso fluunt: vt calor in igne. Illa verò dicit causari secundũ actum imperfectũ seu aptitudinẽ tm̃ quæ non secundũ suas actualitates: sed secundũ quasdam inchoationes ex principijs essentialibus subiecti in ipso fluunt: vt moueri sursum in igne ex principijs eius causatur secundũ sui inchoationẽ: puta leuitatem. Differũt autẽ: quia prima & secũdum suas aptitudines: & secundũ se inseparabilia sunt à subiectis: secunda verò secundũ se quidem sunt separabilia: secundũ aũt suas aptitudines nõ pñt separari. Ab igne enim neq; aptitudo ad calorẽ: neq; calor ipse separari põt ipso remanente, motus aũt sursum non semper inest igni: sed aptitudo ad motum sursum: puta leuitas est inseparabilis ab ipso: & causa horum est: quia in illis ipsa actualitas accidẽtis ex solis principijs essentialib⁹ fluit: ĩistis verò aptitudo tantũ ex solis principijs essentialibus fluit: ipsa autẽ actualitas aliunde expectatur ex aliquo. ſ. extrinsecè cõcurrẽte vel agẽdo vel non prohibendo: vt patet in exẽplo dato de motu sursum qui non inest igni nisi aliquo cõcurrente extrinseco: remouẽte. ſ. prohibens: & diaphaneitas non est actu in aere nisi cõcurrente extrinseco illuminante: lumen em̃ est actus diaphani secundũ actum: vt dicitur. 2. de anima. text. cõ. 69. Profundiorem autem huius diuisionis cãm elicio ex prima secundæ. q. 10. arti. 1. ad secundũ, q̃ ſ. ideo aliqua accidentia oriuntur ex principijs essentialibus inseparabiliter secundũ actum cõpletum: aliqua aũt seperabiliter secundũ actũ cõpletum, & inseparabiliter secundũ aptitudinẽ: quia illa sequũtur rei actualitatem: ista verò potentialitatem. Quod sic intelligo: quia vnũquodq; agit, secundũ q̃ est actu: patitur autem secundũ q̃ est in potentia ex sufficiente rei actualitate procedit q̃ accidens in se completè producat, & per oppositum ex insufficiente actualitate & cõsequenter potentialitate: ex qua omnis insufficiẽtia est: prouenit q̃ res habet accidens in se secundũ aptitudinem tm̃, & q̃ ab illo expectet actualitatem; seu q̃ accidens separabile sit secundũ actualitatẽ, quod idem est. Amplius cum esse & bonum actualitatem sequantur: & non esse & malum potentiam: ex actualitate rei prouenire necesse est esse accidens perfectum & inseparabile secundũ actum & aptitudinẽ, & per oppositũ ex rei potẽtialitate, p̃cedere oportet in cõpletionẽ accidentis, & separabilitatẽ eius secundũ actum: est enim separabilitas ipsa quoddã nõ esse: cum nihil aliud sit q̃ negatio necessariæ sequelæ sui esse cõpleti ad esse subiecti. Intellige autẽ hic: vt supra. ſ. q̃ ex actualitate subiecti aptitudo est, ex potentialitate aũt separabilitas accidentis secundũ suam actualitatem. Aduertendum verò est q̃ S. Tho. passiones quæ dicunt aptitudinem non collocauit simpliciter inter accidentia ex essentialibus principijs fluẽtia: sed potius ipsarum passionum & aptitudinum actus: quos secũdum incompletum esse aptitudines vocauit. Fecit autem hoc: quia aptitudo de se nõ habet rationẽ alicuius per se producti seu producibilis: nullũ em̃ naturale producens intẽdit aptitudinẽ, sed actũ illius, non est nãq; opus risibilitate: nisi vt rideat: vñ & risibilitas inchoatio quædã risus est: propterea igitur inter effect⁹ essentialiũ principiorũ aptitudo nõ est simpliciter posita: sed actus quia non ipsa: sed eius actus est qui à principijs productiuis intẽditur, & quia aptitudo nihil aliud est q̃ inchoatio quædam: inchoatio autẽ est actus imperfectus: ideo accidentia secũdum actũ incompletum aptitudines vocantur.

T. c. 66. prima secũdæ. q. 10. ar. 1. ꝑ.

Anteq̃ terminemus tractatũ de diuersitate accidentiũ: quæritur an omne accidens habeat aliqđ subiectũ propriũ: aut aliqua accidentia sint ita cõmunia: qđ nulli ꝓpria. Est aũt ratio dubitãdi: qa si omne accidẽs est propriũ alicui cũ propriũ conueniat omni, soli, & semper, nullũ accidens erit separabile ab eo in quo est. Ineſſet enim soli & semper proprio subiecto. Amplius sequeret semper corruptionẽ cuiuscũq; accidentis comitem fieri corruptioni substantiæ sicut corrupto risibili corrumpitur homo. patet consequẽtia: qa corrupto ꝓprio necesse est corrũpi illud cuius est propriũ: aliter non cõueniret ei semper: hæc autem experimur esse falsa: vt patet in accidentibus cõibus & actibus secũdi: ex opposito autem cum omne accidens sit diffinibile, & in diffinitione cadat subiectum: de quo accidens per se prædicatur: vt patet primo Posteriorũ. &. 7. Metaphysicæ oportet q̃ omne accidẽs habeat propriũ & per se subiectũ. per se nãq; supponit de omni semp & necessariò.

Tex. c. 9. Tex. c. 4. &. 17.

Ad huius dubitationis euidentiam sciendũ est q̃ cũ apud S. Tho. in quæſt. de virtu. q. 1. arti. 3. subiectum habeat triplicem habitudinem ad ꝓpriũ accidens. ſ. sustentantis ad sustentatum: potentiæ ad actum: & principij ad principatũ: sicut calor ignis non habet esse nisi sustentet ĩ igne: & est forma accidentalis eius, & oritur ex ipso. secundum aliqd participat istas conditiones: põt dici accidẽtis subiectũ & secundũ quod ab istis habitudinibus recedit: põt negari accidentis subiectũ. Vnde propter defectum primæ quæ principalior est, dicitur in primo Posteriorum: quod nullũ accidẽs est subiectiuè in alio accidente: quia videlicet nullum accidens potest sustentare aliud, sed sola substantia quæ est ens per se, alijs sulcimentum præbet essendi. Quia aũt aliquod vnũ accidens põt cõparari ad aliud vt potentia ad actũ, & qñq; vt proximũ principiũ ad principiatũ, & ideo concedit etiã vnum accidens esse subiectũ alterius: quẽadmodum superficies dr̃ subiectũ coloris: quia est in potentia respectu coloris, & dulcedo esse in calido & humido: quia causatur ex calido & humido. Potest ergo quadruplicem intellectum habere dubitatio mota. Primò potest intelligi: vt quærat an omne accidẽs habeat propriũ subiectũ vt sustẽtatiuũ. secundo an habeat ꝓpriũ subiectũ potentiã. tertiò an hẽat propriũ subiectũ vt principium

q. de virtu. qõ. 1. a. 3. c.

cipium. quarto an habeat proprium subiectum vt sustentatiuum potentiæ & principium simul.

Si quæstio sit secundũ primũ sensum rũdet negatiuè: q̃. ſ. omne accidẽs habet propriũ subiectũ in rõne sustentantis: vt probãt rõnes primo inducte: multa em̃ sunt accidentia quæ nullũ propriũ sustentans sibi vendicãt: sed cõiter multis insunt: vt eorũ separatio ostẽdit: separant nãq; à substantia sustentante: ea naturaliter remanẽte: quod de ꝓprijs accidẽtibus dici nõ põt. Eadẽ quippe substantia absq; sui mutatione cõtraria sustẽtat: vt dicitur in prædicamẽtis. Si aũt iuxta secũdũ sensum dubitetur: rñdetur affirmatiuè: q̃. ſ. omne accidẽs habet propriũ subiectũ in rõne propriæ potẽtiæ: eo q̃ quilibet actus respicit propriã potentiam: sicut enim actus respicit potentiã: sic talis actus talem potentiã, & actus specificus potentiã specifice, accidẽs aũt omne actus quidã est: igitur omne accidens habet propriã potentiã cuius est actus: ꝓpter quod tertio Phyſi. tex. cõ. 10. dicitur potentia ad infirmitatẽ est alia à potẽtia ad sanitatem: eo q̃ sanitas est aliud ab infirmitate: &. 12. Metaphy. longo processu probatur principia prædicamentorũ esse eadẽ proportionabiliter: quia cuilibet actui propria rñdet potẽtia. Si aũt tertio sensu inquirat rñdetur negatiuè: quod. ſ. nõ omne accidẽs habet aliquod subiectũ, ꝓpriũ in rõne principij proprij, eo q̃ habere subiectũ propriũ in ratione principij includit fluxum illius accidentis à tali subiecto in genere causæ efficientis: eo modo quo duorum effectuum ordinẽ inter sese habentium pri⁹ est causa effectiua eius, quod necessariò primi, ꝓductionẽ sequitur, siue istud subiectũ sit receptiuũ accidẽtis: vt quo, siue vt quod: patet q̃ non omne accidens fluit à suo receptiuo effectiuè: sed multa sunt respectu quorũ receptiuũ purè passiuè se habet vt patet cum species rei sensibilis recipitur in medio: siue in sensu. Si autem quarto modo intelligatur quæstio patet quid dicendum sit: negatiuè enim respondere oportet.

Sed aduertendũ est q̃ hæc quæ diximus intelligi debent de accidentibus secundũ seorsum acceptis actibus: & seorsum aptitudinibus: loquendo nãq; de accidentibus, vt S. Tho. in litera loquit. ſ. non iudicãdo actualitates accidentiũ seorsum ab aptitudinibus: dicerẽ q̃ omne accidẽs secũdũ suã radicalẽ aptitudinẽ habet aliquod subiectum propriũ in rõne sustentantis potentiæ & principij: licet non secundũ suam actualitatẽ, eo q̃ aptitudo ad tale accidens non est nisi à tali gradu substãtiali fluat mediatè vel immediatè, & cõsequenter nisi in tali gradu subiectiuè sustentetur immediatè vel mediatè. v. g. lumen secundũ suam actualitatẽ & substantiã, licet sit ab extrinseco, & sit accidẽs separabile: tñ secundũ suam inchoationẽ seu radicalẽ aptitudinẽ: puta diaphaneitatẽ est inseparabile, & fluit à certo gradu substantiali cõi superioribus & inferioribus. Et similiter sedere licet sit accidẽs: per accidẽs tñ secundũ suã aptitudinem est propriũ: & non natũ cõuenire nisi certo enti: puta animali tali &c. fluit enim aptitudo ad sedẽdũ ex suis principijs. Similiter & videre licet sit accidens separabile: radicalis tñ aptitudo ad videndũ separari à tali animali non põt. Ex his patet qũo ad vtrãq; partẽ rõnes adductę verũ concludũt diuersi modè. Nam loquendo de accidentibus secũdum suas essentias & actualitates: conclusio ratio num primo adductarũ conceditur accipiẽdo subiectum in rõne sustentantis & principij. In ratiõe aũt potentiæ falsa est cõclusio vt dictum est. Nec probatio contra hunc applicata sensum valet: eo quod cum dicitur quod propriũ cõuenit soli omni & semper: intelligitur de ipso proprio non secundũ suam actualitatem: sed secundũ aptitudinem. Et similiter cum dicitur quod ad corruptionem proprij definit subiectũ, intelligitur si corrũpitur secundum aptitudinem: non aũt secundum actum vniuersaliter loquendo. Vel dicatur quod inseparabilitas & hmõi non conuenit accidẽti, vt respicit subiectũ in ratione propriæ potentiæ: sed vt sustentatiuum & principium. Loquendo autẽ de accidentibus secũdum suas aptitudines: patet qũo rationes peccant. Dico enim quod nullũ accidens est separabile secundum aptitudinem radicalem saltem: sed coæuum subiecto necessariò: & quod corrupto accidente secundum talem aptitudinem oportet subiectum corrumpi. Ratio aũt in oppositum adducta concludit, quod omne accidens habet subiectum: de quo per se prædicatur secundum se vel secundum suam aptitudinẽ. Cùm enim eius sit actus: cuius est potẽtia (vt dicitur in somno & vigilia) idem subiectum erit quod cadit in diffinitionem accidentis secundum aptitudinẽ & secundũ actum: sicut homo debet poni non solum in diffinitione risibilis sed risus. Stant ergo ista duo simul, quod accidens secũdum suã actualitatem non habeat proprium subiectum: cui vniuersaliter soli & semper insit: & tamẽ habeat proprium subiectum per quod diffiniri debeat: quia ad hoc secundum sufficit quod secundum se vel secundum suam aptitudinem per se de illo subiecto prædicetur. Ad primum verò sufficit accidẽs secundum se tm̃ non prædicari per se de subiecto.

Lecti. 1.

Sciendum est autem quòd in accidentibus alio modo sumuntur genus differentia & species quàm in substantijs: quia em̃ in substantijs ex materia & forma substantiali fit per se vnum: vna quadam natura ex eorum coniunctione resultante: quæ propriè in prædicamento substantiæ collocatur: ideo in substantijs nomina concreta quæ compositum significãt proptiè in genere esse dicuntur: sicut gña vel spẽs: vt homo vel aſal: non aũt forma vel materia est in prædicamẽto hoc modo nisi per

reductio-

reductionem: sicut principia in genere principiatorum esse dicuntur. Sed ex accidēte & subiecto nō fit vnū per se: vnde nō resultat ex eorum cōiunctione aliqua natura: cui intentio generis vel speciei possit attribui: vnde nomina accidētium concretiue dicta nō ponuntur in prędicamento: sicut species vel genera vt album vel musicum: nisi per reductionem: sed solum secundum quod abstracta significantur: vt albedo & musica.

In hac tertia parte capituli huius determinatur quomodo accidentia se habeant ad intentiones logicas: & primo: quomodo se habent ad esse in prædicamento: de inde vnde sumātur in eis genus & differentia. Quo ad primum ponit duas cōclusiones. ſ. Accidentia in concreto non sunt proprie in prædicamento. Et accidentia in abstracto proprie sunt in prædicamento.

Ad quarū euidentiam sciendū est: quod accidētia habēt vnū modū essendi. ſ. esse in alio: nō em̄ sunt nisi insint alicui. Habēt aūt duos modos intelligēdi: eo quod intellectus est natus ea quę sunt adunata in re diuidere. Intelligūtur em̄ quādoq; cointelligēdo sibi subiectū cui insunt: & intelligūtur per modum accidentis: eo quod accidens esse est in alio esse. Quandoq; vero intelliguntur solitariè nō cointelligendo. ſ. eis subiectū cui secundū rem insunt: & tunc intelliguntur per modū substātiæ: eo quod esse per se. i. solitariè soli substātię conuenit. Accidentia enim semper comitę egēt.

In p̄dicamēto substātiæ. Cum aūt modus significandi nō fundetur super modo essendi sed intelligendi: sicut habent duos modos intelligendi sic habēt duos modos significandi. Vnde significantur quandoq; cōsignificando subiectum: & tūc significantur per modū accidentis: & vocantur significata in concreto: vt album: nigrū &c. Quandoq; verò significantur ipsa sola absq; scilicet subiecti consignificatione: & tunc significātur per modum substantiæ: & vocātur significata in abstracto: vt albedo & nigredo. Abstractū em̄ & concretū in accidētibus: licet differant in modo significandi ideſt penes consignificare subiectum & non consignificare illud: conueniunt tamen in significatione ipsius formę accidentalis. Album enim puram qualitatem signficat (sicut in prędicamentis dicitur) sicut & albedo sed albū significat albedinem in subiecto albedo autem significat albedinē absq; illo. Quia igitur accidentia in concreto totum coniunctum important: puta sicut album albedinem in subiecto: coniunctū autem hoc non est vnū perse: sed vnum & ens per accidens: id autem quod in prædicamento reponitur debet importare vnum & ens per se cum prędicamenta diuidant ens per se: quinto meta. tex. com. 14. ideo accidentia in cōcreto nō propriè reponūtur in prædicamēto. Et hęc est ratio qua in litera prima conclusio probatur: quæ sic formari potest. Nullū nomen importans ens & vnū per accidēs: est propriè in prædicamēto: cōcretū accidētale importat vnū & ens per accidēs ergo nomē cōcretū accidētale nō ponitur in prædicamento propriè & per se. Ad declarationē minoris ponitur differētia inter cōcretū accidentale & substātiale in hoc quod cōcretū substātiale importat cōpositū ex materia & forma & tale est vnū per se: & ideo reponitur in prædicamēto: vt genus vel species: accidētale verò importat ex subiecto cōpositū & accidente: quod est vnū per accidēs. ex accidēte em̄ & subiecto nō fit nisi vnū per accidēs: vt dicitur. 7. Meta. & ideo non debet poni in prædicamento nisi reductiuè: eo modo quo res impura ad suæ puritatem naturæ reducitur. Et sic remanet secunda conclusio vera: q̄ accidentia, scilicet in abstracto: in prædicamento speciei & generis prędicationem suscipiunt: aliter oīno à prędicamētis accidentia sunt excludenda.

Cum autem audis abstractum solam formam importare: non ideo hoc dictum putes q̄ abstractum subiectū formæ à se omnino excludat: hoc enim falsum est, sed ideo quia abstractum ex modo suo significandi quo solo differt à cōcreto nō includit subiectum principaliter, sed secundariò, & ex consequenti. Quod ex conuenientia & differentia inter ea ex modo significandi persuaderi potest. Conueniunt enim in hoc, q̄ tam abstractum quàm concretum ex modo significādi importat duo, scilicet quod & quo: seu subiectum & formam. Idem enim importat definitio & definitum, licet alio modo. Definitio autem vtriusq; importat vtrumq; dictorum: vt exemplariter patet: similitatem enim dicimus curuitatem nasi: & simū nasum curuum. Quod autem hoc sit ex modo significandi, ex eo clarum est, q̄ tam abstractum quàm concretum puram formam significat: vt in prædicamentis testatur Aristoteles. Differunt autem abstractū & concretum ex varietate modi significandi in hoc, q̄ concretum importat ex modo significandi principaliter subiectum: & secundariò formam. Abstractum verò principaliter importat formam: & ex consequenti subiectum.

Cōuenię tia inter concretū & abstractū, i prædicamento substātiæ. Differētia cōcreti & abstracti accidentium.

Aduertendum nanq; est, q̄ contrario ordine se habent subiectum & forma, ad significationem nominis concreti & eius modum significādi. Importat enim concretū ratione significationis primo formam: & subiectum non nisi ex cōsequenti copula. Quo ad modum verò significandi primo subiectum: & ex consequenti formam importat. Cuius signum est quòd in diffinitione cōcreti exprimitur primo subiectum tanquàm genus q̄ prima pars est diffiniti: & forma secūdo loco ponitur quasi differentia. Dicimus nanq; q̄ simum est nasus curuus. Abstractum verò & ex significatione & ex modo significandi primo formā importat: secūdariò aūt & ex cōsequēti subiectum.

ctū. In cuius signū in eius diffinitione forma ipsa primo exprimit vt genus: subiectū aūt secūdariò loco dr̄iæ: vt patet cū dicit, similtas est curuitas nasi. Oritur aūt hæc dr̄ia ex eo q̄ cōcretū importat habitudinē inter subiectū & formā: prout incipit à subiecto & terminat ad formam. Abstractū verò importat habitudinē inter formā & subiectū prout incipit à forma: & terminat ad subiectū: vt in exēplis datis apparet. Ex hoc em̄ q̄ habitudo importata per cōcretū importat ex modo significādi: vt incipiēs à subiecto: sequit q̄ primo importet subiectum à quo incipit, & similiter ex hoc q̄ habitudo importata per abstractū importat ex modo significādi: vt incipiēs à forma: consequens est vt primo importet formā à qua incipit. Causa aūt huius diuersitatis est: qa cōcreta ad cōposita significāda sunt inuenta. Cōpositio aūt à subiecto orit. Abstracta verò inuenta sunt ad significādas formas apud nos inuētas simplices qdē: sed à q̄bus denoīatio ad subiecta deriuat, vnde & cōcreta cōpositū qd sonāt: abstracta verò formas: vt cadētes tm̄ ad subiecta. Nō igit, ꝓpterea dictū est q̄ abstractū solā formā importet: qa nullo modo copulat subiectū: sed qa ex modo significādi cōpositum nō sonat: nec principaliter importat ipm̄ subiectū: quēadmodū concretū: sed extrinsecè tātum terminum habitudinis formæ significatę.

Apud metaphy. quid sit i genere.

Aduerte hic q̄ de abstracto & cōcreto q̄ūo sunt in prædicamēto aliter metaphysicus: & aliter logicus iudicabit. Cū em̄ apud Metaphysicū q̄ res secundū suas essentias cōsiderat & nō secūdum modos intelligēdi vel significādi abstractū & concretum nō differāt: eo q̄ eadē res abstractæ & cōcretæ sint significata: dicet ipse sicut abstractū: ita & cōcretū in gñe esse: res em̄ p suā essentiā ingredit vel egredit genus Metaphysicaliter sumptū. i. rē gñis: & nō per modū significādi: vñ nō dicet Metaphysicus albū ens ꝓ accidēs: sed hoc albū: vt patet. 5. Meta. tex. cō. 13. & 14. & 7. eiusdē text. cō. 16.

capi. 13. T. c. 16.

Logicus aūt qui nō res secundū suas naturas, sed secundū intētiones adiūctas primis intellectis ac significatis cōsiderat: dicet abstractū esse in gñe, cōcretū verò non: quia res nōie abstracto: signata pōt denoīari spēs: vt albedo & genus vt color: cōcretū verò nō, ꝓpter alietatē modi. significādi: vt dictū est. Causa aūt quare alietas modi significādi hāc veritatē logico pbeat: est qa modus significādi prævenit secūdas intētiones & fundat quodā modo ipsas, licet em̄ tam modus significādi q̄ secūda intentio cōueniāt in hoc q̄ sequant rē: nō secundū se sed vt intellectā, prius tm̄ rem vt intellectā sequit modus significādi q̄ secunda intētio: eo q̄ modus significādi nihil aliud est q̄ signū modi intelligēdi: sicut vox significās est signū rei intellectæ, vnde sicut vox signāti ua prius sequit rē intellectā q̄ secūda intētio ita eius modus significandi modū intelligēdi: vt totus ordo pertinentiū ad noīa primæ intētionis p̄cedat ordinē eorum quæ pertinēt ad noīa secūdæ intētionis. Quia igitur se

Apud logicū qd i gñre ponatur.

cundę intentiones res vt intellectas & significatas denomināt & nō absolutè: ideo stat eandē rem diuersimodè intellectam & significatā denoīari speciem & nō speciem: & consequēter esse directè in p̄dicamēto & nō esse directè in eo: sicut eadē natura humana signāta noīe hoīs, spēs est: signāta verò noīe humanitatis spēs nō est, sed speciei principiū: vnde in proposito apud logicū res illa quæ albedinis noīe intelligit diuersimodè signāta in p̄dicamento esse affirmat & negatur. Si em̄ in abstracto significet cum sic speciei denoīationē habeat in p̄dicamēto reponit. Si aūt in cōcreto significet cū sic speciei vel generis denoīationē nō hēat qa rē extraneā ex modo significādi includit: in prædicamēto directè esse negat. Et qa intētio S. Tho. est declarare qūo accidētia se habeāt ad intētiones logicas: & nō ad cuius generis rē pertineant: ideo concretū accidentale à prædicamentis separauit.

Cum his oībus aduertas q̄ aliquid facit rem reponi in p̄dicamēto dupliciter. Vno modo vt rō reponēdi ipsum in p̄dicamēto. Alio modo vt conditio sine qua non. Ratio reponēdi rem in gñe siue specie tam apud logicū q̄ apud Metaphysicū est essentia illius rei, res em̄ p suā essentiā ad genus & speciē definit: cōditio aūt sine qua nō est modus ipse significādi. Et in prædicamēto quidē substantiæ cōditio sine qua res nō suscipit generis vel speciei &c. denoīationē: est modus significādi in concreto. In p̄dicamētis autem accidētiū cōditio sine qua nō est modus significandi in abstracto, propterea cū dictū est concretū accidētale nō directè reponi in p̄dicamēto apud logicum: intellige hoc ꝓpter defectū cōditionis sine qua non: & nō propter defectū rationis reponēdi. Et similiter cū dicitur q̄ humanitas & vniuersaliter abstractū substantiale non est in genere substantiæ: intellige propter defectum conditionis sine qua non: & non rationis reponendi.

Et quia accidentia non componūtur ex materia & forma: ideo non potest in eis sumi genus à materia & differentia à forma: sicut in substātijs compositis: sed oportet vt primum genus sumatur ex ipso modo essendi secundum q̄ ens diuersimodè secundum prius & posterius de decem generibus prædicatur, sicut dicitur quantitas ex eo quòd est mensura substantiæ & qualitas secūdum quòd est dispositio substantiæ, & sic de alijs secundum Philosophum in. 11. Metaphysicæ.

Hic declaratur vnde in accidentibus sumantur genus & differentia propositionibus tribus. Prima est, genus & differentia non sumuntur in eis ex materia & forma. Secunda est, primum genus sumitur ex proprio modo essendi, quo prædicamentum ipsum pars entis constituitur. Tertia est,

differentiæ

differentiæ sumuntur in accidentibus ex diuersitate propriorum principiorum. Prima patet sic: incõpositũ ex materia & forma non põt habere genus sumptum à materia: & differentiam à forma: sed accidentia sunt incomposita ex materia & forma: igitur non põt in eis sumi genus à materia: & differentia à forma: sicut fit in substantijs compositis: quod qualiter intelligendũ sit (supra dictum est.) Secunda patet sic primũ genus oportet explicare essentiam secundũ propriam potentiam, quæ est in ea: sicut vltima differentia debet explicare essentiam secundum vltimum actũ sed essentia accidentis secundum modum illum quo pars entis constituitur habet propriam potentiã: ergo ex illo modo sumendum est genus primũ. Capit. 6. part. 3.

Intelligendũ est hic primo ens diuidi per quosdam modos in prædicamenta: sicut quodãmodo genus in species per differẽtias: ita quod sicut species per id quo generis partes efficiuntur in esse specifico, constituuntur: ita prædicamenta per id quo partes entis fiunt in esse generalissimo cõstituũtur: & ideo modi proprij quib⁹ ens ad quodlibet prædicamentũ descendit sunt illi: penes quos prima genera cõstituta sunt. Sunt autem isti modi per substantiuum: mensuratiuum: dispositiuũ: relatiuũ: actiuũ &c. vt dicitur. 5. Metap. tex. cõ. 14. T.c. 14.

Notandum est secũdo, quod cum genus sumatur à re secundũ id quo habet rationẽ determinabilis: primum genus sumendum est à re secũdum id quo primo habet rationem determinabilis: primo aũt habet rationem determinabilis res secundum primum sui gradum concepta. Primus autẽ gradus rei is est quem res ex modo illo sortit quo ꝓpriũ sibi locum inter partes entis vendicat: & ideo primũ genus sumptũ ab illo modo entis importat rem: vt primo determinabilẽ: & propterea ista sequuntur sumi à re secundũ propriam potentiam eius. i. secundũ id quo primo habet rationẽ determinabilis: & sumi à re secũdũ modũ illũ quo entis pars sit. Et sic patet assumpta ratio.

Differentiæ verò in eis sumuntur ex diuersitate principiorum, ex quibus causantur: & quia propriè passiones ex proprijs principijs subiecti causant, ideo subiectũ ponitur in diffinitione eorũ loco dr̃iæ si in abstracto diffiniantur, secundũ ꝙ sunt propriæ in gñe: sicut dicitur quod simitas est nasi curuitas. Sed è cõuerso esset si eorum diffinitio sumeretur secundũ quod cõcretiuæ dicuntur: si em̃ subiectũ in eorũ diffinitione poneretur sicut genus, quia tunc diffinirentur per modũ substantiarũ compositarũ in quibus ratio gñis sumitur à materia, sicut dicimus ꝙ simum est nasus curuus. Similiter etiam est si vnum accidens alterius accidentis principiũ sit, sicut principium relationis est actio & passio & quãtitas, & ideo secundũ hæc diuidit Philosophus relationem in 5. Metaphysicæ. E

Hic ponit tertia propositio. s. ꝙ dr̃iæ sumunt in accidẽtibus ex diuersitate propriorũ principiorum & declarat à posteriori. Signum enim ꝙ dr̃iæ sumant ex diuersitate propriorũ & principiorũ est, quod in diffinitione accidentiũ in abstracto quæ propriè habẽt genus & dr̃ias subiectũ ponit loco dr̃iæ. hoc enim non esset nisi accidẽtia differrẽt penes sua ꝓpria principia: ꝓpterea em̃ ꝓpriæ passiões differũt inter se: qa principia subiecti: ex quibus causantur, inter se differũt. Et quia posset aliqs signũ hoc inficiari dicens, ꝙ subiectũ ꝓpriũ qñq; ponitur in diffinitione proprij accidẽtis loco gñis & nõ dr̃iæ: ideo ad hanc obiectionẽ excludendã subdit (licet è cõuerso esset &c.) & vult dicere quod licet ita sit ꝙ qñque ponat subiectũ in diffinitione ꝓprij accidẽtis loco gñis & nõ dr̃iæ: quia tñ hoc non fit nisi cum accidens in cõcreto diffinit: quod vt sic non est in gñe: ideo hoc non obstat nostræ sn̄iæ: quia accidentis dr̃iam secundum ꝙ in prædicamento est: vnde sumẽda sit declarauimus. Causa em̃, quare in diffinitione accidentis in concreto subiectũ ponit loco gñis: non est ipsa natura accidẽtis: ita ꝙ subiectũ eius essentia pro genere sibi vendicet: sed est modus eius significandi: quia enim concretũ ex modo significandi importat totũ coniunctũ. s. accidens & subiectũ: ideo per modũ rerũ diffinit cõpositarum in quibus genus sumitur à materia & dr̃ia à forma: & propterea subiectũ cũ se habeat: vt materia loco generis ponit: & natura accidẽtis cũ se habeat vt forma loco dr̃iæ ponitur: & dicitur simum est nasus curuus: non sic aũt est cum diffinitur accidens in abstracto: tunc enim ponitur vt genus id quod essentia ipsius accidentis determinat sibi vt genus: & ponitur loco dr̃iæ id à quo accidẽs secũdum naturam suam specificam differentiam trahit scilicet subiectum proprium: & dicitur simitas est curuitas nasi. Manifestum quoq; fit hoc, scilicet ꝙ differentiæ accidẽtium sumuntur ex diuersitate principiorum propriorum non solum qñ accidens immediatè causatur à substantia: sed etiam quando vnum accidens est alterius principium proprium: tunc enim dr̃ias sortiuntur accidentia causata penes diuersitatem accidentiũ causantium: vt patet de relationibus, quarum differẽtia attenditur penes sua fundamenta seu causas: puta actionem passionum & quantitatẽ: vt patet ex diuisione relatiuorum facta ab Aristo. quinto Meta. text. cõ. 20. Et per hoc excluditur obiectio alia, quę posset fieri de secunda & tertia passione eiusdẽ subiecti. Posset enim aliquis obijcere quo modo alia est differentia secundæ passionis à differẽtia primæ: si ex principijs, ex quibus fluit passio: differentia sumitur: quãdo quidem eadẽ sunt principia

principia à quibus fiunt prima & secunda. Exclusa enim est hæc obiectio per hoc quod dictũ est: ꝙ quando vnum accidens est principium alteri⁹: differentia posterioris accidentis non ex diuersitate remotorũ principiorum: sed propriorum attenditur: & ideo cum prima passio sit principiũ secundæ non sunt eadem propria & immediata principia primæ & secundæ.

Sed quia propria principia accidentium non semper sunt manifesta: ideo quãdoq; sumimus differentias accidentium ex eorum effectibus, sicut congregatiuũ & disgregatiuum visus dicuntur differentiæ coloris, quæ causantur ex abundantia & paucitate lucis: ex qua diuersæ species coloris causantur. Sic ergo patet quomodo essentia est in substantijs & accidẽtibus: & quomodo in substãtijs compositis & simplicibus: & quomodo intentiones logicę vniuersales in eis inueniũtur, excepto primo principio quod est infinitæ simplicitatis, cui non cõuenit ratio generis vel speciei, & per consequens nec diffinitio propter suam simplicitatem: in quo sit finis & consummatio huius sermonis. A B

Quia posset tertio aliqs dubitare de hoc quod dictum est, scilicet ꝙ differentiæ accidentium sumuntur ex eorum proprijs principijs: ex hoc ꝙ quandoq; sumimus eorum differentias ab effectibus: sicut albedinis & nigredinis differentias dicimus congregare & disgregare visum: ideo ad hãc dubitationem tollendam dixit quòd hoc contingit non ex natura ipsorum accidẽtium: sed ex nobis quibus propria principia accidentium occulta cum sint: opus est ex effectibus notioribus differentias sumere: quæ differentias veras quodam modo nobis insinuent (sicut in exemplo proposito liquet) albedo enim & nigredo differũt à priori ex abundantia & paucitate lucis: lux enim in opaco corpore existens aliqualiter obumbrata albedinem constituit: valde autem offuscata nigredinem. A posteriori autem differunt cõgregatione & disgregatione visus: ex hoc enim contingit disgregare: quia ibi est satis de luce & non è conuerso: & quia abundantia & paucitas lucis non ta nobis manifestæ sunt: sicut congregare & disgregare: ideo loco propriarum differentiarum: congregatiuum & disgregatiuum ponimus dicẽtes: albedo est color disgregatiuus visus: nigredo vero congregatiuus. C

Hic aduertas quod nõ dixit subiectũ esse differentiam accidentis: sed poni loco differentiæ: habent enim proprium genus: & propriam differẽtiam sui generis: quæ tamen absque subiecto non possunt explicari cõplete: & ideo omnino oportet subiectum in diffinitione accidentis cadere: vt dictum est. Vltimo epilogus fit eorum quę dicta sunt: in quorum explicatione meam opinionem ita prolatam esse volo: vt vbi veritati cõsentanea inuenta non fuerit: & ingenio & ætati venia detur (adolescentiam enim adhuc ago.) Vbi autem veritatis tramitem secuta videbitur: gratiarum debitæ actiones diuo Thomæ habeantur: à quo, quicquid veri est, didici.

Commentariorum Thomæ de Vio Caietani Cardinalis sancti Xisti in Librum diui Thomæ Aquinatis, De ente & Essentia.

FINIS.

Excudebatur Salmanticæ in Officina Literaria Andreæ à Portonarijs. S. C. M. Typographi. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quinquagesimo Nono.

Yo Sudiebides de Baloa Gyaz Pozz Mr
Lic Soulonsse Acamora Rebidon Secretario
Juz Cloz y Receptor Secretario